




De s[er]monu[m] p[ro]prietate. & mistica reru[m] significacione.

<https://hdl.handle.net/1874/461593>



Cm

Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/>

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:

<https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/>

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
 - the spine
 - the head edge
 - the fore edge
 - the bottom edge
 - the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

ce breuiter dicamus. Libia est dicta quod i
de libis fiat. hoc est affricus. alii aiunt epauū
ionis filium qui memphim in egipto condi-
derat ex cassiote vxore procreasse filiam libia
que postea in affrica regnum possedit cuius
ex nomine terra est illa libia appellata: affri-
cam autem nominatam quidam inde existi-
mant quasi apricam quod sit aperta celo vlt soli
& sine horrore frigoris: alii dicunt affricā ap-
pellari ab vno ex posteris abrahe de cethura
qui vocatus est aser de quo supra meminim⁹
incipit autem a finibus egipti pergens iuxta
meridiem per ethiopia vlt ad atblatē mō-
tem a septentrionali vero parte mediter-
neo mari coniuncta claudis & gaditano fre-
to finitur: habens prouincias. libiam cirinen-
sem pentapolim tripolim. bizaneum cartagi-
nem numidiam mauritaniam sitifensem tin-
gitaniam & circa solis ardorem ethiopia: li-
bia cirenensis i parte africe prima est a cirene
vrbe metropoli que est in eius finibus nuncu-
pata. Huic ab oriente egiptus est ab occasu
sirtes maiores & trogodite: a septentrione
mare libicum a meridie ethiopia & barba-
rum varie nationes & solitudines inaccessi-
biles que etiam basiliscos serpentes creant.
Pentapolis greca lingua a quinque vrbibus nū-
cupata id est berenice & ceutria appollonia
ptolomais ex quibus ptolomais & berenice
a regibus nominate sunt. Est autem penta-
polis libie cirenensis adiuncta & in eius fini-
bus deputata. Tripolitani quoque prouinci-
am greci lingua sua signat de numero trium
magnarum vrbium eoa. fabrete leptis mag-
na. Hec ab oriente sirtes maiores & trogodi-
tas: a septentrione mare adriaticum ab occa-
su bizancium a meridie getulos & garaman-
tas vsq; ad oceanum ethiopicum pertenden-
tes vel portum tendentes. Bisacena regio ex
duobus nobilissimis opidis nomen sortita est
ex quibus vna achumetus vocatur. Hec sub
tripoli est patens passuum ducenta milia vel
an plus fecunda oleis & glebis ita preping-
uis vt iacta ibi semina incrementa pene cen-
tesime frugis renascatur. Zeugis vbi carta-
go magna ipsa est & vera affrica inter bizan-
cium & numidiam sita a septentrione. mari li-
culo iuncta & a meridie vsq; ad getulorum
regionem porrecta. cuius proxima queque fru-
gifera sunt vltiora autem bestis & serpen-
tibus plena atque onagris magnis i deserto va-
gantibus. Cethulia autem affricae pars medi-
terranea est. numidia ab incolis passim vagā-
tibus sic vocata quod nullam certam haberent
sedem. Nam lingua eorum incerte sedes &
vage numide dicuntur. Incipit autem a flu-

mine amphiscam in zeugitanum limitem de
finit habens ab ortu sirtes minores. A septē-
trione mare quod intendit sardineum. ab occa-
su mauritaniam sitifensem: a meridie ethio-
pum gentes. regio campis pre pinguis: vbi
autem siluestris est feras educat. vbi iugis
ardua equos & onagros procreat. Eximio eti-
am marmore pre dicitur quod sit numidicum di-
citur. Habet autem vrbes precipuas ipponi
regiū & truscadam. Mauritania vocata a co-
lore populorum greci enim nigrum mauron
vocant. Sicut enim gallia a candore populi.
ita mauritania a nigro nomen sortita est. Cu-
ius prima prouincia mauritania sitifensis est
que sitifis habuit opidum a quo & vocabu-
lum traxisse regio perhibetur. Mauritania
vero cesariensis colonie. Cesarie ciuitas fuit
& nomen prouincie ex ea dictum. Vtregi
tur prouincie sibi coniuncte ab oriente numi-
diam habent a septentrione mare magnum
ab occasu flumen maluam. a meridie motem
astrixim qui discernit inter secundam terrā
& arenas iacentes vsq; ad oceanum. Mauri-
tania a tingitana. tingitana metropoli hui⁹
prouincie ciuitate vocata est. Hec vltima af-
frice exurgit a montibus septem habens ab
oriente flumen maluam a septentrione fre-
tum gaditanum ab occiduo oceanum atblā-
ticum a meridie gauululum gentes vsq; ad oc-
ceanum esperum pererrantes: regio gignēs
ferocissimos dracones & struções. olim eti-
am & elephantibus plena fuit quos sola nunc
india parturit. Garamantis regionis caput
garaman opidum fuit. Est autem inter cire-
nensem ethiopia vbi est fons qui & calore
diei frigescit & calet frigore noctis ethiopia
dicta a colore populorum quos sol vicinitas
torret. Demum vim sideris prodit color bo-
minum. Est enim ibi iugis estus. Nam quid-
quid eius est sub meridiano cardine est: cir-
ca occiduum autem montuosa est arena in
medio ad orientalem vero plagā deserta cui-
us situs ab oriente vsq; in egipti fines porri-
gitur. A meridie oceano a septentrione nilo
flumine clauditur. plurimas habens gentes
diuerso vultu & monstruosā specie horribiles
ferarum quoque & serpentium referta est mlti-
tudine. Illic quippe rinocerata bestia & ca-
melopardus basiliscus. dracones ingentes ex
quorum cerebro gemme extrahuntur. acin-
ctus quoque & crisopras⁹ ibi reperiuntur. cin-
namomum illic colligitur. Due sunt autem
ethiopiae vna circa ortum solis altera circa oc-
casum in mauritania. Extra tres autem par-
tes orbis quarta pars trans oceanum. Inter-
ior in meridie que a solis ardore incognita

nobis est in cuius finibus antipoda s fabulose
inhabitare produntur. Proxima autem hispa-
nie mauritania est deinde numidia inde car-
taginenses postquam getulam accepimus p⁹
ea ethiopia inde loca exusta solis ardoribus
Sciendum sane quod quedam prouincie primū
de nomine auctoris apellate erant postea a p-
rouincia genti nomen est factum. Nam ab ita-
lo italia & rursus ab italia italus. & sic vltim⁹
ipsa nomina gentis quomodo fuit ipsum no-
men auctoris vnde diriuatum est nomen prou-
incie. Ex quo accidit ex vno nomine nomina
re ciuitatem & regionem & gentem. Pro-
uincie autem ex causa vocabulum acceperunt
Principatus namque gentium quia ad reges ali-
os pertinebant cum in ius suum romani vin-
cendo redigerunt procul positas regiones. p-
rouincias appellauerunt. Patria autem vocata
quod communis sit omnium qui in ea nati sunt
terra autem significat vt prediximus elemē-
tum. terras vero singulas partes vt africa ita-
lia eadem & loca. Nam loca & terre spacia
in orbe terrarum multas in se continent prou-
incias. sicut corpore locus est pars vna mul-
ta in se continens membra scilicet & domus mlti-
ta in se habens cubicula. sic terre & loca dicitur
tur spacia. quorum partes sunt prouincie sic
in asia frigida in europa gallia recia in his-
pania betica. Nam asia locus est prouincia
alie frigida troia regio frigida. alii ciuitas tro-
ie. Item regiones partes sunt prouinciarum
quas vulgus conuentus vocat. sicut in frigida
troia sicut in gallicia cantabria asturia. A re-
ctoribus autem regio nuncupata est cui⁹ par-
tes territoria sunt territorium autem voca-
tum quasi tauritorium tritū bubus & aratro
Antiqui enim sulco ducto & possessionum &
territorium limites designabant.

De insulis

Insule dicte quod in salo sint id est in mari
posite. que in plurimis locis sacre scripture
aut ecclesias cristi significant aut specialiter
quoslibet sanctos viros qui tunduntur flucti-
bus persecutionum sed non destruntur quia
a deo proteguntur. Nam in psalterio scriptū
est. Dominus regnauit exultet terra letent
insule multe. Regnante itaque domino per to-
tum mundum disposite letentur ecclesie. que
merito insulis comparantur quia mundi flu-
ctibus ambite circum latrantium persecutio-
num numerositate tunduntur: sed sicut iste
seuientibus fluctibus nesciunt ledi ita n^e san-
cte ecclesie perturbationibus aduersariorum
probantur immunes. quin potius illos suis cau-

tibus frangunt qui in eas vndosis culminibus
irruerunt. Et vide quia dicit multe non om-
nes propter hereticas prauitates qui errori-
bus suis ecclesiarum nomen imponunt. Item
insula plebs iudea vt in ezechiele fili hominis
loquere ad habitatores insule. Sunt quidem
plurime insule propriis nominibus vocate sicut
paucis locis in scripturis sacris eorum nomi-
na posita reperiuntur. ideo non credimus in
hoc opere necessarium esse earum nomina re-
perire posse. Attamen quarundam earum hic
etymologias secundum maiorum traditionē
ponere non piget. quia fortasse lectori gratū
est si quid inde i hoc opusculo nostro repperi-
erit dictatum cum inde habeat materiam ad
spiritalē intelligentiam earum significatio-
nem transferendi si alicubi ei oportunitū visū
fuerit. Chio insula ante bituniam quam iam
aliqui chiam appellauerunt. Cindus insula
contra asiam. hec interpretatur mentis excessus.
Mielie insula contra asiam a septimo
miliario. Hec interpretatur de infirmitate
sue mandatum humilitatis. Samotracia est
insula i pathmo sinu Britannia oceani insula
interfuso mari a toto orbe diuisa a vocabulo
sue gentis cognominata. Hec aduersa galliarum
parte ad prospectum hispanie sita est.
Circuitus eius quadragies octies septuagin-
ta quinque milia. Multa & magna flumina in
ea fontes calidi. metallorum larga & varia
copia gagates lapis ibi plurim⁹ & margarite.
Tanatos insula oceani freto gallie a bri-
tannia seperata frumentariis campis & gle-
ba vberima. Dicta autem tanatos a morte
serpentum quos dum ipsa nesciat asportat i
de & in terram gentium vecta siti angues illi
co pereunt. Tile vltima insula oceani inter
septentrionalem & occidentalem plagam vl-
tra britanniam a sole nomen habens quia in ea
estiuum solsticium sol facit vt quidam dicunt
& nullus vltra eam dies est vnde & pigrum
& concretum est eius mare. Orcades insula
oceani intra britanniam posite numero xxxiii.
quarum xx. deserte sunt tredecim coluntur. Scocia
eadem & ibernia proxima britannie insula spa-
cio terrarum angustior sed situ fecundior.
Hec ab affrico in boream porrigitur. Cuius
partes priores sunt ibernia & cantabricum
oceanum intendunt. Vnde & ibernia dicta
scocia autem quod ab scotorum gentibus colit
appellata. Illic nulla anguis auis rara apis n^e
la adeo vt aduectos inde pulueres seu lapil-
los si quis alibi sparserint iter aluearia exami-
na fauos deferant. Gadius insula in fine beti-
ce prouincie sita que dirimit europam ab af-
frica in qua herculis columne visuntur & vñ

E. fol.

4

Rariora

Cm





Cm




Cm





Cm



Cm

Theologia
Folio n^o. 4.

642. **Rabanus Maurus**, De sermonum proprietate. [Straatsburg,
Ado. Rusch] z. j. 2^o. E. 2^o. 4

Type 1. — HC* 13669. — BMC I p. 60. — Holtrop II 663. — MMW
II 737. — Pr. 239.

Uit het Regulierenklooster te Utrecht, zooals blijkt uit de bandver-
siering. Zie de aantek. bij nr. 10. — In oorspr., herstelden led. stempel-
band, beschr. bij Hulshof-Schretlen p. 5; de doppen en sloten ontbreken.

Dear Mother
I received your letter of the 10th and was
glad to hear from you. I am well and
hope these few lines will find you the same.


I have not much news to write at present.
The weather here is very warm now, and
I have been out for a walk every day.

I must close for this time. Write soon.
Your affectionate son,
John Smith

I have not much news to write at present.
The weather here is very warm now, and
I have been out for a walk every day.

I must close for this time. Write soon.
Your affectionate son,
John Smith

I have not much news to write at present.
The weather here is very warm now, and
I have been out for a walk every day.



Epistola Rabani ad ludouicum regem
inuictissimū &c. incipit feliciter.

DOMINO excellē
tissimo & omī ho
nore dignissimo lu
douico regi Raba
nus vilissimus ser
uoz dei suus eter
ne beatitudinis ī
xpo optat salutē.
Audita bona opi
nione vestra: que
p̄dicatur p̄ totas prouincias germanie atq̄
gallie & pene in cunctis ptibus euope cre
bris laudibus intonat satis exulto. & domi
ni misericordiā imploro. quatinus hoc cum
bono augmēto ad salubrē finem puenire con
cedat. Ob hoc quippe laboris mei opuscula q̄
ī suiciū xpi ipsius largiente gracia sacras
scripturas exponēdo put potui expendi non
sine v̄ra cōmuniōe habere volui: sed aliquos
tractatus atq̄ cōmentarios in diuinos libros
cōscriptos v̄re veneracioni direxi. Nuper q̄
quia vos q̄ndo in p̄sencia vestra fui cōptum
vos habere dixistis aliquod opusculū me no
uiter cōfecisse de f̄monū p̄prietate. & misti
ca rerū significacione. Quod ecia a mea par
uitate postulastis vob̄ dirigi. Feci libent̄ qd̄
petistis. & ipsū op̄ vobis in vigintiduos
libris termiatū trāsmisi: vt si serenitati v̄re
placuerit corā vobis relegi illud faciatis. &
si aliquid in eo dignū emēdacione reptū fue
rit cū vestris sagacissimis lectorib̄: put ra
cio dictat illud emēdare curetis. Sunt enim
in eo plura exposita de rerū naturis: & ver
boz p̄prietatibus. nec nō ecia de mistica re
rū significacione. Quod idcirco ita ordinan
dum estimavi. vt lector prudens continuatī
positā inueniret historicā & misticā singula
rum rerum explanacionem: et sic satisfacere
quodāmodo posset suo desiderio in q̄ & hy
storie & allegorie inueniret manifestacionē
Vnde mihi non melius aliud videbat huius
opis sumere iniciū quā ab ip̄o cōditore no
stro qui omniū rerū est caput & principium
quia quicqd̄ naturaliter subsistit: aut auctor
& creator omniū est: aut ab eo condita crea
tura. quia ex ip̄o & p̄ ipsū & in ip̄o sūt om
nia: qui fecit celum & terrā: mare & omnia
que in eis sūt. Sic ergo p̄mum de ip̄o sumo
bono & v̄ro cōditore nostro: hoc est patre et
filio & spiritus sancto. vno & solo omnipoten
te deo iuxta paruitatē ingenii mei q̄ntum di
uina grā me posse concessit scribendo aliqua
differui. Postea vero de celestibus & trestri

bus creaturis non solū de natura: sed ecia de
vi & effectibus eaz̄. sermonem habere insti
tui. vt lector diligēs in hoc ope et nature p̄
prietatē iuxta historiā et spiritalē significa
cionē iuxta mysticum sensū simul posita inue
niret. Et quia de sanctis hominibus: qui in
veteri & nouo testamēto cōmemorant eoz̄q̄
actionibus mysticis necnon & de locis in qui
bus habitabant. silere me: nō cōuenit. nomīa
ip̄oz̄ simul et locoz̄ ex hebraica lingua in la
tinam trāferre placuit. vt inde facilius my
sticam significacionē explanare possem. Ad
didi q̄ in presenti opusculo non pauca. de fi
de catholica & religione cristiana. & ecōtra
rio de gentiliū supersticione. & hereticorū
errore d̄ philosophis & magis atq̄ falsis diis
de linguis genciū. de regnis militum ciuū
q̄ vocabulis atq̄ affinitatibus. de homine &
ptibus eius. & reliquis animātibus. de lapi
dibus lignis & herbis: que in tra gignuntur
de variis artibus atq̄ artificiis & aliis mul
tis: que omnia in p̄bemio enumerari longū
est. Proinde quod de his hic posui nūc suffi
ciat. ceterū autē in capitulis singuloz̄ libroz̄
diligēcius ea enumerare curavi. Decreui enī
hoc totum op̄ vt sup̄ dixi in vigintiduos li
bros dispertiri. sub quo numero vetus testa
mētum legis diuine interpres beatus hie
ronimus cōplexum se asseruit: ex cuius interp̄
tacione et exposicione quedā obscura in hoc
ope elucidauī. Tu autē electe dñe & regum
karissime. acceptis his que tibi trāsmisi vt e
re eis vt decet. et tā tibi quā illis qui sub tuo
regimine sūt cōstituti. ea vtilia esse p̄mitte:
quatinus tuū bonum studium multis pueni
at ad spiritalē p̄fectum. et fiat tā tibi quam
illis spiritalē exerciciū atq̄ celestis gaudiū in
cremētum. Imitare illius sapiētis viri exem
plum: qui de sapiēcie laude p̄tulit tale p̄co
nium dicens. Inuocaui et venit in me spirit̄
sapiēcie. & preposui illā regnis et sedibus et
diuicias nihil esse dixi in cōpaciōe illius nec
cōparauī illi lapidem p̄ciosū. quoniam omne
aurū in cōparacione illius harena ē exigua.
& tanq̄ lutum estimabit̄ argentum in cōspec
tu illius. Sup̄ salutem et speciē dilexi illā. et
p̄posui p̄ lucē habere illā. quoniam inextin
guibile ē lumen illius. Venerunt autem mihi
omnia bona pariter cū illa. & innumerabilis
bonestas p̄ manus illius. Et letatus sū in om
nibus quoniam antecedebat me ista sapiēcia.
Qua sine fictione didici: et sine inuidia com
munico. & bonestatem illius non abscondo.
Infinitus enim thesaurus ē hominibus. Quo
qui vsū sūt. participes facti sūt amicicie dei.
quomodo ipse sapiēcie dux est. & sapiēcium



emēdator. In manu enī illi9 sūt et nos et ser-
mones nr̄i & omnis sapiēcia & opez sciēcia
et disciplina. Ipse enim mihi dedit hoz q̄ sūt
sciēciam veram, vt sciam disposicionem orb̄
terraz. & virtutē elemētorum iniciū & cō-
sūmacionem. et medietatem tēporum vicissi-
tudinū pmutaciones et cōsūmacionēs tempo-
rum. mox mutaciones et diuisiones tempoꝝ
anni cursus. et stellaz disposiciones. naturas
animaliū. & iras bestiarum. vim ventorum
ocogitaciones hominum. differēcias arborū.
et virtutes radicum. & quecūq̄ sūt abscon-
sa & inprouisa didici. **O**mnium enim artifex
docuit me sapiēcia. **V**nde etiā in libro genci-
um et regum legitur dñs p̄basse petitionez
salomonis: qui petiit ab ipso sibi dari cor doci-
bile. vt iudicāe posset populum suū & discer-
nere inter bonum & malū. **V**bi ita scriptum
est. **P**lacuit sermo coram domino: quod salo-
mon rē huiuscemodi postulasset. & dixit dñs
salomoni. **Q**uia postulasti verbum hoc. & nō
petisti dies multos. nec diuicias animaliq̄ in
imicoꝝ tuoꝝ: sed postulasti tibi sapiēciam.
ad discernendum iudicium. **E**cce feci tibi se-
cundum sermones tuos & dedi tibi cor sapi-
ens et intelligens. tantum vt nullus ante
te: similis tui fuerit. nec post te surrecturus
sit: sed & hec que non postulasti dedi tibi di-
uicias scilicet et gloriam. vt nemo fuerit simi-
lis tui ī regibus cunctis retro diebus. **S**i au-
tem ambulaueris in viis meis. & custodieris
p̄cepta mea. & mandata mea. sicut ambula-
uit dauid pater tuus. longos faciam dies tu-
os. **V**nde māifestum est: quod quicūq̄ ver9
est amator sapiēcie & diligens custos māda-
toꝝ dei. et fidelis executor voluntatis ipsius
vsq̄ in finem. hic habet eum p̄torem. in
futura vero vita fidelissimum boni studii re-
muneratore. et gaudiū eterni largitore. **I**dcirco domine mi rex ante omnia semp̄ stu-
dium sit tibi ad discendaz sapiēciam diuinā
subiectosq̄ tibi idipsū agere precipias: quati-
nus merito rex nominari possis. qui temet-
ipsū et omnes tibi obediētes secūdam volun-
tatem dei regere. & in viam veritatis duce-
re conaris. sicq̄ fiet vt cū apparuerit rex re-
gum. et dñs dominozq̄ sederit ī sede maiesta-
tis sue. & congregate fuerint ante eum oēs
gentes. vt recipiant omnes iuxta meritorū
qualitatem. aut premium. aut penā. tunc tu
cū tuis a dextris eius stans. audias illā ama-
bilem sentēciam domini quā ad omnes elec-
tos suos prolaturus est dicens. **V**enite bene-
dicti patris mei possidete vobis paratū reg-
num ab origine mundi. sicq̄ insertus sancto-
rum cetibus ibis cum eo in vitam eternā vbi

simul cum sanctis angelis letaberis in cōspec-
tu glorie ipsius foeliciter vsq̄ in finem. **M**a-
iestas omnipotentis dei diu vos hic seruet ī
colomes. & postea ī celesti regno gaudio be-
atificet sempiterno.

Incipit epistola Rabani ad hemmonē epi-
scopum.

DOMINO REVERENDISSI-
mo et cū omni caritatis officio me-
rito venerando atq̄ colendo patri
hemmoni episcopo. Rabanus inutilis seruoꝝ
dei suus in cristo eternam optat salutē. **M**e-
mor boni studii tui sancte pater quod habui-
sti in puerili atq̄ iuuenili etate in litteraz ex-
ercicio & sacrarū scripturarū meditatione.
q̄ndo mecum legebas n̄ solum diuinis libros
et sanctoz patrum super eos expoliciones: s̄
etiam huius mundi sapiēciam. de rerum na-
turis. sollertes inquisitiones. quas in libera-
lium arcium descriptione. et ceteraz rerum
inuestigatione cōposuerunt. **P**ostquā me di-
uina p̄uidencia ab exteriorē negociorū cura
absoluit. teq̄ in pastoralis cure officium subli-
mauit. cogitabam quid tue sanctitati gratū
& vtile in scribendo cōficere possem. quo ha-
beres ob cōmemoracionem in paucis breuē
ānotatū: quod ante ī multozq̄ codicum am-
plitudine. & facunda oratoꝝ locucione di-
sertum copiose legisti. **N**eq̄ enim mihi igno-
tum est qualem infestationem habeas. nō so-
lum a paganis qui tibi cōfines sūt: sed & ciaz
apostolorū turbis que p̄ insolēciam & impro-
bitatem mox tue paternitati nō paruam mo-
lestiam ingerunt. et ob hoc frequēti oracioni
atq̄ assidue lectioni te vacare nō pmittunt.
Hec enim omnia mihi sollicite tractanti. ve-
nit ia mētem. vt iuxta morem antiquoz qui
de rerum naturis & nominum atq̄ verborū
etymologiis plura cōscripsere: ipse tibi ali-
quod opusculum cōderez. in q̄ haberes scrip-
tum. nō solum de rerū naturis. & verborū p̄-
prietatibus: sed etiam de mystica earūdem
rez significaciōe. vt cōtinuatī positā iueni-
res historicā et mysticā singularū expolicoꝝ.
Tu autez electe dñe & episcopoz karissime
acceptis his que tibi trāsmisi vtere eis vt de-
cet. & tam tibi quā illis q̄ sub tuo regimine
sūt cōstituti. vtile esse pmittite. quatinus tu-
um bonum studium multis pueniat ad spiri-
talem p̄fectum. & fiat tam tibi quā illis spi-
ritale exerciciū. atq̄ celestis gaudiū incre-
mentum. **I**mitare illius sapientis viri exem-
plum qui de sapiēcie laude tale ptulit pre-
conium dicens. **I**nuocaui & venit ī me spiri-
tus sapiēcie. & p̄posui illam regnis et sedi-
bus. & diuicias nihil esse dixi ī comparaciōe

illius. nec comparavi illi lapidem preciosum. quoniam omne aurum in comparacione illius arena est exigua. & tanquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & speciem dilexi illam. & proposui pro luce habere illam quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Nam et apostolus paulus scribens ad thimotheum de doctrina sapientie diuine ad hoc ipsum exhortatus est cum dicens. Hec preponens fratribus bonus minister eris christi ihesu enutritus verbis fidei. et bone doctrine quam assecutus es. Precipe hec & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium. in verbo. in conuersatione. in caritate. in fide. in castitate. Hec meditare ut perfectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & doctrine instans in illis. Hoc enim faciens. & reipsum saluum facies. et eos qui te audiunt. Vnde decet te nihil aliud proponere meditatione diuine legis. & doctrine verbo dei. nec villo modo debes ea deserere propter mundanam curam. & secularia negocia. quia hec maximum impedimentum faciunt operi diuino. apud eos qui his abutuntur. Nam perdoctores multi inueniuntur. huius temporis viri ecclesiasticis personis. qui relicto predicandi officio. & spiritali conuersatione. in eo se magnos estimant. si terrenis negociis proponantur. et disceptacionibus secularium sepe intersint. ita ut in eorum conuentibus quasi arbitres presideant. & eorum conflictuum iudices fiant. Quod tamen nullomodo apostolus contemnit qui ait. Nemo imitans deo implicet se negociis secularibus. ut ei placeat cui se probauit. Nam qui certat in agone non coronatur nisi legitime certauerit. Item alibi ait. Si quis contemptibiles habetis: hos constituite: ad iudicandum secularia negocia. Multo melius enim laborare episcopum in doctrina verbi dei ob salutem animarum sibi commissarum: quam in disponendis & definiendis civilibus questionibus. & variis hominum contentionibus vacare. quod propter terrenam cupiditatem lites rixas incessanter mouet. & unusquisque in his alterum superare contendit. Nusquam enim in scripturis sacris legitur ipse saluator. aut discipuli eius hoc egisse siue docuisse. Inuenitur tamen in euangelio scriptum: quod quidam homo rogauerit ipsum mediatorem nostrum quod fratri suo iuberet ut diuideret secum hereditatem suam. Cui ille respondit. O homo quis constituit me iudicem aut diuisorem inter vos et reliquos. In quo probauit se nolle. doctores euangelii. curis & rixis secularium occupari vel interesse. Non enim idem officium est euangelium christi

in pulpito ecclesie populo predicare. & in placito secularium lites forenses inter rixantes decernere. Hec ergo cum scribatur mi domine nolo ut estimes me nouam legem viuendi tibi constituere: sed olim a sanctis viris prolata ob commemorationem breuiter commemorare. Credo enim te magis velle in tanto conspectui conditoris tui salubriter placere: quam fauoribus humanis forinsecus inaniter extolli. Ideo quod bene in seruicio dei agere cepisti hoc melius ac melius semper operando usque in finem perficere satagas. ut in primis & in ultimis conuersationis tue temporibus dei seruicium perfecte agens. ad celestis premii plenitudinem feliciter peruenire valeas. quatinus tibi in extremo iudicio ipse summus pater familias cum ceteris electis dicat. Euge serue bone & fidelis quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam. Intra in gaudium domini tui.

Incipiunt capitula libri primi.

Primum de deo. **S**ecundum de filio dei.

De spiritu sancto. **iii**

De eadem trinitate. **iiii**

De Angelis. **v**

Capitula huius secundi libri incipiunt.

Primum de hominibus quod quodam presagio nomina acceperunt. **S**ecundum de patriarchis et ceteris eiusdem etatis hominibus.

Capitula tercii libri incipiunt.

Primum de aliis quibusdam viris siue feminis quarum nomina in veteri testamento scripta leguntur.

De prophetis. **ii**

Capitula libri quarti incipiunt.

Primum de his personis que ad nouum testamentum pertinent: hoc est euangelistis & apostolis.

De martiribus. **ii**

De ecclesia & synagoga. **iii**

De religione & fide. **iiii**

De clericis. **v**

De monachis. **vi**

De ceteris fidelibus. **vii**

De heresi & scismate. **viii**

De heresibus iudeorum. **viiii**

De diffinitionibus recte fidei & ecclesiasticorum dogmatum. **x**

De sacramentis diuinis ubi quid in his hominibus gerendum sit demonstratur. **xi**

De exorcismo. **xii**

De simbolo. **xiii**

De oracione & ieiunio. **xiiii**

De penitencia satisfactione atque exomologesi. **xv**

Incipiunt capitula quinti libri.

De scripturis sanctis, hoc est veteri & nouo testamento.	i
De autoribus eorundem librorum.	ii
Breuis annotacio: que indicat quid i sanctis codicibus contineatur.	iii
De biblioteca.	iiii
De opusculorum varietate.	v
De canonibus euangeliorum.	vi
De canonibus conciliorum.	vii
De ciclo paschali.	viii
De officiis canonicis et de his que i ecclesia leguntur atq; canuntur.	ix
De hostiis holocaustis atq; sacrificiis, & qd eoz species singule significant.	x
C apitula libri sexti.	
De homine & partibus eius.	i
C incipiunt capitula libri septimi.	
De etatibus hominis.	i
De generacionis prosapia.	ii
De ordinibus filiorum.	iii
De agnatis et cognatis.	iiii
De coniugiis.	v
De morte.	vi
De portentis.	vii
De pecoribus & iumentis.	viii
C incipiunt capitula libri octaui.	
De bestiis.	i
De minutis animantibus.	ii
De serpentibus.	iii
De vermibus.	iiii
De piscibus.	v
De auibus.	vi
De minutis auibus.	vii
C apitula libri noni.	
De mundo & quatuor plagis ipsius.	i
De aethomis.	ii
De elemētis.	iii
De celo.	iiii
De partibus celi.	v
De ianuis celi.	vi
De cadinibus celi.	vii
De luce.	viii
De luminaribus.	ix
De sole.	x
De luna.	xi
De sideribus.	xii
De pliadibus.	xiii
De arturo.	xiiii
De orione & hyadibus.	xv
De lucifero.	xvi
De vespere.	xvii
De aere.	xviii
De nubibus.	xix
De tonitru & fulgure atq; coruscacionibus.	xx
De arcu celesti.	xxi
De igne.	xxii


De pruina.	xxiii
De carbonibus.	xxiiii
De cineribus.	xxv
De ventis.	xxvi
De aura & altano.	xxvii
De turbine & procella.	xxviii
C apitula libri decimi.	
De temporibus.	i
De momētis.	ii
De horis.	iii
De diebus.	iiii
De partibus diei.	v
De noctibus.	vi
De septem partibus noctis.	vii
De tenebris.	viii
De ebdomatibus.	ix
De mensibus.	x
De vicissitudinibus tempoz quatuor.	xi
De anno.	xii
De seculo.	xiii
De sex etatibus seculi.	xiiii
De festiuitatibus.	xv
De sabbato.	xvi
De dnico die.	xvii
C apitula vndecimi libri incipiunt.	
De diuersitate aqz.	i
De mari.	ii
De oceano.	iii
De mediterraneo.	iiii
De rubro mari.	v
De abisso.	vi
De estibus et fretis.	vii
De lacis & stagnis.	viii
De fontibus.	ix
De fluminibus.	x
De torrentibus.	xi
De puteis.	xii
De gurgitibus.	xiii
De pluuiis.	xiiii
De gutta.	xv
De niue.	xvi
De glacie.	xvii
De pruina & grandine.	xviii
De rore.	xix
De nebula.	xx
De diluuiis.	xxi
C incipiunt capitula libri duodecimi.	
De terra.	i
De orbe.	ii
De paradiso.	iii
De regionibus.	iiii
De insulis.	v
De promunctoriis.	vi
C incipiunt capitula libri tredecimi.	
De montibus.	i
De collibus.	ii

De vallibus.	iii
De campis.	iiii
De saltibus.	v
De locis.	vi
De confragosis locis.	vii
De lustris ferarum.	viii
De lucis.	ix
De deftis locis.	x
De amenis locis.	xi
De apricis locis.	xii
De lubris locis.	xiii
De estiuis locis.	xiiii
De naualibus locis.	xv
De litore.	xvi
De specu.	xvii
De biatu.	xviii
De pfundo.	xix
De baratro.	xx
De berebi profunditate.	xxi
De loco cociti.	xxii
Incipiunt capitula libri decimi quarti.	
De edificiis publicis.	i
De portis.	ii
De viis.	iii
De plateis.	iiii
De cloacis.	v
De foro.	vi
De curia.	vii
De pretorio.	viii
De gymnasio.	ix
De capitolio.	x
De arcibus.	xi
De amphiteatro.	xii
De faro.	xiii
De tbernis.	xiiii
De balneis.	xv
De apoliterio.	xvi
De tabernis.	xvii
De macello.	xviii
De carcere.	xix
De habitaculis.	xx
De edificiis sacris.	xxi
De adicibus.	xxii
De pietibus.	xxiii
De repositoriis.	xxiiii
De officinis.	xxv
De monicionibus.	xxvi
De tentoriis.	xxvii
De sepulchris.	xxviii
De edificiis rusticis.	xxix
De agris.	xxx
De mensuris agrorum.	xxxi
De itineribus.	xxxii
Capitula libri quindecimi incipiunt.	
De philosophis.	i
De poetis.	ii

De sibillis.	iii
De magis.	iiii
De paganis.	v
De diis gencium.	vi
Incipiunt capitula libri sedecimi.	
De linguis gencium.	i
De gencium vocabulis.	ii
De regnorum milicieq; vocabulis.	iii
De ciuibus & impiis milicieq; vocabul.	iiii
Capitula libri decimiseptimi.	
De pulueribus & glebis terre.	i
De glebis & aquis.	ii
De vulgaribus lapidibus.	iii
De lapidibus insignioribus.	iiii
De marmoribus.	v
De ebore.	vi
De gemmis.	vii
De margaritis.	viii
De cristallis.	ix
De vitro.	x
De metallis.	xi
De auro.	xii
De argento.	xiii
De ere.	xiiii
De electro.	xv
De stagno.	xvi
De plumbo.	xvii
De ferro.	xviii
Incipiunt capitula libri decimoctau.	
De ponderibus.	i
De mensuris.	ii
De numero.	iii
De musica & partibus eius.	iiii
De medicina & morbis.	v
Capitula libri deciminoni incipiunt.	
De cultura agrorum.	i
De frumentis.	ii
De leguminibus.	iii
De vitibus.	iiii
De arboribus.	v
De ppriis nominibus arborum.	vi
De aromaticis arboribus.	vii
De herbis aromaticis siue comunibus.	viii
De oleribus.	ix
Capitula libri vicesimi incipiunt.	
De bellis.	i
De triumphis.	ii
De instrumentis bellicis.	iii
De bucinis & tubis.	iiii
De armis.	v
De gladiis.	vi
De hastis.	vii
De sagittis.	viii
De pharetris.	ix
De fundis.	x
De ariete.	xi

De elipeis.	xii
De loriceis.	xiii
De galeis.	xiiii
De foro.	xv
De spectaculis.	xvi
De ludo gymnico.	xvii
De generibus gymnicoꝝ.	xviii
De saltu.	xix
De cursu.	xx
De iactu.	xxi
De virtute.	xxii
De luctacione.	xxiii
De palestra.	xxiiii
De agone.	xxv
De ludis circensibus.	xxvi
De auguriis.	xxvii
De curru.	xxviii
De equis quibus curritur.	xxix
De septem spaciis.	xxx
De equitibus.	xxxi
De peditibus.	xxxii
De coloribus equoꝝ.	xxxiii
De theatro.	xxxiiii
De ferali certamine.	xxxv
De hoꝝ execracione.	xxxvi
De nauibus.	xxxvii
De partibus nauium & armamētis.	xxxviii
De velis.	xxxix
De funibus.	xl
De retibus.	xli
De fabroꝝ fornace.	xlii
C apitula libri vicesimiprimi incipiunt.	
De fabricis parietum.	i
De dispositione.	ii
De cōstructione.	iii
De venustate.	iiii
De laqueariis.	v
De crustis.	vi
De lichostrotis.	vii
De plastis.	viii
De pictura.	ix
De coloribus.	x
De instrumētis edificioꝝ.	xi
De lignariis.	xii
De laneficij inuencioe.	xiii
De vestibus sacerdotum.	xiiii
De diuersitate & nominibꝝ vestimētoꝝ.	xv
De pprio quarūdam gencium habitu.	xvi
De pallis viroꝝ.	xvii
De pallis feminarū.	xviii
De stratu & reliquis vestium que in vsu habentur.	xix
De lanis & lino.	xx
De coloribus vestium.	xxi
De instrumētis vestiū.	xxii
De ornamētis.	xxiii

De anulis.	xxiiii
De cingulis.	xxv
De calciamentis.	xxvi
I ncipiunt capitula libri vicesimifecundi.	
De mensis & escis.	i
De potu.	ii
De vasis escariis.	iii
De vasis potariis.	iiii
De vasis vinariis siue aquariis.	v
De vasis oleariis.	vi
De vasis coquinariis & pistoris.	vii
De vasis repositoriis.	viii
De canistro.	ix
De vasis luminarioꝝ.	x
De lectis & sellis.	xi
De vehiculis.	xii
De reliquis: que in vsu habentur.	xiii
De instrumētis rusticis.	xv
De instrumētis horrioꝝ.	xvi
De instrumentis equoꝝ.	xvii



DRIMVM apud hebreos dei nomen hebreo dicitur: quod alii deum. alii etimologia eius exponetes scyros id est fortem interpretati sunt. ideo quod nulla infirmitate opprimitur: sed fortis est

& sufficiens ad omnia perpetranda. Secundum nomen eloim. Tercium eloe: quod vtrunq; in latinum deus dicitur. Quod nomen in latinum est ex greca appellacione traslatum. Naz deus grece theos febor dicitur. id est timor. Unde tractum est nomen dei. Quod eum colentibus sit timor. Deus autem pprie nomen est trinitatis ptinens ad patrem. & filium. & spiritum sanctum. Ad quam trinitatem etiam relique in deo infra sunt posita vocabula referuntur

Quartum nomen est sabaoth: quod vertitur in latinum exercituum siue virtutum. de quo in psalmo ab angelis dicitur. Quis est iste rex glorie dominus virtutum. Sunt autem in huiusmodi ordinatione virtutes multe. vt angeli archangelus. principatus. & potestates. cunctiq; celestis milicie ordines: quoꝝ tamen ille dominus est. Omnes enim sub ipso sunt: eiusq; dominatui subiacent. Quintum nomen est elion quod interpretatur in latinum excelsus: qui super celos est. sicut scriptum est de eo. Excelsus dominus & super celos gloria eius. Excelsus autem dicitur pro valde celsus. Ex enim pro valde ponitur. sicut eximus quasi valde eminentis. Sextum iere id est qui est. Deus enim

solus: quia eternus est. hoc est quia exordium non habet essencie nomen tenet. Hoc enim nomen ad sanctum moysen per angelum est delatum. Querenti enim quod esset nomen eius: qui eum pergere precipiebat ad populum ex egypto liberandum. respondit. Ego sum qui sum. & dices filiis israel. Qui est misit me ad vos. tanquam in eius comparacione qui vere est. quia incommutabilis est. ea que commutabilia sunt quasi non sint. Quod enim dicitur fuit. non est. & quod dicitur erit. non dum est. Deus autem tantum esse nouit. fuisse & futurum esse non nouit. Solus autem pater cum filio & spiritu sancto veraciter est: cuius essencie comparatum esse nostrum. non esse est. Vnde & in colloquio dicimus. Viuit deus qui essencia uiuit quam mors non habet. Septimum adonai quod generaliter interpretatur dominus: quo dominetur creature cuncte. vel quod creatura omnis dominatur eius deseruiat. Dominus ergo & deus. vel quod dominetur omnibus. vel quod timeatur a cunctis. **O**ctauum ia. quod in deo tantum ponitur. quod etiam in alleluia in nouissima sillaba sonat. **N**onum tetragramaton. hoc est quatuor litterarum: quod proprie apud hebreos in deo ponitur. iod he. uau be: id est duabus ia: que duplicata ineffabile illud & gloriosum nomen dei efficiunt. Dicitur autem ineffabilis: non quia dici non potest: sed quia finire sensu & intellectu humano nullatenus potest. & ideo quia de eo nihil digne dici potest. ineffabilis est. **D**ecimum sadai id est omnipotens. Vocatus autem omnipotens. eo quod omnia potest. sed & a faciendo quod vult. non a paciendone quod non vult. Quod si ei accederet. nequaquam omnipotens esset. Facit enim quod vult. & inde omnipotens. Item omnipotens quod ipsius sunt omnia que ubi sunt. Solus enim totius mundi habet imperium. Dicuntur autem & alia quedam in deum substantialiter nomina. ut immortalis incorruptibilis. incommutabilis. & eternus. Vnde & merito cuncte proponitur creature. Immortalis. sicut de eo scriptum est. Qui solus habet immortalitatem: quia in eius natura nulla est commutacio. Nam omnis mutabilitas non inconuenienter mortalitas dicitur. secundum quod & anima dicitur mori. non quia in corpus vel in aliquam alteram substantiam mutatur & vertitur: sed in ipsa sua substantia. que quod alio modo nunc est. aut fuit secundum id quod destitit esse quod erat mortalitas utique apprehendit. ac per hoc deus solus dicitur immortalis. quia solus incommutabilis. incorruptibilisque appellatur. quia corrumpi & dissolui non potest nec diuidi. Quicquid enim capit diuisionem:

& interitum capit. Ille nec diuidi potest: nec interire inde incorruptibilis est. Incommutabilis est: quia semper manet. & mutari nescit nec perficit quia perfectus est. nec deficit. quia eternus est. Eternus est: quia sine tempore est. non enim habet initium. neque finem. Hinc & sempiternus. eo quod sit semper eternus. A quibusdam autem eternus ab ethere creditur dicitur. quomodo celum sedes eius habetur. Vnde est illud. Celum celi domino. Et hec ista quatuor unum significant. Nam una eademque res dicitur. siue dicatur eternus deus. siue immortalis. siue incorruptibilis. siue immutabilis. Nam inuisibilis deus dicitur. quia nunquam per substantiam suam apparuit oculis mortalium. trinitas. nisi per speciem subiecte creature eiusdemque corporee. Nam nemo potest ipsam manifestationem essencie dei videre & viuere sicut & dictum est moysi. Vnde & dominus in euangelio ait. Deum nemo vidit unquam. Inuisibilis enim res est. ideoque non oculo: sed corde querendus est. In passibilis: quod nullis perturbationibus afficitur. quibus fragilitas humana succubuit. Non enim attingunt eum velle passiones. ut libido. iracundia. cupiditas. timor. meror. inuidia &c. quibus mens humana turbatur. Sed cum dicitur deus irasci. aut zelare. aut dolore: nostro versus dicitur. Apud deum enim perturbacio nulla est: apud quem tranquillitas summa est. Simplex autem dicitur siue non amittendo quod habet. seu quia non aliud est ipse. & aliud quod in ipso est. sicut in homine. cuius aliud est esse. & aliud sapere. Nam & esse potest. & sapiens non esse. Deus habet essenciam: habet et sapienciam: sed quod habet hoc est. & omnia vnus. ac proinde simplex est. quia non in eo aliquid accedere potest. Sed & quod est. & quod in ipso est. essentialiter est excepto: quod relative ad quancumque personam est. Summe bonus quia incommutabilis est: creatura vero bonum: sed non summum est. quia mutabilis est. & dum sit quidem bonum. non tamen esse potest & summum. Incorporatus autem vel incorporalis ideo dicitur deus. ut spiritus credatur vel intelligatur esse. non corpus. Nam dum dicitur spiritus eius significatur substantia. Immensus quod cuncta concludat. & ipse a nullo concludatur: sed omnia intra eius omnipotentiam coartentur. Perfectus dicitur. quia nihil ei potest adici & tamen de consummacione alicuius facti perfectio dicitur deus autem qui non est factus. quomodo est perfectus. Sed hoc vocabulum de versus nostro super sit humana inopia. sicut & reliqua verba quatinus id quod ineffabile est ut cumque dici possit quomodo de deo nihil digne humanus sermo

dicit. sicut sūt & alia. **C**reator dictus p̄ toti
 us mundi rebus ab ipso creatis. **N**ihil enim ē
 quod n̄ originem a deo traxerit. **I**pse & vn̄
 quia diuidi nō potest. vel q̄a nihil aliud esse
 potest. q̄d tantūdem capiat potestatis. **H**ec
 igitur que de deo dicta sunt ad totā p̄tinent
 trinitatem. p̄pter vn̄am & coeternam sub
 stanciam. siue in patre. siue in filio ei⁹ vnige
 nito. in forma autē dei. siue in spiritu sancto.
 qui vnus est. spiritus dei patris. & filii eius
 vnigeniti. **S**unt & quedam vocabula ex vsu
 nostro ad deum sūpta d̄ mēbris nostris. siue
 de inferioribus. que ī p̄pria natura inuisibi
 lis & incorporeus est: pro efficienciis t̄n cau
 sarum ī ipso. rerum species ascribuntur. vt
 more locucionis nostre facilius seipsum infi
 nuet. vt quia omnia videt dicat̄ oculus. & p̄
 pter quod audit omnia: dicatur auris. pro eo
 autem quod auertitur. ambulat. p̄ eo quod
 expectat. stat. **S**ic in ceteris horū similib⁹ ab
 humanis mentibus trahitur similitudo ad de
 um. sicut est obliuiscens & memorans. **H**inc
 est quod p̄pheta dicit. **I**urauit dominus ex
 exercituū per animā suam non quod deus ani
 mā habeat: sed quod nostro narrat affectu.
Nam & facies dei ī scripturis sanctis. nō ca
 ro: sed diuina cōgnicio intelligitur. eadē ra
 cione qua p̄ faciē cōspectam quisq̄ cōgnosci
 tur. **H**oc enim ī oracione dicitur deo. **O**sten
 de nobis faciem tuam. **A**c si diceretur. **D**a
 nobis cōgnicionem tuam. **S**ic & vestigia dei
 dicuntur quod nūc deus p̄ speculum cōgno
 scitur. **A**d perfectum verō omnipotēs repe
 rietur dum ī futuro facie ad faciem: quibus
 q̄ electis p̄sentabitur. vt ipsam speciem con
 templantur. cui⁹ nūc vestigia cōprehende
 re conantur. hoc est quē videre p̄ speculum
 dicuntur. **N**am & situs. & habitus. & locus
 & tēpus in deo nō p̄prie: sed per similitudi
 nem translate dicunt̄. **S**edere quippe super
 cherubin dicitur. quod est ad situm. & aby
 so tanq̄ vestimētū amictus. quod est ad habi
 tum. & anni tui nō deficient: quod ad tēpus
 p̄tinet. et si ascendero in celum tu illic es: q̄d
 ad locum manet. **N**am et in p̄pheta plaustrū
 portantis fenum species ad deum ducitur.
Et hec omnia per figuram dicuntur deus q̄d
 nihil horū. ad p̄prietatē substancie eius per
 tinet. **E**t q̄a sicut diximus membra humana
 & habitus atq̄ affectus humani p̄ figuram
 deo ascribuntur. breuiter ea que de his scrip
 ta recolimus annotamus. **C**aput domini ipsa
 diuinitas. eo quod principium et creator sit
 omnium rerum. **C**apilli autem domini can
 didi ī p̄pheta danielle scribuntur. eo quod an
 tiqus sit dierum. **O**culi deum inspectio di

uina. eo quod omnia videat. vt est illud ī apo
 stolo. **O**mnia enim nuda & aperta sūt oculis
 ei⁹. **P**alpebre deum occulta & spiritalia ī di
 uinis p̄ceptis mysteria. vt est in psalmo. **P**al
 pebre eius interrogant filios hominum. hoc
 est p̄bant filios hominum. **O**doratus domini
 delectacio eius ī moribus siue operibus sanc
 torū. vt in genesi. **O**doratusq̄ est dominus o
 dorem suauitatis. **O**s domini filius eius vel
 p̄mo ad homines. vt in psalmo. **O**s domini lo
 cutus est. **E**t alibi. **O**s domini ad iracundiaz
 puocauerunt. **L**ingua domini spiritus eius
 sanctus. vt in psalmo. **L**ingua mea calamus.
Facies domini ostensio eius per filium ei⁹ ad
 homines. vt in exodo. **F**acies mea precedet
 te. & in psalmo. **F**acies domini dimisit eos.
Verbum domini filius. vt in psalmo. **E**ruc
 tauit cor meum verbum bonum. **B**rachium
 domini. filius: per quem omnia operat⁹ est.
 vt in p̄pheta ysaiā. **E**t brachium domini cui
 reuelatum est. **D**extera dei id est filius. vt
 in psalmo. **D**extera domini fecit virtutem.
Item dextera domini. ḡ gloria. siue beatitudo
 p̄petua. sicut in euāgelio de filio dicitur. **S**e
 det ad dexteraz dei. **R**ursū dextera dei elec
 ti omnes. vt in deuteronio. **I**n dextera ei⁹
 ignea lex. **A**le domini. p̄tectio diuina. vt in
 psalmo. **I**n vmbra alaz̄ tuarum sperabo. **S**ca
 pule domini. diuina paciencia: q̄ portare dig
 natur infirmos. vt in deuteronio. **S**uscepit
 eos & supposuit scapulis suis. **M**anus domi
 ni. diuina operacio. vt in prophecā. **N**onne
 manus mee fecerūt hec omnia. **D**igitus do
 mini. spiritus sanctus cuius operacione tabu
 le legis in exodo scripture referuntur. & ī euā
 gelio. **S**i in digito dei eicio demonia. **D**igiti
 domini legislator moyses. siue p̄phete. vt in
 psalmo. **V**idebo celos. hoc est legis libros. et
 p̄phetarum. opera digitorū tuorū. **S**apientia
 dei filius. **I**n apostolo. **C**ristus dei virtus &
 dei sapientia. **E**t in salomone. **S**apientia dñi
 attingit a fine vsq̄ ad finem fortiter. **V**ter⁹
 domini. secretum diuinitatis: ex quo filium
 p̄tulit. vt in psalmo. **E**x vtero ante luciferū
 genui te. **P**edes domini. stabilitas eternita
 tis. vt in psalmo. **E**t caligo sub pedibus eius
Thronus domini. angeli. siue sancti. vel ipsa
 regnandi potestas. vt in psalmo. **T**hron⁹ tu
 us deus in seculum seculi. **S**edes domini. id
 est quod supra angeli vel sancti: quod in his
 dominus sedeat. vt in psalmo. **D**eus sedet su
 per sedem sanctam suam. **D**escensus domini
 visitacio eius ad homines. sicut in michea.
Ecce dominus egredietur de loco suo. & de
 scendet cōculcans extrema terre. **I**tem ī ma
 lam partem. vt in genesi. **D**escendit domin⁹

vt videret turrim. **A**scensus domini eleuatio hominis assumpti a terra ad celos. vt est in psalmo. **Q**ui ascendit super celos celoz. ad orientem. **S**tare domini. paciencia diuinitatis per qua peccatores ad penitenciam sustinet. sicut in abacuc. **S**tetit & mensus est terram. & in euangelio. **S**tetit ihesus & iussit eum vocare ad se. hoc est cecū. **T**ransitus domini. carnis assumptio: per quam nascendo. moriendo. resurgendo. in celos ascendendo. quedam transitum fecit. **I**n cantico canticoz. **E**cce iste venit saliens in montibus. transiens colles. **G**ressus domini. aduentus vel visitatio eius. **V**ie domini. operatio diuinitatis. sicut in iob p̄ dyabolo. Ipse est principium viarum dei. **I**tem vie domini. precepta domini vt in osee. **Q**uomodo recte vie domini. & iusti ambulabunt in eis. **V**estigia domini operum secretorum signa. vt in psalmo. **E**t vestigia tua non cognoscentur. **C**ognicio domini: quod cognoscentes nos faciat. **V**nde dicit ad abraham. **N**unc cognoui quod timeas deū. hoc ē cognoscere te feci. **N**escire deum reprobare est. vt in euangelio. **N**escio vos. **R**ecordatio domini. misericordia eius per qua respicit & miseretur cui vult. sicut in genesi. **R**ecordatus est dominus noe. **E**t alibi. **R**ecordatus est dñs populi sui. **P**enitencia domini rerum mutatio. sicut in libro regum. **P**enitet me quod constituerim saul regem. **I**ra & furor domini. ultio diuinitatis in peccatores secundum vindictam patientis: nō secundum equitatem iudicantis. vt in psalmo. **I**n ira sua & in furore suo cōturbabit eos. **D**ormire domini est. dum in quorūdam hominum cordibus. **F**ides eius minime vigilat. vt in psalmo. **E**xurge quae obdormis domine. **V**igilia domini. in electorum suorum custodia p̄ scienciam diuinitatis semper adesse. vt in psalmo. **E**cce nō dormitabit neq̄ obdormiet. **S**edere dominum. regnare est. vt in psalmo. **D**eus sedet super sedem sanctam suam. **S**cabellum domini. homo assumptus a verbo. vel sancti eius a quibusdam putant. vt in psalmo. **A**dorate scabellum pedum eius quoniam sanctū est. **I**tem scabellum est humilitatis subiectio vt in psalmo. **D**onec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. **A**mbulatio domini. declaratio diuinitatis in operibus electorum suorum. vt in prophetā. **E**t in ambulabo in illis. et ero illorum dominus. **T**uba dei. vox manifesta vt in apostolo. **I**n iussu & in voce archangeli & in tuba dei descendet de celo.

Capitulum secundum.
De filio dei.

QUANTIS eciā modis cristus in scripturis inuenitur diuinis. **N**am ipse dei patris vnigenitus est filius qui dum esset equalis patri. p̄pter salutem nostram formam sui accepit. **P**roinde quedam nomina in illo ex diuinitatis substantia. quedā ex dispensatione susceptae humanitatis assumpta sūt. **C**ristus namq̄ grece a crismate appellatus est: hoc est vnctus. **S**acerdotes ergo & reges apud iudeos sacra vnctio in veteri testamento vngebantur. & ideo xp̄s vnctus appellatur: qui rex & sacerdos est: q̄ nō oleo materiali: sed oleo leticie. hoc ē spiritus sancto est vnctus pre omnibus participibus suis. **C**ristus vero hebraice messias dicitur. **I**hesus hebreum. grece iohannes. latine salutaris. vel saluator interpretatur. p̄ eo quod cunctis gentibus salutifer venit. **E**manuel ex hebreo in latinum significat nobiscum deus. scilicet quod per virginem natus deus hominibus in carne mortali apparuit. **D**eus dicitur p̄pter vnitam cum patre substantiam. dominus p̄pter seruitutem sibi creaturam. deus autē & homo quia verbum & caro. **V**nigenitus autem vocatur p̄ diuinitatis excellenciam. quia sine fratribus. **P**rimogenitus p̄ suscepcionem hominis: in qua per adoptionem gratie: habere fratres dignatus est: quibus esset primogenitus. **O**mouision patri ab vnitate substantie appellatur. **S**ubstantia enim v̄l essencia grece vs̄a dicitur. homo vnum. **V**irūq̄ enim coniunctum sonat vna substantia. **P**incipium eo quod ab ipso sūt omnia. & quia ante eum nihil est. **F**inis. vel quia dignatus est in fine seculorum humiliter in carne nasci & mori. v̄l quia quicquid agimus ad illum referimus. & cum ad illum puenerimus v̄tra quod quaeramus nō habemus. **O**s dei est. quia verbum est eius. **N**am sicut p̄ verbis que per linguā fiunt sepe dicimus illa vel illa lingua. ita p̄ dei verbo ponitur os. quia mos ē vt ore verba formentur. **V**erbum autem ideo dicitur. quia per eum omnia pater cōdidit siue iussit. **V**eritas quia nō fallit: sed tribuit quod promisit. **V**ita quia omnia viuificat. **I**magō dicitur. p̄pter parem similitudinem patris. **F**igura: quod suscipiens formam serui per operū virtutumq̄ similitudinem patris in se imaginem atq̄ in mensam magnitudinem designauit. **M**anus dei est: quod omnia per ipsū facta sūt. **H**inc & dextera p̄pter effectum operis totius creature: que per ipsum formata est. **B**rachium quod ab ipso omnia continent. **V**irtus quod omnem patris potestatem in se metipso habeat & omnia potest. **S**apientia q̄d ipse reuelat misteria sciencie & archana

sapientie. **Splendor** propter quod manifestat
Lumen quia illuminat. **Lux** quia ad verita-
tem contemplandam cordis oculos referat.
Sol quia illustrator. **Oriens** quia luminis fons
& quod oriri nos faciat ad vitam eternam.
Fons: quia rerum origo est vel quod faciat si-
cientes. Ipse quoque a & o. quia initium & fi-
nis. **Paracletus** id est advocatus. quia pro no-
bis intercedit apud patrem. & ad culpas no-
stras remouendas curam gerit. **Sonus** quia
de celo descendens adhaesit ecclesie ut essent
duo in carne vna. **Angelus** dicitur annuncia-
tionem paterne ac sue voluntatis. **Vnde** &
apud prophetam magni consilii angelus legitur:
dum sit deus & dominus angelorum. **Missus**
dicitur: quia verbum caro factum est. **Homo**
dicitur: quia incarnatus est. **Mediator**: quia
de morte ad vitam nos perduxit. **Propheta**
quod futura reuelauit. **Sacerdos** quod pro no-
bis hostiam se obtulit. **Pastor**: quia custos est:
Magister: quia ostensor. **Nazareus** vero a
loco nazareth. **A** merito id est sanctus. siue
mundus. quia peccatum non fecit. **Siquidem** &
de aliis inferioribus rebus nominum species
ad se trahit christus ut facilius intelligatur. **Di-**
citur autem panis quia caro. **Vitis**: quia ex
sanguine ipsius redempti sumus. **Flos**: quia
electus. **Via**: quia per ipsum ad deum imus. **Osti-**
um: quia per ipsum ad deum ingredimur.
Mons: quia fortis. **Petra**: quia firmitas est cre-
dendum. **Lapis angularis**: vel quia duos pari-
etes eduerso id est de circuncisione & pro-
picio in vnam fabricam ecclesie iungit. vel quod pa-
cem angelis & hominibus in se facit. **Lapis**
offensionis quia veniens humilis offenderunt
in eum increduli homines. & factus est petra
scandali. **Fundamentum** autem ideo vocatur. quia
fides in eo fundata est. vel quia super eum
catholica ecclesia constructa est. **Agnus** dicitur
propter innocentiam. **Ovis** propter mansuetudi-
nem. **Aries** propter principatum. **Hedus** pro-
pter similitudinem carnis peccati. **Et vitulus**
pro eo quod pro nobis est immolatus. **Leo** pro
regno & fortitudine. **Serpens** pro morte &
sapientia. **Idem** & vermis: quia resurrexit.
Aquila pro eo quod post resurrectionem ad astra
remeauit. **Nec mirum** si iulibus significacioni-
bus figuretur: quousque ad nostrarum passionum
seu carnis contumelias descendisse cognoscitur
qui dum sit dei patris coeternus ante secula
filius. postquam venit plenitudo temporis propter
salutem nostram formam filii accepit. & fac-
tus est filius dei filius hominis. **Vnde** que-
dam de illo in scripturis secundum formam
dei. quedam secundum formam serui dicuntur
Quorum exempli gratia duo. quedam commemo-

rantur ut singula ad singula referantur. **Secun-**
dum formam enim dei de seipso dicit. **Ego** &
pater vnum sumus. **Secundum** formam homi-
nis dicit. **Pater** maior me est. **Homines** autem
minus intelligentes: quid et pro quo & ad quod
dicatur ea: que propter formam serui dicta sunt
volunt transferre ad formam dei. & rursus ea
que dicta sunt ad formam dei ut ad se inuicem
persone referantur. volunt nomina esse natu-
re atque substantia. et faciunt errorem in fide
Sic enim dei filio coniuncta est humana natu-
ra: ut ex duabus substantiis fieret vna persona
Solus igitur homo protulit crucem: sed propter
vnitatem persone & deus dicitur pertulisse
Hinc est quod scribitur. **Si** enim cognouissent
numquam deum glorie crucifixissent. **Filium**
enim dei crucifixum fatemur. non ex virtu-
te diuinitatis. sed ex infirmitate humanita-
tis. non ex sue nature permansione: sed ex nostra
susceptione. **Inueniunt** ergo membra corpo-
ralia ipso filio dei ascribi. necnon & habitus
corporis de quo iam supra aliqua posuimus
& adhuc alia subiiciemus. **Nam** caput christi
deus esse in apostolo legitur. & caput eccle-
sie christus ut est illud. **Nam** caput mulieris est
vir. caput autem viri christus. caput vero cri-
sti est deus. **Corpus** quidem christi sancta est
ecclesia. sicut etiam idem apostolus ostendit
Capilli namque christi candidi. multitudinem sanc-
torum de albatour in apocalypsi exprimit ubi
scriptum est. **Caput** autem eius & capilli erant
candidi. tanquam lana alba. & tanquam nix. **Antiq-**
tas & immortalitas magister in capitis can-
dore ostenditur. **Cui** precipue iusti quousque ve-
lud capilli adherentes. propter oues ad dexte-
ram futuras instar lane. & propter dealbato-
rum innumerabilem turbam & electorum ece-
lo datour: instar niuis effulgent. **Oculi** christi
precepta sunt euangelica. **Vnde** in genesi legi-
tur. **Pulchriores** sunt oculi eius vino. hoc est
veteris legis doctrinis. **Item** oculi christi docto-
res sunt: per quos ecclesia videt que recta sunt
ut est illud in cantico canticorum. **Oculi** eius
sicut colube super riuulos aquarum. **Qui** be-
ne colube. propter simplicitatem: & riuulis a-
quarum. propter charismata diuina comparantur
Dentes christi apostoli sunt: & predicatores
noui testamenti. **Vnde** scriptum est. **Dentes**
eius lacte candidiores. **Qui** precipidunt ab er-
roribus homines. & eos quasi comedendo in
christi corpus transferunt. **Nomine** autem lactis
doctrina legis significatur. **Lingua** christi euan-
gelicus sermo est. **Lingua** mea adhaesit fauci-
bus meis. **Fauces** christi predicatorum sunt euan-
gelii. **Nam** de gutture illius ita legitur in can-
tico canticorum. **Guttur** illius suauissimum est

In gutture interna dulcedo verboꝝ illius memoratur: quam qui sapit nõ esurit. **L**abia cristi. annunciatoreꝝ verbi. vt in cantico canticoruꝝ. **L**abia illius distillancia mirra primam Barba xpi homo assumptus a verbo. vel perfecti omnes. vt est in psalmo. **S**icut yngentũ in capite: quod descendit in barbam barbam aaron. **M**anus cristi operarii iusticie: ad omne opus bonum parati. vt est illud in cantico canticorum. **M**anus eius tornatiles auree. **D**igiti mei plena sũt mirra. **I**n manibus enĩ opera. in digitis discrecio designatur i mirra cõtinencia & passiones que tunc pbatissima est: cum solũmodo p caritate dei & pximi. vel cõtinencia vel passiones fiunt. **D**extera domini. testamentum nouum. **S**inistra vetus. **I**tem dextera beatitudo ppetua. sinistra vita presens. sicut in cantico canticorum. ecclesia dicit. **L**euam eius sub capite meo. & dextera eius amplexabitur me. **I**tem dextera electi. sinistra reprobi omnes. vt in euãgelio. **S**tatuert oues a dextris. hedos autem a sinistris. **V**bera xpi. euangelica doctrina. vt i cantico canticoruꝝ. **M**eliora sũt vbera tua vino. **M**amille domini duo testamẽta. **V**nde legitur in apocalypsi. **E**t zona aurea circa mamillas. **V**enter xpi. lauacrum regeneracionis. ex quo electos suos per adopcionis graciã in filios generat. **H**inc in cantico canticoruũ dicit. **V**enter tuus eburneus. **I**n testina dñi secretum diuinitatis. sive in sacra scriptura occulta sacramẽta. **H**inc in exodo scriptum est. **C**aput cum pedibus & in testinis uorabit. **C**ruca eius. apostoli vel ceteri p̄dicatores totum ecclesie corpus sustinẽtes. de quo in cantico canticoruꝝ dicitur. **C**ruca eius sicut colũne marmoree. **P**edes domini assumpti homo a verbo vel sancti apostoli. **D**e quo in deuteronio scriptum est. **Q**ui appropinquãt pedibus eius. accipiet de doctrina illiꝝ. **E**t in psalmo. **A**dorabimus in loco ubi steterũt pedes eius. **O**ssa xpi. fortes in ecclesia: que est corpus eius. **D**e quo in psalmo scriptum est. **D**isperfa sũt omnia ossa mea. **C**arnes cristi infirmi in ecclesia. de quo dicit i psalmo. **D**um appropinquant super me nocentes vt edant carnes meas. **V**estimẽta domini: caro assumpta. **V**nde i ezechiele p̄pheta scriptũ est. **E**cce vir vestitus lineis. id est carne munda. **I**tem vestimenta xpi electi omnes. vt in iob. **C**ircũda tibi decorem tuum & speciosis induere vestibus. **T**unica cristi eius ecclesia cuius figuram tunica illa habuit: de qua in euãgelio scribitur. **N**on scindamus illa: sed forciamur de illa cuius sit. **S**tola cristi caro assumpta passionis vino mũdata. **H**inc in ge-

neli scriptum est. **L**anabit vino stolam suam. **V**nde pallium cristi sancta ecclesia eiꝝ aspersa cruoẽ. **V**nde & supra. **I**n sanguine uue pallium suum. **L**ubare domini. populus iudeoꝝ superbie uicio putrefactum. **D**e quo in iheremia scriptum est. **S**icut lubare adberet cõpori sic applicaui populum istum ad me dicit dominus. **C**ingulum xpi: iusticia sive fides eius. **H**inc in ysaiã legitur. **I**usticia cingulũ luborum eius. & fides cinctorium renũ eiꝝ. **C**alciamẽta domini. misterium incarnationis. de quo iohãnes baptista in euãgelio ait. **Q**uius non sũ dignus p̄cumbens soluere corrigiam calciamenti eius.

C Ca. iiii.

De spiritu sancto.

SPIRITVS sanctus ideo predicatur deus. quia ex patre filioq; p̄cedit. & substantiam eius habet. **N**eq; enim aliud de patre p̄cedere potuit quam quod ipse est pater. **S**piritus sanctus autem dictus est secundum id quod ad aliquid refertur. **S**icut enim relatiue pater & filius dicuntur. ita & spiritus sanctus ad patrem & filium quodãmodo relatiue dicitur quia patris & filii spiritus est: sed ipsa relatio spiritus sancti. nõ ita reciprocacione cõuertit poterit. sicut pater & filius. **N**am pater filii pater dicitur. & filii patris dicitur. **S**piritus sanctus uero uniformiter dicitur ad patrem & filium. quia patris & filii spiritus est. **D**icimus enim spiritũ sanctum: spiritum patris: sed non uicissim dicimus patrem spiritus sancti. ne filius eius intelligatur spiritus sanctus. **I**tem dicimꝝ spiritum sanctũ: spiritum filii: sed non dicimus filium spiritus sancti: ne pater eiꝝ intelligatur spiritus sanctus. **D**icitur & idẽ spiritus donum dei. quia deus donator doni sui est. **I**n quibus nomini bus circũferri potest uicissim relatiõis regula. vt sic dicamus donator doni. & donum donatoris. quia in his uocabulis potuit inueniri uisitata huic categoriẽ que dicitur. ad aliquid circũlacio. **E**rgo hoc donum dei id est spiritus sanctus. qui de patre & filio equalit̄ p̄cedit ineffabilis: quedam patris filioq; comunio est. & ideo fortasse sic appellatur. quia patri & filio potest eadem appellacio cõuenire. **N**am hoc ipse p̄prie dicitur: quod illi cõmuniter dicuntur. quia & pater spiritus & filius spiritus. & pater sanctus. & filius sanctus. recte dicitur. **E**rgo ut nominibus iunctisq; separatim utriusq; persone cõueniunt. utriusq; cõmunio p̄prie significetur uocatur spiritus sanctus: quia est terciã i sancta trinitate p̄sona patri & filio per omnia eq̄lis

coeternus. & cōsubstācialis. Et hec trinitas vnus est deus solus. bonus magnus eternus omnipotens. Ipse sibi vnitas. diuinitas magnitudo. bonitas. omnipotencia. & quicquid ad se substancialiter dicitur. Non ita in relatiuis vocabulis itelligendum est. vel dicendum. quia dici non potest. pater sibi pater. vel filius sibi filius. vel spiritussanctus sibi spiritussanctus: sed hec relatiua vocabula ad aliam personam referuntur. Nam & hoc nomen: quod spiritus dicitur. non semper secundum id quod refertur ad aliquid: sed secundum id quod ad aliquam naturam significat intelligitur. Omnis enim incorporea natura spiritus in scripturis sacris appellatur. Vnde non tantum patri & filio & spiritussancto. sed omni rationali creature & anime: hoc vocabulum cōgruit. Spiritussanctus ideo non dicitur genitus. ne duo in trinitate filii suspicarentur. Ideo non predicatur ingenus. ne duo patres in ipsa trinitate credantur. Procedens autem dicitur. testimonio domini dicentis. Cum autem venerit paraclitus quem ego mitto vobis a patre spiritum veritatis. qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de me. Et rursum ille inquit clarificabit quia de me accipiet & annuntiabit vobis. Hic autem non solum natura procedit: sed semper ad pagēda opera trinitatis indefinenter procedit. Hoc interest inter nascentem filium. & procedentem spiritum sanctum: quod filius ex vno nascitur spiritussanctus ex vtroque procedit. Et ideo dicit apostolus. Qui autem spiritum christi non habet. hic non est eius. Nam pater nunquam legitur missus. spiritus vero missus. ut est illud dominicum. Paraclitus inquit spiritussanctus. quem nunc pater in nomine meo ille vos docebit omnia & suggeret vobis omnia. Paraclitus enim grece. latine interpretatur consolator: a cōsolacione. Paraclisin enim cōsolacio interpretatur. Christus enim eum lugentibus misit postquam ab eorum oculis ipse in celum ascendit. Consolator enim tristibus mittitur secundum illam eiusdem domini sententiam. Beati lugentes: quoniam ipsi cōsolabuntur. Ipse etiam dicit. Tunc lugebunt filii sponsi: cum ab eis ablatus fuerit sponsus. Item paraclitus: pro eo quod cōsolacionem prestat animis: qui gaudium temporale amittunt. Alii paraclitum latine oratorem vel aduocatum interpretantur. Ipse enim spiritussanctus dicit: ipse docet. per ipsum datur sermo sapientie: ab ipso sancta scriptura inspirata est. Ideo spiritussanctus septiformis nuncupatur propter dona: que de diuinitatis eius plenitudine particulatim quodque ut digni sunt consequi premerentur. Ipse enim

spiritus sapientie & intellectus. spiritus cōsiliū & fortitudinis. spiritus sciencie & pietatis. spiritus timoris domini dicitur. Spiritus autem principalis in psalmo quinquagesimo legitur. Vbi quia tercio spiritus repetitur nonnulli trinitatem intellexerunt. ideo quia scriptum est: deus spiritus est. Quod enim non est corpus: & tamen est. videtur restare ut spiritus sit. Intelligunt enim ibi nonnulli trinitatem significari. in spiritu principali patrem in spiritu recto filium. in spiritussancto spiritum sanctum. Spiritussanctus ideo donum dei dicitur. eo quod datur. A dando enim donum est nuncupatum. Notissimum est enim dominum ihesum christum: cum post eius resurrectionem a mortuis ascendit in celum dedisse spiritum sanctum: quo credentes impleti linguas omnium gentium locuebantur. Instantum donum dei est: inquam datur eis qui pro eum diligunt deum. Apud se autem deus est. apud nos donum est: sed sempiternus spiritussanctus donum est distribuens singulis. prout vult gratiarum dona. Nam & prophetis: quibus vult impartit. & peccata quibus vult dimittit. Nam peccata nostra sine spiritussancto non donantur. Spiritussanctus inde caritas proprie nuncupatur. vel quia naturaliter eos a quibus procedit coniungit. & se vnum cum eis esse ostendit. vel quia in nobis id agit. ut in deo maneamus & ipse in nobis. Vnde & in donis dei nihil maius est caritate. & nullum est maius donum dei quam spiritussanctus. Ipse est & gratia. Que quia non pro meritis nostris: sed voluntate diuina gratis datur. inde gratia nuncupatur. Sicut vnicum dei verbum proprie vocamus nomine sapientie cum sit pater & filius & spiritussanctus vniuersaliter sapientia. ita spiritussanctus proprie nuncupatur vocabulo caritatis. cum sit pater & filius vniuersaliter caritas. Spiritussanctus digitus dei esse: in libris euangelii apertissime declaratur. Cum enim vnus euangelista dixisset. in digito dei eicio demonia. alius hoc idem ita dixit. In spiritu dei eicio demonia. Vnde & digito dei scripta lex est. data die quinquagesima ab occasione agni. & die quinquagesima venit spiritussanctus a passione domini nostri ihesu christi. Ideo autem digitus dei dicitur. ut eius operatoria virtus cum patre & filio significetur. Vnde & paulus ait. Hec autem omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Sicut autem per baptismum in christo morimur et renascimur: ita spiritu signamur: qui est digitus dei & spiritale signaculum. Spiritussanctus idcirco in columbe specie venisse scribitur. ut natura eius pro auem

simplicitatis & innocencie declaratur. **Vñ** & dominus. estote inquit simplices sicut colúbe. **Hec** enim auis corporaliter ipso felle caret habens tantum innocenciam & amorem. **Spiritus** sanctus inde nomine ignis appellatur p̄ eo quod i apostolorum actibus per diuisionem linguarum: vt ignis apparuit: qui & insedit super vnūquemq; eorum. **Propterea** autem diuersarum linguarum gratiam apostolus dedit. vt idonei efficerentur fidelium eruditione populorum. **Quod** vero supra singulos esse memoratur. id cause est vt intelligatur per plures non fuisse diuisus: sed mansisse in singulis totus sicut fere ignibus mos est. **Hęc** enim habet naturam ignis accensus. vt quanti ad eum: quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint. tantis visum sue lucis impleat tantis misterium sui muneris tribuat. & ipse in sua nihilominus integritate permaneat. **Spiritus** sanctus nomine aque appellatur in euangelio domino clamante & dicente. **Siquis** sitit veniat ad me & bibat. **Qui** credit in me flumina aque viue fluunt de ventre eius. **Euangelista** autem exposuit. vnde diceret: secutus enim ait. **Hoc** enim dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. **Sed** aliud est aqua sacramenti. aliud aqua que significat spiritum dei. **Aqua** enim sacramenti visibilis est. aqua spiritus inuisibilis est. **Ista** abluuit corpus. & significat quod fit in anima per illum autem spiritus sanctum ipsa anima mundatur & saginat. **Spiritus** sanctus ideo vnctio dicitur iohanne apostolo testante: quia sicut oleum naturali pondere superfertur omni loquore. ita in principio superferbatur spiritus sanctus aquis. **Vnde** & dominus oleo exultationis. hoc est spiritu sancto legitur fuisse vnctus. **Et** iohannes apostolus spiritum sanctum vnctionem vocat dicens. & vos vnctionem quam accepistis ab eo permaneat in vobis. **Et** necesse non habetis. vt aliquis doceat vos. **Ipse** sicut vnctio eius docet vos de omni re. **Ipse** enim spiritus sanctus vnctio inuisibilis.

Ca. iiii.

De eadem trinitate.

TRINITAS appellata quod fiat totum vnum ex quibusdam tribus quasi trinitas. vt memoria intelligentia & voluntas: in quibus mens habet in se quādam imaginem diuine trinitatis. **Nam** dum tria sunt vnum sunt. quia & singula in se manent & omnia in omnibus. **Omnis** itaque scriptura veteris ac noui testamenti diuinitus inspirata si catholice intelligitur. hoc insinuat quod pater & filius & spiritus sanctus

vnum sit deus. eiusdemque substantie. vniuscusque essencie atque inseparabilis indiuitatis unitate. ideoque non sunt tres dii: sed vnus pater. & filius. & spiritus sanctus. quāuis pater filium genuerit. & ideo filius non sit qui pater est. filiusque a patre sit genitus. & ideo pater non sit qui filius est. spiritus sanctus nec pater sit nec filius: sed tantum patris & filii spiritus patri & filio etiam ipse coequalis & ad trinitatis pertinens unitatem. **Et** hec trinitas vnus est deus. ex quo omnia: per quem omnia. & in quo omnia beato paulo attestante vbi ait. **Quomodo** ex ipso & per ipsum. & in ipso sunt omnia. ipsi gloria in secula seculorum amen. **Igitur** firmissime credimus patrem & filium & spiritum sanctum vnum esse naturaliter deum. neque tamen ipsum patrem esse: qui filius est. nec filium ipsum esse qui pater est. nec spiritum sanctum ipsum esse: qui pater aut filius est. **Vna** est enim patris & filii et spiritus sancti essentia: in qua non est aliud pater aliud filius. aliud spiritus sanctus. quāuis personarum sit alius pater. alius filius. alius spiritus sanctus. **Quod** nobis maxime in ipso sanctorum scripturarum demonstratur initio. vbi deus dicit. **Faciamus** hominem ad imaginem & similitudinem nostram. **Cum** enim singulari numero dixit imaginem. ostendit vnā naturam esse: ad cuius imaginem homo fiebat. **Cum** vero dicit pluraliter. nostram ostendit deum: ad cuius imaginem homo fiebat non vnā esse personam. **Si** enim illa vna essentia patris & filii & spiritus sancti vna esset persona. non diceretur ad imaginem nostram sed ad imaginem meam. nec dixisset faciā sed faciās. **Si** vero in illis tribus personis tres essent intelligende: vel credende substantie non diceretur ad imaginem nostram: sed ad imagines nostras. **Sed** ad vnā imaginem vnus dei homo factus dicitur. vt vna sancte trinitatis essentialiter diuinitas intimeat. **Hęc** quoque trinitatem personarum atque unitatem nature prophetā ysaias reuelatam sibi non tacuit. cum se dicit audisse seraphim clamācia **Sanctus. sanctus. sanctus dominus deus sabaoth.** **Vbi** prorsus in eo quod dicitur tercio. sanctus personarum trinitatem. in eo vero quod semel dicitur. dominus deus sabaoth. diuine nature cognoscimus unitatem. **Plane** absque omni dubitatione credendum est. patrem & filium & spiritum sanctum vnum esse deum patrem omnipotentem. eternum incommutabilem. & singuli horum deus. & simul omnes vnus deus & singulis quisque horum. plena & perfecta. & eterna substantia. & simul omnes vna substantia. quia quicquid est

pater quo deus est. quo substantia est: quo eternitas est: hoc filius: hoc spiritus sanctus est. Ita etiam & filius. eo quo est deus. quo substantia est: quo eternitas est. hoc pater est & filius. Vna in tribus diuinitas. vna essentia. vna omnipotentia. & quicquid substantia liter de deo dici potest. si forte de patre solo interrogatus fueris quid sit pater. responde **Deus est.** Interrogatus de filio. responde. **deus.** Interrogatus de spiritu sancto. responde. **deus.** Si interrogatus fueris simul de patre & filio & spiritu sancto. non deos: sed deum responde vnum omnipotentem incommutabilem. Sciendum est quod quedam de deo substantialiter dicuntur. ut est deus. magnus omnipotens. & quicquid ad se dicitur. id est substantiam diuinitatis significans. quedam itaque relative dicuntur. ut pater ad filium. filius ad patrem. & spiritus sanctus relative ad patrem & filium. ad se autem siue pater. siue filius siue spiritus sanctus deus dicitur. Itaque pater eo quo est deus. hoc ipso substantia est. quia eiusdem substantie filius. proculdubio & filius deus. & spiritus sanctus deus. At vero deus eo quo pater est relative dicitur. quia non substantie nomen est: sed refertur ad filium. Non sic dicimus filium patrem esse. quomodo dicimus filium deum esse. nec ita dicimus patrem filium esse. sicut dicimus deum esse. quia deus substantialiter dicitur. pater & filius & spiritus sanctus relative dicuntur.

Ca. v.

De angelis.

ANGELI grece vocantur. ebraice malaoth. latine vero nuncii interpretantur. ab eo quod domini voluntatem populis nuncient. Angelorum autem vocabulum officii nomen est: non nature. Semper enim sunt spiritus. sed cum mittuntur vocantur angeli. Quibus ideo pictorum licentia pennas facit. ut celerem eorum in cuncta discursum significant. sicut & iuxta fabulas poetarum venti pennas habere dicuntur propter velocitatem scilicet. Vnde & sacra scriptura dicit. Qui ambulat super pennas ventorum. Nouerunt autem esse ordines angelorum sacre scripture testantur. id est angeli. archangeli. throni. dominaciones. virtutes. principatus. cherubi. & seraphim. Quorum officiorum vocabula cur ita sint dicta interpretando exequimur. Angeli vocantur propter quod de celis ad annuncium hominibus mittuntur. Angelus enim grece. latine nuncius dicitur. Archangeli greca lingua summi nuncii interpretantur. Qui enim parua vel minima annunciant ange-

li. qui vero summa archangeli nuncupantur. Archangeli dicti eo quod primatum teneant inter angelos. Archos enim grece. latine princeps interpretatur. Sunt enim & duces principes: sub quorum ordine unicuique angelorum officia deputata sunt. Nam quia archangeli angelis presunt. Zacharias propheta testatur dicens. Ecce angelus qui loquebatur in me. egrediebatur. & alius angelus egrediebatur in occursum eius & dixit ad eum. Curre loquere ad puerum istum dicens. Absque muro habitabitur iherusalem. Si enim in ipsis officiis angelorum nequaquam potestates superiores inferiores disponent. nullomodo hoc quod homini diceret angelus ab angelo cognouisset. Quidam autem archangelorum priuatis nominibus appellantur. ut per vocabula ipsa in opera quid valent designent. Gabriel ebraice in lingua nostra vertitur fortitudo dei. Vbi enim potentia vel fortitudo manifestatur gabriel mittitur. Vnde & eo tempore quo erat dominus nasciturus & triumphaturus de mundo. gabriel venit ad mariam ut illum annunciat qui addebellandas aeras potestates humilis venire dignatus est. Michael interpretatur: quis sicut deus. Quando enim aliquid in mundo mire virtutis fit hic archangelus mittitur. & ex ipso opere. nomen est eius. quia nemo valet facere quod facere potest deus. Raphael interpretatur curatio vel medicina dei. Vbi enim curandi opus necessarium est hic archangelus a deo mittitur & inde medicina dei vocatur. Vnde & ad tobiam. idem archangelus missus oculis eius curacionem adhibuit & cecitate deterfa visum restituit. Nominis enim interpretatione & angeli officium designatur. Uriel interpretatur ignis dei sicut legimus apparuisse ignem in rubo. Legimus etiam ignem missum de super: & impleisse quod preceptum est. Throni autem & dominaciones & principatus & potestates. & virtutes: quibus cunctam celestem societatem apostolus complectitur. ordines angelorum. & dignitates intelliguntur. Et per hac ipsa distributione officiorum. alii throni. alii dominaciones. alii principatus. alii potestates dicuntur: per certis dignitatibus quibus inuicem distinguntur. Virtutes. angelica quaedam ministeria perhibentur: per quos signa & miracula in mundo fiunt. propter quod & virtutes dicuntur. Potestates sunt quibus virtutes aduersus subiecte sunt. & inde potestatum nomine nuncupantur. quia maligni spiritus eorum potestate coercentur. ne tantum noceant quantum cupiunt. Principatus sunt hi qui angelorum agminibus presunt: qui pro eo quod

subditos angelos ad explendum misterium diuinum disponunt. principatus vocabulum acceperunt. Nam alii sunt qui ad ministrant. alii qui assistunt. sicut & per danielem dicitur Milia milium ministrabant ei & decies centena milia assistebant illi. Dominaciones sunt hii qui etiam virtutibus & principatibus prominent: qui pro eo quod ceteris angelorum agminibus dominantur. dominaciones vocantur. Troni sunt agmina angelorum: qui latino eloquio sedes dicuntur. & vocati throni. quia illi presidet conditor. & per eos iudicia sua disponit. Cherubim autem & ipsi sublimes celorum potestates: & angelica ministeria esse prohibent qui ex hebraico in linguam nostram interpretantur: sciencie multitudo. Sunt enim sublimiora agmina angelorum: qui pro eo quod viciniore positi diuina sciencia ceteris amplius plena sunt. cherubim id est plenitudo sciencie appellantur. Ipsa sunt illa duo animalia super propitiatorium arche facta ex metallo. propter significandam angelorum presenciam in quorum medio ostenditur deus. Seraphim quoque similiter multitudo est angelorum: qui ex hebreo in latinum ardentes vel incendentes interpretantur. Qui idcirco ardentes vocantur: quod inter eos & deum nulli alii angeli consistunt & ideo quantum viciniore coram eo consistunt. tanto magis claritate diuini luminis inflammantur. Hec igitur vocabula agminum angelorum. ita sunt specialia ordini singulorum ut tamen sint ex parte communia omnium. Nam throni. dei sedes in quorundam angelorum ordine. specialiter designentur. tamen dicitur per psalmistam. Qui sedes super cherubim. Sed ideo isti ordines angelorum priuatis nominibus appellantur. quia hoc ipsum officium in proprio ordine plenius acceperunt. & cum sint omnibus officia communia. proprie tamen & nomina suis ordinibus deputant. Vnicuique enim sicut predictum est propria officia sunt iniuncta: que praeuissse eos in mundi constat exordio. Nam quia angeli. & locis & hominibus presunt prophete: testatur angelus dicens. Princeps regni persarum restitit mihi. Vnde apparet nullum esse locum. cui angeli non presunt. Hic est ordo vel distinctio angelorum qui post lapsum malorum in celesti iugore persistiterunt. Nam postquam apostate angeli ceciderunt. hii perseuerancia eterne beatitudinis solidati sunt. Vnde & post celi creacionem in principio repetitur. fiat firmamentum. nimirum ostendens quod post ruinam angelorum malorum. hii qui permanserunt: firmitatem eterne perseuerantie consecuti sunt nullo iam lapsu auersi. nulla superbia cadentes: sed fir-

miter in dei amore & contemplacione manentes nihil aliud dulce habent. nisi eum a quo creati sunt. Quod autem duo seraphim in ysaia leguntur figuraliter veteris & noui testamenti significacionem ostendunt. Ideo vero faciem & pedes dei optinent. quia preterita ante mundum. & futura post mundum scire non possumus: sed media tantum. eorum testimonio contemplamur. Singuli senas alas habent. quia de fabrica tantum mundi: que in sex diebus facta sunt in presenti seculo nouimus. Quod clamant ter sanctus. alter ad alterum trinitatis in vna diuinitate demonstrat misterium. Sed quid prodest nos de angelicis spiritibus ista perstringere: si non studeamus. hec etiam ad nostros profectus congrua consideracione deriuare. Quia enim superna illa ciuitas ex angelis et hominibus constat: ad quam tantum credimus humanum genus ascendere. quoniam illic corripit electos angelos remansisse: sicut scriptum est. statuit terminos gentium secundum numerum angelorum dei debemus & nos aliquid ex illis distinctionibus super nos ciuium ad usum nostre conuersacionis trahere nosque ipsos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare. Quia enim illic ascensura creditur tanta multitudo hominum: quanta multitudo remansit angelorum: super est ut ipsi quoque homines qui ad celestem patriam redeunt. ex eis agminibus aliquid illuc reuertentes imitantes. Distincte namque conuersaciones hominum singulorum agminum ordinibus congruunt. & in eorum sortem per conuersacionis similitudinem deputantur. Nam sunt plerique qui parua capiunt: sed tamen hec eadem parua pie annunciare fratribus non desistunt. Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli qui diuine largitatis munere repleti secretorum celestium summa & capere preualent & nunciare. Quo ergo isti non inter archangelorum numerum deputantur. Et sunt qui mira faciunt. signa valenter operantur. Quo igitur isti. nisi ad supernarum virtutum sortem & numerum congruunt. Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant eosque virtute oracionis & vi accepte potestatis eiciunt. Quo itaque isti meritum suum nisi iter potestates celestium numerum sorciuntur. Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt. Quibus & bonis meliores sunt electis quoque fratribus principantur. Quo ergo isti sortem suam. nisi in principatum numerum acceperunt. Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis vicis omnibus desiderus dominantur. ut ipso iure iudicie

dii inter homines vocentur. Vnde & ad moi
 sen dicitur. **E**cce constitui te deum pharonis
 Quo ergo isti nisi inter numeros dominatu
 um currunt. Et sunt nonnulli qui dum sibi met
 ipsis vigilantia cura dominantur, dum se solli
 cita intencione discutiunt, diuino timori sem
 per inherentes, hoc in munere virtutis acci
 piunt, vt iudicare recte & alios possint. Quo
 rum pfecto mentibus dum diuina contem
 placio psto e. in his velud in throno suo dñs
 presidens aliorum facta examinat. & cuncta
 mirabiliter de sua sede dispensat. Qui ergo
 isti nisi conditoris sui throni sunt. Vel quo ni
 si ad supernarum sedium numeros ascribun
 tur. Per quos dum sancta ecclesia regit. ple
 rumq; de quibusdam suis infirmis actibus eci
 am electi iudicantur. Et sunt nonnulli, q; tan
 ta dei ac pximi dilectione pleni sunt, vt iure
 cherubim nominentur. Quia enim vt pfati
 sumus, cherubim plenitudo sciencie dicitur
 & paulo dicente didicimus quia plenitudo
 legis caritas. omnes qui dei & pximi carita
 te: ceteris amplius pleni sunt, meritoq; suorū
 sortem inter cherubin numero perceperunt
Et sunt nonnulli qui superne contemplacionis
 amore accensi in solo conditoris sui desiderio
 anhelant, nil iam in hoc mundo cupiunt, solo
 eternitatis amore pascuntur, terrena queq;
 abiciunt, cuncta temporalia mente transcen
 dunt, amant & ardent; atq; in suo ipso ardo
 re requiescunt, amando ardent, loquendo et
 alios accendunt, & quos verbo tangunt arde
 re ptnus in dei amore faciunt. Quid ergo
 istos nisi seraphim dixerim quoz cor i igne
 couersum lucet & vrit, quia & mecium ocu
 los ad superna illuminat, & copungendo in
 fletibus viciorum rubiginem purgant. Qui
 ergo ita ad amorem sui conditoris inflamma
 ti sunt, quo isti nisi inter seraphim numerum
 sortem sue vocacionis acceperunt. **V**e autez
 anime: que in se de his bonis que enumeravi
 m9 minime aliquid recognoscit, eiq; adhuc
 ve deterius imminet: sed priuatam se donis
 itelligit & nequaquam gemit. Quisquis ego ta
 lis est fratres mei gemendus est valde, quia
 no gemit. **P**ensemus igitur accepta electoz
 munera, & virtute qua possumus ad amore
 tante fortis anhelentius. Qui in se donoz gra
 ciaz minime recognoscit gemit, qui vero mi
 nora in se cognoscit maiora aliis non inuide
 at. Angelorum enim nomine potestates sup
 ne, vt sup ostendimus designantur, vt i psal
 mo. Qui facit agelos suos spiritus. Angelus
 autem typice dominus ihesus xpus nucupa
 tur id est nuncius paterne voluntatis. Vnde
 ppheta ait. Venit ad templum suum domi a

torem que vos vultis. & angelus testamēti
 quem vos desideratis. Angelus iohanes pre
 cursor i malachia vocatur, vt est illud. **E**cce
 mitto angelum meum ante faciem tuam. **S**i
 mili quoq; modo & in apocalipsi vbi plia de
 scribuntur ita legitur. **V**idi angelum dei fo
 tem volatē p medium celum. Angeli sanc
 ti predicatoēs vocantur: de quibus domin9
 ad iob pro dyabolo loquens ait. **C**um subla
 tus fuerit timebunt angeli & territi purga
 buntur. **E**t alibi. Angeli pacis amare flebūt
Et in apostolo. **A**pparuit angelis. **Q**uod no
 men non per naturam: sed per officium mini
 stracionis sortiti sunt. Angelus dyabolus in
 apostolo nūcupatur, vbi ait. **E**ciam si angel9
 de celo euangelizauerit vobis preter quod
 euāgeliz aumus anathema sit. **S**imiliter &
 angeli im mundi spiritus nuncupantur, vbi
 idem apostolus ait. **N**escitis quia angelos iu
 dicabimus: q̄ntomagis secularia. **H**is vero
 exempla similia: qui scripturas legit inueni
 re poterit.

Incipit liber secundus de hominibus: q
 quodam presagio nomina receperūt. De pa
 triarchis & ceteris eiusdem etatis.

Ca. i.

De Adam,

ADAM Qui sicut beatus
 Iheronim9 tradidit homo
 seu terrenus, siue terra ru
 bra interpretatur, ex terra
 enim facta est caro, & hu
 mus hominis faciendi ma
 teries fuit, hic figurā cri
 sti gestauit. Nam sicut sexta die format9 ē
 ad imaginem dei, ita sexta mundi etate fili
 us dei formam carnis induit vt reformaret
 hominem ad similitudinem dei. **E**ua in
 terptatur vita, siue calamitas, siue ve. **V**ita
 quia origo fuit nascendi calamitas & ve, q̄
 per p̄uaricacionem causa extitit moriendo.
A cadendo enim nomen assumpsit calamitas
Alii autem dicunt quod ob hoc eua vita, &
 calamitas sit appellata, quia sepe mulier vi
 ro causa salutis est: sepe calamitatis & mor
 tis quod est ve. **D**esignat autem ecclesiam
 sponsam xpi factam per lauacri misteriu qd
 de latere morientis xpi profluxit.

Cain interpretatur possessio. Vnde ety
 mologiam ipsius pater exprimens ait. **C**ain
 id est possedi hominē per deum. **I**dem & la
 mentacō eo quod p̄ interfecto abel interfec
 tus sit, & penam sui sceleris dederit. **H**ic au
 tem frater q; etate maior eundē abel occidit

i capo. populū porem significat: qui inter
 ficit xpm in caluarie loco. **A**bel enim
 interpretatur luctus: quo nomine prefigura-
 batur occidēdus. Idem & vanitas quia cito
 solutus est: atq; subtractus. Hic pastor ouū
 xpi tenuit typum: qui est verus pastor & rec-
 tor fidelium populorū. Vnde & animam suā
 posuit pro ouibus suis. **S**eth qui in-
 terpretatur resurrectio vel posicio. eo quo p
 interfectionem fratris natus quasi resurrec-
 cio illius appositus sit. Hic demonstrat cristū
 ihesū: in quo est vera resurrectio & vita fi-
 delium. **E**nos iuxta pprie lingue va-
 rietatem homo vel vir dicitur & agrue hoc
 vocabulum habuit. De eo enim scriptum est
 Tunc incipit inuocando nomē domini.
 licet pleriq; hebreorum arbitrent: quod tūc
 primum in nomine domini & in similitudine
 eius fabricata sunt idola. Declarat eccle-
 siam in spe viuētem: quādiu ad beatitudinē
 pmissae felicitatis perueniat. **E**noch fili-
 us cain dedicatio interpretatur. In ipsius enī
 nomine ciuitatez postea edificauit cain. Sig-
 nificat autem impios in hac vita tantum esse
 fundatos. **C**ainan lamētatio vel posses-
 sio eorum interpretatur. Sicut enim cain pos-
 sessio. ita deriuatum nomen quod est cainan
 facit possessio eorū. Significat autem appeti-
 tores carnalium voluptatum: qui tantū de
 presentis vite deliciis sollicitudinem gerunt
Chus hebraice ethiops interpretatur
 posteritate sui generis nomen sortitus. Ab
 ipso enim sūt primogeniti ethiopes. In cuius
 terra dicitur beatus iob habitasse cum in ca-
 pite libri illius ita scriptum est. Vir erat in
 terra chus nomie iob. Idcirco sanctus vir vbi
 habitauerit dicitur. vt eius meritum virtu-
 tis exprimat. Chus nāq; quis nesciat quod
 sit terra gentilium. gentilitas autem obliga-
 ta vicis extitit. quoniā cōgnicionem sui cō-
 ditoris ignorauit. Dicatur itaq; vbi habita-
 uerit. vt hoc eius laudibus pficiat: quod bo-
 nus inter malos fuit. Neq; valde est laudabi-
 le: bonum esse cum bonis. sed bonum esse cū
 malis. **E**noch autem filius iareth interpretatur
 dedicatio. sicut & superior. Ipse ge-
 nuit matusalā. ambulauitq; cum deo. & non
 apparuit. quia tulit illum deus. Hic septimus
 ab adam trāslatus est & significat septimaz
 requiem. future resurrectionis quando trās-
 ferentur sancti in vitam ppetue immortalitatis.
 & dedicabuntur habitaculū dei in spi-
 ritu sancto. **M**atusalā interpretat mor-
 tuus. Est euidēs etymologia nominis. Qui-
 dam enim eum cū patre trāslatum fuisse. &
 diluuium pterisse putauerunt. Ob hoc sig-

nantē transfertur. mortuus est vt ostendere
 tur non vixisse eum post diluuium: sed in eo-
 dem cataclismo fuisse defunctum. Soli enim
 octo homines i archa diluuium euaserūt. Sig-
 nificat autem idem matusalā eos qui huic
 mundo tantum dediti sūt. & futuram vitam
 nō querunt. Hii enim licet lōgeui fuerint su-
 per terram. tamen veraciter moriuntur: qa
 eterne vite participes existere non merētur
Lamech autem pcuciens interpretatur
 iste enim pcuciens interfecit cain. Quod eci-
 am ipse postea se perpetrasse vxoribus cōfi-
 tetur. Hic seculi huius figuram tenet: cuius
 peccatum cristus per sanguinis sui effusionē
 post. lxxvii. mūdi generationes absoluit iux-
 ta quod eas euangelista lucas scribit.
Noe vero requies interpretatur. Ab eo
 igitur quod sub illo omnia retro quieuerint
 per diluuium appellatus est requies. Signi-
 ficat autem noe per omnes actus suos cristū.
 Noe enim vt diximus requies interpretatē.
 & dominus dicit. Discite a me. quia mitis
 sū & humilis corde. & inuenietis requiē ani-
 mabus vestris. Solus iustus inuenitur noe.
 in illa gente: cui septem homines donantē pp-
 ter iusticiam suam. Solus iustus est: atq; p-
 fectus. cui septem ecclesie ppter septempli-
 cem spiritum illuminantē. in vnam ecclesiaz
 cōdonantur. Noe ergo arcam construxit de
 lignis imputribilibus. sic cristus fabricauit
 ecclesiam ex hominibus victuris in eternum.
 Ligna arbe cōglutinata erāt bitumine: sic
 et ecclesie mēbra iuncta sunt cōpagine vnita-
 tis & tolerancia caritatis. Sicut noe cū suis
 per aquam & lignum saluatus est: sic fami-
 lia cristi per baptismum & crucis passionem
 est sanata. Arca enim ista ecclesiam demon-
 strabat que natat in fluctibus mundi huius
 & cristo gubernāte ad litus eterne quietis
 tendit. Iam vero illud quod post diluuiū de
 vinea quam plantauit inebriatus noe. & nu-
 datus est in domo sua: cui non appareat xpi
 esse figuram: qui inebriatus est dum passus
 est. nudatus est dum crucifixus est. In domo
 sua id est in gente sua. & in domesticis san-
 guinis sui vtq; iudeis. Tunc enim nudata ē:
 mortalitas carnis eius. Quā nuditatem id ē
 passionē cristi videns cham derisit. & iudei
 cristi mortem videntes subsanauerunt. Sem
 vero et iafeth tāquam duo populi ex circūci-
 sione & prepucio credentes. cōgnita nudita-
 te patris: qua significabatur passio saluato-
 ris sumētes vestimentum posuerunt sup dor-
 sa sua. & intrantes auersi operuerunt nudi-
 tatem patris. nec viderunt quod verēda pa-
 tris texerunt. Quodam enim modo passionē

cristi velamēto tegimus. id est sacramēto honoramus eiusque misterii rationem reddētes iudeoz detractionem opimus. Vestimētum enim significat sacramētum dorsa memoriā preteritoz. quia passionem xpi transactam celebrat ecclesia nō adhuc p̄spectat futuram

Sem dicitur nominatus. quod nomē ex presagio posteritatis accepit. Ex ipso enim patriarche. p̄phete. & apostoli. & populus dei. ex ipsis quoque stirpe & cristus cuius ab ortu solis vsq; ad occasum magnum est nomē in gentibus.

Cham calidus interpretatur. Et ipse ex p̄sagio futuri cōgnominatus. Posteritas enim eius eam terre partem possedit: que vicino sole calencior est. Vnde & egiptus vsq; hodie egiptioz lingua cham dicitur. Hic iudeoz designat imaginem: qui cristus carnem atq; mortem derident.

Iafeth latitudo interpretatur. Ex eo enim populus gentium nascitur. Et quia lata est ex gentibus multitudo credencium ab eadē latitudine iafeth dictus est: qui cōuersatur ī ecclesiis israhelitarum. In his ergo tribus filiis noe. secūda origo seculi surrexit. vt tres p̄ates mundi a trium generatione implerentur. Porro sem in filiis suis asiam. & cham libiam. & iafeth europam possederunt. In quibus eciam ecclesia cristus sancte trinitatis fide plantanda premōstrabatur.

Canaan filius cham interpretatur motus eorū. Quod quid est aliud: nisi op̄ eoz. Pro motu enim patris. id est pro opere eius maledictus est. Vnde de sedibus suis eiectus filiis fratrum suoz terram possessionis sue reliquit. posteritatem indicans iudeoz: qui in passione domini dānacionis sententiā exceperunt clamātes. Sanguis ei⁹ super nos & super filios nostros. Ob quod a patria quasi ingrati per romanos inulcionem sanguinis xpi expulsi. locum sancte ecclesie dederunt: in qua verus cultus vnus dei perseuerat in eternum.

Nemroch interpretatur tyrannus. Iste enim prior arripuit insuetam in populos tiranidē & ipse aggressus est aduersus deum impietatis edificare turrim. Vnde dyabolum expr̄sit: qui superbie appetitu culmen diuine celsitudinis appetiuit dicens. Ascendam super altitudinem nubium. & ero similis altissimo.

Heber interpretatur transitus. Ethymologia eius mystica ē: quod ab eius stirpe trāfiret deus. ne perseueraret in eis translata ī gentibus gracia. Ex ipso exorti sūt hebrei. Vnde heber ī cuius domo pp̄ria loquela remansit ceteris linguis dispersis redemptorē nostrum insinuat: in cuius ecclesia vnitas fidei sine scismate perseuerat.

Falech in

interpretatur diuisio. Cui pater p̄pterea tale nomen imposuit: quod tunc natus est quādo per linguas terra diuisa est. Propter superbiam enim filiorum adam que semper inimica est simplicitati atq; vnitati diuisio linguarum facta est. & p̄pter humilitatem & mā suetudinem cristus & apostoloz eius linguaz diuersitas coadunata est.

Melchisedech interpretatur rex iustus. Rex quia postea imperauit salem. iustus p̄ eo quod discernēs sacramenta legis & euāgelii. nō pecudum victimas: sed oblacionem panis & calicis ī sacrificium obtulit. Hic ego in oblacione sua regnum cristus vel sacerdotium figurauit: cuius corporis & sanguinis sacramētum: id ē oblatio panis ac vini in toto orbe offert̄.

Ca. ii.

De patriarchis & ceteris eiusdem etatis hominibus.

ABRAM primo vocat⁹ pater vidēs populū p̄pt israhel scz tātū postea appellatus ē abraham qd̄ transfertur pater multarum gentium quod erat adhuc p̄ fidem futurū. Gentium autē nō habetur ī nomine: s̄ subauditur iuxta illud. Erit nomen tuū abrahā quia patrem multarum gentium posui te. Abraham quippe habet triplicem significacionem in semetipso. Primam saluatoris: quando relicta cōgnacione sua venit in hunc mundum. alteram patris. quando immolauit vnicum filiū. tertiam vero quod figuram gestat sanctorū qui aduentum xpi cum gaudio susceperunt. Tabernaculum enim illud abrahe ipsam iherusalem habuit: vbi pro tempore p̄phete & apostoli habitauerūt: vbi & dominus primū adueniens a credentibus susceptus ab incredulis in ligno suspensus est. In tribus autem viris qui venerunt ad illū domini nostri ihu cristus pronunciat⁹ aduentus. Cum quo duo angeli comittabātur: quos pleriq; moysen & heliam accipiūt: vnum prisce legillatorem q̄ per eandem legem aduentum domini indicauit: alium qui in fine mundi vēturus esse denunciat⁹: & scdm̄ aduētum cristus atq; eius euangelium iudeis predicaturus. Vnde & ī monte dum dominus fuisset transfiguratus hii duo moyses & helias cum eo ab apostolis visi sūt. Quod vero abraham tres vidēs: vnū adorauit dominū scilicet saluatorē ostendēs cuius iam aduētus est prestolatus: iuxta qd̄ & iam dominus in euangelio ait. Abraham quesuit videre diē meū: vidit & gausus est. Duas autē vxores quas habuit abrahā id est

liberā & ancillam apostolo docēte duo esse testamēta didicim⁹: ex quibus duo populi: hoc ē iudeoz & ecclesie nati sūt. **L**oth interpretat declinās. **F**actis enim sodomoz nō cōsensit: s̄ eoz illicita carnis incēdia declinavit. **I**pse igitur loth frat̄ abrahā et iust⁹ & hospitalis in sodomis: ꝓ ex illo incēdio quod erat similitudo futū iudicii meruit salu⁹ euadere: typū figurabat corporis xp̄i: quod ī omnib⁹ sanctis & r̄c̄ int̄ iniquos atq; impios gemit: quorū factis nō cōsensit et a quoz pmixtione ī seculi sine liberabit̄: illis dānatis supplicō ignis c̄ni. **V**xor autē loth eoz tenuit typū q̄ p̄ ḡtiam dei vocati postmodū retro respiciunt. & ad ea que reliquerāt redire cōtendūt. **D**e quibus ipse dñs nemo inquit ponēs manū suam sup aratrū & respiciēs retro aptus ē regno dei. **C**ōsequēter ipse legis gestauit p̄sonaz de qua infidelitatis opa pariunt: qui etiā carnali intellectu vtunt̄. **F**ilie ei⁹ due samariā significāt iherl̄mq;: que fornicātur ī lege per adulteriū illicite doctrine. **M**oab interpretatur ex patre & totum nomē ethimologiam habet. **C**oncepit enī eum pmogenita filia de patre. **S**ignificat autē moab sapiētiam secularem: de qua dñs loquit̄ p̄ p̄phetā. **P**erdā sapiētiam sapientū: & prudētiam prudētium reprobabo. **Q**ue auctor em sui sensum habet: qui ex dei cōditione generat̄. **V**idēt̄ quidē nasci de patre: q̄ interpretat̄ moab: sed quia adulter ē & aduersarius populi dei de incestu & spelūca ac nocte generat̄. **A**mmō cui⁹ causa nomē redditur filius populi mei. sic deriuatur vt ex patre ipse sit s̄mo. **A**mmō enim a quo dicti sūt amonite vocat̄ popul⁹ meus. **P**ossimus iuxta tropologiā filios amon intelligere: qui de loth in spelūca generati sūt semine: & generati ī ebrietate & incestu. omēs hereticos: de quibus dicit & ap̄l̄s iohānes. **E**x nobis exierunt: s̄ nō fuerunt ex nob̄. **S**i enim fuissent ex nobis: p̄mansissent vtiq; nobiscū. **I**sti ī declinacōe orti sūt: hoc enim loth ī linguā nostram vertitur. q̄a omnes simul inutiles facti sūt: nō ē qui faciat bonū: nō est vsq; ad vnum. **S**arai interpretatur p̄nceps mea eo q̄ esset vnus tantummodo domus mater familias. postea causa nominis immutata ablatā. i. l̄ra dicit̄ fara. id ē p̄nceps. **O**mnīū q̄ p̄gencium futura p̄nceps erat: sic & dominus pollicitus fuerat ad abrahā. **D**abo tibi ex fara filium: & benedicā ei & erit in gentē magnā: s̄ & reges populoz erūt ex eo. **A**gar interpretatur aduena vel cōuersa. **F**uit enim egiptia cōplexui abrahe aduena: causa generandi data. que post cōtemptū anḡlosa increpante cōuersa est ad saram. **V**xores au

da siti populus potatus est. ita per. xii. apostolos omnis turba fidelium sacre fidei doctrina potatur & ad eterne vite gaudia sancta predicatione vocatur. **J**osue quoque qui figuram christi & nomine et actu expressit. xii. exploratores misit ad explorandum terram repromissionis: quam deus abrahe dilecto suo et semini eius se daturum promisit: sic & christus. xii. misit apostolos inter numerositatem omnium gentium euangelizare regnum dei. ut de illis psalmista ait. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terra verba eorum. **V**iri quoque. xii. ex. xii. tribus israel siccis pedibus iordanem transeuntes. xii. lapides eleuantes: per signum ibidem posuerunt in testimonium sempiternum posteris suis. hi. xii. apostolorum tenuere figuram que in sacro baptismo officii sui trophea fixerunt et predicationis sue creditibus insignia reliquerunt. **H**ii tantum. xii. viri ad predicandum testimonium sempiternum. id est euangelium regni dei omnibus per orbem terrarum nationibus missi sunt: qui etiam in sancta ecclesia omnibus sunt creditibus missi in testimonium: quia quisquis ad eterne vite gaudia peruenire voluerit eorum predicationem & doctrinam in omnibus sequens necesse est quorumque successores nunc in sancta ecclesia sunt omnes veritatis predicatores annunciantes & predicantes verbum salutis eterne in christo ihesu domino nostro. **N**am rex salomon qui pacificus interpretatur. mare eneum id est luterum super. xii. boues eneas posuit ante templum ubi sacerdotes & ministri altaris lauabunt manus cum ingrederentur sanctuarium domini. ita christus mare eneum id est confessionem vere fidei vel etiam confessionem delicti. siue sacre scripture doctrinaz super humeros. xii. posuit apostolorum: quorum doctrina omnes imbuti fideles per confessionem vere fidei & penitentiam delictorum ab omnibus mundentur sordibus & digni efficiantur ad eterna sancta domini sui introire & regni celestis gaudia possidere.

Duodecim namque porte sancte erant ciuitatis hierusalem: per quas introibant et egrediebantur omnes manentes & venientes in eam. **H**ec xii. apostolorum figuram expresserunt: qui vel porte sunt spiritualis hierusalem: per quorum predicationem & doctrinam omnibus undique venientibus in sanctam ecclesiam patefacte sunt porte regni celestis quibus etiam data est potestas & successoribus eorum in ecclesia ligandi & soluendi in celo & in terra: ut quicumque per culpam ligauerint in terra ligati sint in eterna tormeta. quicumque autem soluerint confitentes & penitentes peccata sua soluti sint in celo: omnium hic remissione peccatorum precepta ad eterne beatitudinis gaudia eorum precibus adiuti per dei gratiam peruenire mereantur. **H**ec de apostolis christi generaliter modo dicta sufficiant: quorum quid specialiter significet nomina

paulo post i sequentibus dicemus.

Septuaginta duo discipuli. significant illustrationem totius orbis per euangelium trinitatis. xxiiii. enim horis mundus omnis paginatus. Qui numerus triplicatus propter eandem trinitatem in lxxii. deducitur. Idcirco autem mittuntur bini propter predicandum dei amorem & proximi vel misterium gemini testamenti. **Z**acharias ut supra predictum est interpretatur memoria domini.

Elisabeth dei mei saturitas: vel dei mei iuramentum interpretatur. Elisabeth typum tenet veteris legis seu prophetie: sicut zacharias maritus eius vetis sacerdotii. Vnde sicut zacharias mutus iohannis scribendo nomen edidit: sicut vetus sacerdotium sub typo. sacerdotium christi & gratiam noui testamenti expressit. & sicut elizabeth marie salutacionem audiens quam infans in utero eius exultauit spiritu sancto repleta: beatam & benedictam esse matrem domini predicauit. sic spiritus in hunc adueniente christo letatus est & tota series veteris testamenti spiritus factio fera benedicta ac salubre saluatoris incarnatione uniuerso mundo preconata est. **I**ohannes formam habuit legis que christum annunciauit & remissionem peccatorum per lauacrum gratie predicauit. **I**oseph sponsus qui custos virginitatis eius fuit. significat christum sponsum ecclesie: cuius virginitas in fide vera ab ipso usque in finem conseruatur. **M**aria illuminatrix siue stella maris interpretatur. Genuit enim lumen mundo. **S**ermone autem syro maria: domina nuncupatur: & pulchre quia dominum genuit celi & terre & uniuerse creature. **M**istice autem ecclesie figuram gestat & spiritus: que cum sit desponsata christo virgo perseverat. **M**agi figurauerunt gentium populos lucem fidei cognoscere indicantes sacramentorum numero christum per thuram esse deum per mirram hominem passum: per aurum regem omnium seculorum. **H**erodes qui infans hunc necem intulit dyaboli formam expressit: vel gentium qui cupientes nomen christi extinguere in mundo in necem martirum seuerunt. **M**uti qui in euangelio curantur: significant eos qui fide christi confitentur. **C**eci significant eos qui non intellexerunt fidem quam crediderunt. **S**urdi significant eos qui non obediunt preceptis dei. **C**laudi qui non recte in semita mandatorum dei gradientes implere precepta salutaria negligunt. **H**omo prudens qui edificauit domum suam super petram significat doctorem fidelem qui in christo potest doctrinam suam ac vite stabilimentum. ille uero qui edificauit domum suam super barenam hereticorum dogmata designat: qui sic edificantes ruinam faciunt magnam. **L**eprusus quem christus descendens de monte primus curauit in dicit humanum genus delictorum contagio macu-

losus hoc redemptor dum de celorum altitudine quasi de monte descenderet a uario demonum cultu mundauit atque in unitatem fidei reparauit. **C**enturio fide gentium significat. **P**uer autem & filia cananee mulieris quos christus non ueniens ad eos saluat easdem gentes ostendunt quod dominus non corporali presentia uisitauit: sed per fidem uerbi saluauit. **I**psa quippe mulier chanaanea ecclesie gentium gerebat figuram que tanquam canis querit micam de mensa dominorum. id est saturari doctrinis apostolorum & prophetarum. **S**ocrus petri fabricans significat synagogam estum canalium desideriorum accensam. **C**uius filia est pars illa creditum que data est petro regenda. **S**criba repudiatus qui propter questum dominum sequebatur: significat eos qui christi fidei non propter dominum: sed propter lucrum seculi appetunt. **D**emoniacus quem dominus in regione gera senorum a legione curauit. significat gentilem populum multorum cultibus demoniorum obnoxium.

Pastores porcorum fugientes: qui ea que gesta sunt nunciant in ciuitate. significant principes impiorum qui dum fidem christi fugiunt: uirtutes tamen eius stupentes mirantur & predicant. **P**araliticus iacens in lectulo: anima est uita dissoluta in corpore suo. **Q**ue dum fuerit gratia christi per remissionem peccatorum sanata. confestim pristino robore recepto resurgit & lectum carnis sue in quo debilis iacebat ad domum uirtutum reportat. ut se intra conscientie sue secreta constringat. & nequaquam in exterioribus ultra uoluptatibus dissoluta discurrat. **A**rchisynagogi filia ad quam curandam dominus dum pergeret. prius tamen antequam ad eam ueniret tetigit eum a tergo mulier que perfluuio sanguinis laborabat & curata est. **A**rchisynagogi quidem filia iudee typum tenuit. hec autem que perfluuio sanguinis laborabat figuram habuit ecclesie ex gentibus. **Q**ue dum post predicacionem & post passionem ac post ascensionem christi credidit quasi a tergo dominum tetigit: & animam accipere salutem quam synagoga permeruit. **D**uo ceci iuxta uiam sedentes significant utrosque populos iudeorum & gentium per fidem christo appropinquantes qui dixit ego sum uia. **D**emonium habens cecus & mutus qui scribitur a saluatore curatus indicat eos qui ex idolatria gentium ad fidem dominicam conuertuntur. **Q**uibus tamen expulso a corde demonum cultu: dum persistentiam lucem preceperunt fidei. postea ad laudandum dominum eorum lingua resoluitur. ut confiteantur eum quem antea negauerunt.

Homo manum aridam habens: significat animam misericordie operibus infructuosam: cui cum dicitur. extende manum tuam: admonet semper porrigendam elemosinam pauperibus. **H**omo de quo imundus spiritus exiit & rursus eum

occupavit: significat hominē penitentē: cui per subsecutam negligētiam acrius mentem occupat carnis voluptas: adiūctis secū septē spiritibz vicioz. id est iracūdia. inuidia. atq; ventris ingluvie inani gloria ac superbia.

Paterfamilias pferēs de thesauro suo noua & vetera cristus ē pferēs de impenetrabili sciētia sua gemina testamēta. vetus in q̄ felicitas trena pmittit. nouū per quod regnū celoꝝ sperat. **H**omo qui seminavit in agro suo granū synapis. cristus ē qui seminat fidem ī mundo: in q̄ volucres celi. id est spirituales anime regescunt. **M**ulier que fermentum abscondit in satis tribus. significat sciētiam spiritalē doctrine feruentē in trinitatis amore. **H**omo qui absconditū thesaurū in agro reperit. ille ē qui ī isto mundo veditis omnibz xpm vitāq; eternam acquirit.

Quinq; milia viroꝝ qui quinq; panibus et duobus piscibz pasti sūt: ecclesiastici sūt populi: qui per quinq; sensus corporis alimento legis spiritalis a cristo reficiunt: & duplici testamēto q̄si gemellis piscibus saturantur

Quatuor autē milia viroꝝ: qui aliis septē panibz alunt eadē ecclesia gentiū est: que in quatuor ptibus mūdi diffundit: atq; vbertate septiformis grē recreat. **I**lle qui sepe nūc ī ignem nūc ī aquam cadebat. mūdum significat. ignis autē iram inflāmantem. aq; cānis voluptatem demōstrat: in quibz semp arreptus quottidiano lapsu p̄cipitat. **M**oyse & helias qui apparuerūt cum dño in monte lex & pphete intelligunt: quoꝝ vocibus passio & resurrectio & gloria dñi declaratur.

Homo habēs centum oues & relictis illis ouem perditam querit: ac reptam humeris reuebit figurā cristi exp̄ssit: qui relictis nonagintanouē agminibz angeloz ī celis: ouem que pierat in adam vt bonus pastor quesitaz in gentibus reperit atq; crucis sue humeris paradiso reportauit. **M**ulier que perditaz reperit dragmā. ecclesia ē: que animam dyaboli laqueis abstractam dum inuenerit p penitentiam & angeloz & hominū facit leticiam.

Debitor decē talentoꝝ: significat homines: qui deo sūt obnoxii per transgressionem decem p̄ceptoz. Sed sic nobis poscentibus a domino peccata relaxant. ita & vnusquisq; nrm dimittere debet exemplo domini. ne dum minima debita ī nobis peccantibus nō cōcedimus maiora nostra exoluere cū vsuris penaz cogamur. **D**iuēs qui camelo cōparatur psonam indicat iudeoz: qui de legis potētia glorianē: quā q̄ ppter trena colunt nō habent regnum celoꝝ: ibiq; facilius gentiū populus criminibus tortuosus & sar

cinis peccatoꝝ grauatus in greditur: quasi p foramē acus per angustias passionum ac labores. **P**aterfamilias q̄ operarios ad vineam cōduxit & denarii mercedē pmittit. cristus ē qui vocat omnes ad cultum fidei pmittens eis p̄m̄ium p̄fecte beatitudinis.

Oparii qui hora p̄ma cōducti sūt. hii sūt qui a rudimētis infancie cultum fidei consecuti sūt: qui autem hora t̄cia. hii sūt qui in adolescentia ad fidē accesserunt. qui vero hora sexta cōducti sūt: hii sūt qui ī iuuentutis etate crediderūt. qui autē hora nona accesserunt illi sūt: qui a iuuentute in senectutem declinātes cristi gratiam p̄ceperunt. qui vero vltima hora illi sūt qui iam decrepiti & ī extremo vite sue tempore vocati ad cristum venerunt: qui tñ prioribus parem mercedē etne beatitudinis accipiunt: in illis cōseruās cristus iusticiā: qui a prima hora natiuitatis opati sūt: in istis impendēs misericordiam q̄ vna vite hora laborauerūt. **D**uo filii missi ad operandā vineam duoz populoꝝ typū demōstrant. **P**rimus enim missus vocat gentium populus per nature intelligentiam ad operis diuini culturam: qui tñ spernens contumax extitit & sese iturum negauit. **A**dueniēte autem dño priorem cōtumatā sequenti emēdauit obediētia. **S**ecundus autē filius missus: iudeus per legis cognitionē respondit. **O**mnia quecunq; dixerit nob̄ dñs faciē sed idcirco dānatur: quia nō solum in cōfessione legis p̄uaricatus est. sed in ipsū dominū vinee parricidales manus extendit.

Homo qui vineam plantauit: dei portat figuram qui cōdidit hierusalem. In qua edificauit turrim & torcular fodit. altare videlicet templum & sepē circūdedit. id ē angeloz munitione vallauit. **C**oloni autē quibus vineam locat populus ē israel qui sub diuino cultu possedit hierusalē. **S**erui autē qui tempore fructuū missi interfecti sūt a colonis pphete intelligunt: quoꝝ sanguis effusus est a iudeis dum ab eis quererēt iusticie fructum & legis. **F**ilius autem nouissime missus quē eiectum coloni extra vineā occiderūt cristus ē quem crucifixerunt iudei eiciētes eum extra portas hierusalem. **C**oloni autem quos dñs vinee perdidit idē populi iudeoz intelliguntur: qui olim vt videntur dispersi sūt atq; pempti. **I**lli autē agricole ad quos vinea transferri p̄cipitur: significant apostolos vel successores apostolorū. **R**ex qui fecit nupcias filio suo deus pater intelligit: qui copulauit ex virgine carnē cristo. **S**erui vero qui missi sunt vocare inuitatos apostoli sunt atq; pphete: qui iudeos p̄ legē & euangeliū

puocauerūt: s̄ illi modo trenis tēpestatibus modo carnis & legis onere p̄soli solēnitatem aduentus dñi cōtempserunt: vite etne gaudia gentes introisse manifestum ē. **R**ex iratus qui misit exercitus suos & perdidit in terfectores illos & ciuitatem incendit deus pater est: qui suscitauit vespasianum cesareꝝ romanoꝝ: qui & populum gladio vastauit et ciuitatē hierusalē. funditus cū suis vniuersis euertit: ita vt vltius belligerare nō posset. **H**ominē autē nō habentē vestē nuptialem i accubitu qui loquēte rege obmutuit: quem iubet seruis suis ablatū mitti i tenebras extiores. ille ē qui in fide quidē cū ceteris requiescit: sed si inuētus fuerit i die iudicii vestem: carnis operibus habere pollutam cōfestim iubetur ab angel̄ tolli ac mergi in gehennam ignis etni. **D**uo debitores ex quibus vn⁹ debebat feneratori denarios quingentos. alter quinq̄ginta significauit populu iudeoꝝ & gentium: ex quibus ille qui quingenta denarios debuit iudeoꝝ typum habuit. ille vero qui quingētos gētium expressit figurā qui ab inicio mundi debitor semp̄ existens cyroꝝphum peccati per penitētiā nō exoluit. Adueniēte itaq̄ cristo tandem credidit: atq̄ vberiorē misericordie fructū accepit. Vñ quia plus illi cōcessum est a cristo ampl⁹ diligit xpm: sicut scriptū est. cui pl⁹ dimittitur plus diligit. **S**eptē fratres q̄ vnā mulierē habuerunt & sine filiis mortui sūt. homines infideles intelligunt̄ qui in p̄senti vita: que per septē dierū circulum decurrit. totam vitā suam sine fructu iusticie cōsuperunt. **D**uo in lecto: illi significant̄ qui remoti a turbis i ocio quodā vite vacāe videntur. **D**ue molētes i mola qui negotiis tēporalium rerum circūferunt. **D**uo in agro q̄ in ministerio ecclesie tanq̄ in agro dñico operant̄ ex quibus adueniēte seculi ad ueritate. id ē nocte: quidam pmanent i fide & assumuntur ad vitā. quidam decedunt & relinquūtur ad penam. **Q**uinq̄ virgines sapiētes. omnes anime sancte intelliguntur. que quoniā p quinq̄ sensus corporis nullam admittunt cordis corruptionē. idcirco quinario numero cōputantur. **Q**uinq̄ virgines fatue que nō habent i vasis suis oleū. ille anime sūt que habent quidem integritatē corporum: sed nō seruant: intra cōsciētiam boni operis testimonium. dum in facie gloriānt̄ apud homines & nō in corde apud deū. ideo q̄. quia in vasis pectorū suoz̄ mentis splendorem non gerunt. adueniente domino a regni eius gaudio recludunt̄. **H**omo p̄gre p̄fiscens qui tradidit bona sua seruis suis: cri-

stus ē: qui post resurrectionem suam ad celos regrediēs tradidit euāgelicam grām euāgelicis negociatoribus feneratoriam. **S**ed prim⁹ seruus in quinq̄ talentis sibi datis quinq̄ libros legis accepit q̄s doctrina vel opere decem p̄ceptoz̄ amplauit. **A**lter in duobus talentis duo testamēta promeruit ea q̄ morali ac mistico sensu pie dispensando duplicauit. **T**erci⁹ sub figura vnus talenti grē donum acceptum i terrenis voluptatib⁹ obscurauit ideoq̄ p̄iectus ē i infernum q̄ nullum inde operatus ē fructum. **A**lii in p̄mo suo quinq̄ sensus cordis & corporis acceptos. in secūdo intelligentiam & opus: in vno rationem intellexerunt. **U**uēnis filius vidue quem dñs mortuū extra portas vr̄bis suscitauit: significat eum q̄ palam quodlibet mortiferū crimen admittit. & audito verbo dñi a morte peccati resurgit & p penitētiā in cristo uere incipit. reddiēq̄ vidue matri sue. id est cōmunioni ecclesie. **H**omo qui descēdebat ab hierusalem i hiericho: & incidit in latrōes ipse adam figurat̄ in genere suo: qui dum descenderet de paradiso celesti i mundum: incidit in angelos tenebrāz̄. **S**amaritan⁹ descendens qui vulnera eius curauit. cristus ē custos noster: qui de celo descendit & genus humanū a vulneribus peccatoꝝ curauit. **S**tabularius apostoli sunt: vel successores eoz̄ qui infirmitatē nostram p̄dicacione euāgelica recreāt. **M**artha que excepit xpm in domo sua & ministrabat: significat ecclesiam in hac vita cristum i corde suo excipiēteꝝ & ope iusticie laborātem. **M**aria soror eius que sedebat sec⁹ cristi pedes & audiebat verbum demōstrat eādē ecclesiam in futuro seculo ab omni ope cessantē & in sola contemplacione sapiētie cristi requiescentē. **H**omo q̄ media nocte postulabat ab amico suo tres panes: similitudinē exprimit cuiusq̄ q̄ in media tribulatione postulantis dominū vt det ei scientiaz̄ trinitatis. **D**iuēs cuius vberes fructus ager attulit: significat hominē luxuriis deditum & abundantē peccatis quē immoderato fluxu amplius peccare desiderantē arguit dñs dicēs. **S**tolte hac nocte auferet̄ a te anima tua: & que p̄parasti cui⁹ erunt. **Q**uinq̄ illi in domo vna. id ē pater mater. filius. filia. nurus: quib⁹ duo in tres & tres in duo diuidunt̄: significant humanū genus fide & religione ab inuicem separatū partim i discissione scismatis q̄ duo significant. partim i numero trinitatis q̄ tria demōstrant. **D**iuisus enī filius est aduersus patrem suum. id ē populus ex gētibus veniēs aduersus dyabolum cū quo añ fuerat sociatus.

Diuisa ē & filia aduersus matrē suam. id ē plebs ex iudeis credēs. aduersus impiā synagogam. **D**iuisa est & nūrus aduersus sororē suam: ecclesia scilicet ex gētibus aduersus matrem sponsi sui synagogam: de q̄ secundū carnē cristus fuerat p̄creatus: qui omnes se parant sibi inuicem renūciantes: alii t̄renam: alii celestē gloriam appetētes. **G**alilei decem & nouē super q̄s cecidit turris ī siloa & occidit eos interitum plebis iudeoz̄ insinuat. **D**ecē & nouem enim apud grecos ex iota & theta literis exp̄muntur: q̄bus figuris nomē ihesu scribit̄: in quem illi credere nolētes pariter a romanis cum sua vrbe p̄strati sūt.

Homo qui arborem ficī vinea sua plātauit cristus est: qui synagogā iudaico populo cōdidit. **Q**uā cum dñs q̄si inutilem iussisset abscidi. fit illi a colonis aposto' fossa humilitatis. adhibetur & stercus. id ē cōfessio peccatoz̄: sicq̄ in nouissimo credēdo cōmutabit̄ in melius: dabitq̄ fructus iusticie copiosos.

Mulier que decē & octo annos infirmitatis habens a dño erecta est ecclesie typus est que in fine tempoz̄ salutē fidei cōsecuta est.

Sex enim etatibus mūdus iste cōpletur: cuius tñ tempus habet tripertitā discretionē vnā ante legē. alterā in lege. t̄ciaz̄ sub ḡtia. **S**exies ergo t̄ni. x. & viii. efficiūt. **Q**uō numero tempus hoc nostre salutis insinuat: q̄n a sathane. vinculis quibus curuabamur erecti donū salutis: & spem superne cōtemplationis accipimus. **D**ropicus que domū curauit demōstrat eos: quos fluxus carnalium voluptatum exuberās agguat.

Homo habens duos filios deus ē intelligendus habēs duos populos: q̄z̄ maior figuram tenuit iudaici populi q̄ permāsit in dei cultu. alter minor gētium qui conditore deserto seruus factus ē ydoloz̄: que p̄ egestatem fidei reuertētē clemēter suscipit de p̄pater: & p̄ conuersione eius sub vituli typō filium immolat vnicum. tribuit etiaz̄ anulū fidei & stola immortalitatis induit eū: quā q̄ iudeus frat̄ liuoris torqueat̄ inuidia p̄ salute tñ eius gaudio cōcinuit angeloz̄ symphonia.

Dispensator pdigiis que dñs a villicatu amoueri p̄cepit: & fraudem faciēs domino suo relaxauit debitoribus suis parte m̄ vt haberet vnde ī posterū viueret. hec cōparatio ad exemplum nostri p̄posita ē. **N**am si ille a dño suo laudari p̄meruit: qui fraudem ei faciēs in posterū sibi de alienis rebus p̄didit. q̄ntomagis cristo placere possumus si ex rebus nostris misericordiā indigentibus faciamus a q̄bus recipi in tabernacula eterna possumus. **D**iuēs qui induebat̄ purpura

significat iudeoz̄ supbiam: florētez̄ quondā imperii claritate vel honoris excellētia.

Mendicus vlcerosus demōstrat gentilem populū cōfessionibus peccatoz̄ humiliatum. **Q**uinq̄ fratres diuitis illius q̄ apud inferos torquebat̄: iudei intelligunt̄ qui sub q̄nq̄ libris legis positi sūt. **D**ecē leprosi qui mūdant̄ a domino: hereticos significant qui ī varietate colorū diuersitatem habent scismatū: qui ideo ad sacerdotē mittuntur. vt de tonsa omni varietate errorū vnitatis p̄cipiant sacramētum. **I**udex iniquus qui dominū nō timebat. assidue tñ deprecantē viduā exaudiuit similitudo ē qua demōstratur q̄ntā spem habere debet qui deum indelinēter exposcit cū etiam apud aures iniusti iudicis valuerit frequēs instātia vidue deprecantis. Ipsa autē vidua significare potest ecclesiam p̄seueranter sui petentem vltionē de inimicis suis hoc ē dyabolo & hereticis. **P**hariseus orans ī templo. iudeoz̄ est populus: qui ex iustificationibus legis extollit merita sua. **P**ublicanus vero gētilis ē. s. populū q̄ lōge a deo positus cōfiteat̄ peccata sua: quoz̄ vnus supbiēdo recessit nō iustificatus. alter humiliatus cōfitendo app̄pinq̄ri meruit exaltatus.

Cecus sedens secus viam. populū demōstrat gētilem: q̄ p̄ xp̄i grām fidei meruit claritatē. **Z**acheus qui interpretatur iustus siue iustificatus aut iustificandus. gētilis est populū: grā meritoz̄. pusillus q̄ tamen a terrenis actibz̄ subleuatus per lignū dominice crucis xp̄i misteriu cōtemplatur. **H**omo nobilis q̄ in longinquā abiit regionem accipere sibi regnū. redemptorem nr̄m significat: q̄ vsq̄ ad fines terre puenit accipere regnū in populis gentium. **C**iuēs q̄ noluerunt eum regnare: iudei intelligunt̄ qui xp̄m regem spreuerūt. **S**eruus vero q̄ mnā vnā accipiens. x. acquisiuit. significat doctores qui acceptā ḡtiam euāgelii in decem verboz̄ pdicationis benedicti sūt: & docendo multos in fide acq̄sierunt. idcirco adueniente dño cristo laudant̄: q̄a lucrati sūt. **Q**ui vero ex vna q̄nq̄ acquisiuit illos demōstrat: qui mandata dei seruantes: cōsequunt̄ scientiam legis in. v. libris moysi scriptam. eāq̄ edocendo ad vsum salutis necessariam fenerant. **Q**ui vero mnā vnā ipsam in sudario cōseruauit: ostendit eū qui creditū sibi gratie donū delicate oculoseq̄ tractauit. **V**n̄ & recte amittet collataz̄ gratiam qui p̄ negligentiam pdicare cōtempserit: vt ei augeatur qui inde laborauit.

Vidua que in gazophilaciū duo minuta iecit. animā fidelem demōstrat: que ī thesauro cordis sui fructū dilectionis dei & pximi

seruat. **C** Sponsus cristus est: cuius nuptie cum ecclesia celebrantur: in cuius coniunctione aqua in vinum mutatur. quia credentes per lauacri gratiam trāseunt ad passionis coronam. **C** Arbitrarius moyses intelligitur: qui miratur meliorem & sanctiorem populum per iesum in euangelio congregatum: quia illum priorem ab egypto eductum. Finitum enim vinum ostendit sublatam esse gratiam spiritus sancti a iudeis. & per apostolos in gentibus contributam. **C** Mulier samaritana. mystice intelligitur synagoga: quinque libris legis quasi quinque viris secundum sensum carnis subiecta: quam misericorditer dominus prouocat haurire aquam viuam: lauacri scilicet precepti gratiam vel secretam legis intelligentiam.

C Mulier adultera: que offertur domino a iudeis lapidanda ecclesia est: que post relicto deo in idolo fuerat fornicata: quam volebat synagoga zelans interficere: cristus saluat per remissionem delicti. nec sinit eam perire: qui nouit veniam condonare peccantibus. **C** Symon leprosus gentilis est populus: qui est a redemptore mundatus.

C Mulier que unguento caput domini unxit ecclesia est: que fructum sui operis fideique odorem ad laudem dei & cristi gloriam refert.

C Angelus ille: ad cuius descensum mouebatur aqua. quinque portibus cincta. cristus est: in cuius aduentu turbatur est: iudeorum populus quinque libris legis conclusus. Descendite enim angelo commouebatur aqua & sanabatur infirmus: descendente de celo christo: commotus est in passione eius idem populus & sanatus est mundus. **C** Cecus a natiuitate quem dominus unctis oculis ad piscinam siloe misit lauandum. significat genus humanum a natiuitate. id est a primo homine errore tenebris viciatum: cuius oculos dominus de spiritu & luto liniuit. quia verbum caro factum est & lauare oculos in piscina iussit ut baptizatus in christo acciperet lucem fidei & crederet in eum qui visibiliter in mundo apparuit.

C Lazarus qui interpretatur adiutus quem dominus quadriduanum fetentem de monumento suscitauit. significat mundum: quem grauissima peccati consuetudo corruerat: qui tertio die mortis suscitatur. Prima enim dies mortis est tracta de adam pro peccato mortis. Altera dies mortis est transgressio legis naturalis. Tertia dies mortis: purgatio date legis. Quarta dies est: mortis contemptus euangelice predicationis in qua die dominus suum opus respiciens misericorditer suscitare dignatus est. **C** Seruus principis sacerdotum cuius dextera auricula amputata. israeliticus est populus: qui in incredulitate seruus effectus est. Hic dexteram aurem amittit dum ad sinistram intellectum hinc transiit. Cui dominus in his qui credunt: auditum restaurat fidei. &

obedientem euangelii fecit mandatis. **C** Caiphas inuestigator aut sagax aut vomens ore interpretatur. Inique enim ore suo iustum condemnauit: quia in hoc misterio per prophetam annuntiasset. nam idem princeps sacerdotum qui scidit vestimentum suum in domini passione. indicat heretorum populum nudatum sacerdotio & euacuatum regno scisso. **C** Barrabbas qui iudeis dimittitur. significat anticristum: quem illi errantes suscipere meruerunt per christum. **C** Barrabbas enim interpretatur filius magistri eorum absque dubio iudeorum magister qui est dyabolus homicidiorum auctor qui usque hodie dominatur in eis. **C** Herodes & pilatus qui cum essent discordes in passione domini amicitia federantur. indicant primum diuisos fuisse utrosque populos circuncisionis & gentium: qui tamen per passionem domini in fide concordauerunt. **C** Herodes interpretatur pellicius verisimile significat anticristum: & pontius pilatus declinat consilium utique iudeorum. **C** Accepta enim aqua lauit manus suas dicens. innocens ego sum a sanguine iusti huius. **C** Nam pilatus interpretatur os malleatoris. significat dyabolum: qui est malleus vniuersae terre. **C** Symon cyrenaeus cui gestanda cruce imposuerunt populus gentilitatis intelligitur: qui peregrinus in lege obediens efficitur euangelio crucis: ipse christi victor & fidei baiulus factus. **C** Duo latrones populum exprimit iudeorum ac gentium: quorum vnus incredulus blasphematur christum in cruce pendentem. alter fidelis iudeos increpat blasphemantes. **C** Quatuor milites qui quatuor partes sibi de iesu vestimentis fecerunt. praefigurarunt quatuor partes mundi que diuiserunt sibi eloquia christi sic scriptum est. **C** Letabor ego super eloquia tua sic qui inuenit spolia multa.

C Sanctae mulieres que secute sunt iesum a galilea ministrantes ei de substantiis suis: que etiam interfuerunt in passione eius astantes & post sepulturam eius ceteris recedentibus remanebant sedentes contra sepulcrum. hoc est maria magdalene. & maria mater iacobi & ioseph: que etiam soror fuit marie matris domini & mater filiorum zebedae: quam marcus appellat salome: & alie mulieres quae in ceteris euangelis legimus. haec videlicet figuram habent humilium animarum ac deuotarum domino: que quod maiore sibi conscientia fragilitatis pertimescunt. eo maiore saluatoris amore feruentes passionis eius vestigium in hoc seculo quo requies est praeparanda futura diligenter obsequuntur: & si forte valeant imitari pia curiositate: quo ordine sit eadem passio completa perpendunt.

C Mulieres que apostolus domini resurrectionem annunciant: lex & prophetia intelliguntur: quae gloriam resurrectionis christi antequam reuelaretur

quasi p̄cursores p̄dicauerunt. **M**aria ego magdalene ipsa ē soror lazari & marthe de qua dñs eiecit septē demonia. Ipsa ē autē nō alia que q̄ndam vt lucas scribit peccatrix ad huc veniens pedes dñi lacrimis penitētie rigauit & vngēto pie cōfessionis liniuit. & q̄a multum dilexit. multorū veniā a pio iudice p̄meruit. Eadem vicina passione eius iustificata & familiaris effecta domino: non tantū pedes eius vt idē iohānes narrat. verū etiā caput vt matheus marcusq̄ p̄hibent oleo sancto perfudit. Hec a loco magdalo magdalene dicit̄. Interp̄tatur enī magdalene: turris. Mystice autē significat fidē ac pietatē sancte ecclesie que odorē noticie cristi p̄dicando in vniuerso spargit mundo. **S**ic & martha q̄ irritans vel puocans interp̄tatur: typum tenet ecclesie: que bonis operibz quottidie insudans irritat dyabolum & mēbra eius. & puocat pijs actionibus ac verbz ad fidē electos dei. **S**eptē discipuli cum q̄bus dñs post resurrectionē cōuiuasse describit̄: septimam indicant resurrectionis requiē in qua omnes sancti per cristū et̄ne beatitudinis refectioe saturabunt̄. **P**rincipes sacerdotum qui ab custodibz sepulcri veracit̄ cōpta resurrectione dñi: dederūt ipsis pecuniā copiosā vt mētrent̄ dicētes. corpus dñi a discipulis eius furatū. p̄figurabant eos qui p̄pter auaritiā t̄renam v̄dunt veritatē ementes iniquitatez. sed & omnes qui stipe tēpli & hijs que cōferuntur ad vsum ecclesie abutunt̄ in alijs rebus: quibz suā expleant voluptatem similes sūt scribarz et sacerdotum r̄dimētium mēdaciū p̄ sanguine saluatoris. **Q** autē vñ decī discipul saluator post resurrectionē suā in galilea ī monte apparuit nō vacat a miste rio: sed significat quia cōpus q̄d de cōmuni humani generis t̄ra nascēdo suscepit. resurgendo iā sup̄ terrena omnia subleuatū celesti virtute induerit. **I**n monte apparuit vt admoneret fideles. si illic celsitudinem resurrectionis eius cupiunt videre. hic ab infimis cupiditatibus ad sup̄na studeāt desideria trāsire. **N**omē vero galilee trās migratio vel reuelatio interp̄tatur. **T**unc enī reuelata facie sic apostolus testat̄ gloriā dñi speculantes. in eādē imaginē transformabuntur quicūq̄ modo reuelamus ad eum viā nostraz eiusq̄ vestigia sequimur fide nō ficta.

Apostoli enī cristi q̄d interp̄tatiōe nominū suoz vel operum gestu signifi cēt iam dicēdum ē. Deniq̄ apostoli missi interp̄tant̄. Hoc enim eoz nomen indicat. Nam sic grece angeli latine nūcū nūcupantur. ita grece apostoli. latine missi appel

lant̄. Ipsos enim misit xp̄us euāgelizare per vniuersū mūdū. ita vt quidā eoz p̄s indos q̄ penetrarēt. docentes gētes & faciētes in nomine cristi magna & incredibilia miracula vt attestatibus signis & p̄digijs crederēt illis in hijs que dicebāt. **H**abent autē pleriq̄ eoz ex hijs causam suoz vocabuloz.

Petrus a petra nomē accepit. hoc ē a xp̄o sup̄ que est fundata ecclesia. **N**on a petro petra: sed petrus a petra nomē sortitus ē: sicut nō cristus a cristiano: s̄ cristianus a cristo vocatur. ideoq̄ ait dñs. **T**u es petrus & super hanc petrā edificabo ecclesiam meam. **Q**uia dixerat petrus. tu es cristus filius dei viui. deinde dñs ei super hanc inquit petrā quam cōfessus es edificabo ecclesiā meā. Petra enī cristus erat sup̄ quod fundamentū etiā ipse edificatus ē petrus. **C**ephas dictus eoz in capite sit cōstitutus ap̄loz. **C**efalin grece caput d̄r. & ipsū nomē in petro firū est.

Symon bariona ī linguam nr̄az sonat filio colūbe. **E**st & nomen syrum parit̄ & hebreū **B**ar quippe syra lingua filius. iona hebraice colūba: vtroq̄ smone dicit̄ bariona. **A**lii simpliciter accipiunt q̄ symon. id ē petrus filius esset iohānis: iuxta illā interrogationem. symon iohannis diligis me: & volunt scriptoz vicō deputatum vt p̄ bar iohāna. hoc est filio iohannis. bariona scriptū sit vna detracta silaba. **I**ohāna interp̄tat̄ dñi gr̄a. **E**t petrū fuisse trinomiū. **P**etrus. cefas: & symon bariona. **S**ymon autē int̄pretatur hebraice audiēs & obediens. **P**etrus autē p̄sonaz gestat ecclesie: que habet potestatē dimittendi peccata atq̄ reducendi ab inferis homines ad celestia regna. **S**aulus hebreo sermone tēptatio dictus ē. eoz prius ī temptatione ecclesie sit versatus. **P**ersecutor enim erat: inde nomen habebat istud. quia p̄sequebatur cristianos. **P**ostea mutato nomine d̄ saulo factus ē paulus q̄ interp̄tatur mirabilis sive electus. **M**irabilis vel q̄a multa signa fecit. uel q̄a ab oriente vsq̄ ad occasū euāgelii xp̄i in omnibus gētibus p̄dicauit. electus sicut in actibz ap̄stoloz spiritus sanctus dicit segregate mibi barnabam & paulum ad opus ad quod elegi eos. **L**atino autem sermone paulus a modico dictus est. **V**nde & ipse ait. **E**go sum minimus apostolorum. **Q**uando enim saulus superbus. elatus. quando paulus humilis & modicus. **I**deo sic loquimur. **P**aulo post videbo te. id ē post modicum. **N**am q̄a post modicus factus est. ipse dicit. **E**go enī sum nullissimus ap̄loz & minimus omnium sanctorz. **C**ephas autē & saulus ideo mutato nomine sūt vocati vt essent etiā ipso nomine noui sic

abrahā & sara. Significat autē paul⁹ uersioēz ecclesie de gentibus ad cristi fidē: cuius ipse apostolus & magister fuit. quoniam sic paulus p̄mū rebellis ī incredulitate consistens fuit. & postea per baptismi grām ablutus & fide cristi imbutus. humilis ac deuotus perman- sit: sic & gētilitas p̄mum xpianis p̄secutionē intulit aū p̄ceptionem uidelicet euāgelii cri- sti. postea uero deuota deo existens etiā san- guinē suū p̄ cofundere nō dubitauit.

Andreas frat̄ petri carne & coheres grā secundū hebreā et̄imologiā int̄pretat̄ deco- rus siue respondēs. Sermōe autē greco a viro uirilis appellat̄. Hic exp̄mit populū ecclesia- sticū q̄ decorus ē ī pulcritudine recte fidei. & respondet bonis operibz: q̄ qd̄ corde cre- dit operibus exercet. uirilit̄ q̄ ipse in dei mā- datis agit: & operat̄ iusticiā ut acceptus & placitus fiat cōditori suo. **I**ohānes quod ī uaticinio ex merito nomē accepit. Int̄pretat̄ enī in quo ē grā. uel dñi grā. Amplius enim eum cetis aplis dilexit ioh̄es. Hic eoz̄ tipū tenet: q̄ cōtemplationis grā sublimatū sedu- lo suo adherēt cōditori: nec aliqd̄ carius ipso ducūt: qui cū psal̄mista dicere possunt. mihi autē adherere deo bonū ē: ponē ī dño deo sp̄e meā: ut annūtiem omnes laudes ei⁹ ī portis filie syon. Notādum tñ q̄ ī exp̄sitione euan- gelica ubi petrus & iohānes post resurrecti- onē cristi ad monumētū cucurrerunt. q̄ iohānes p̄or uenit: sed tñ nō introiuit. petrus autē posterior ueniēs statū introiuit & inue- nit lintamina posita &c. que ibi narrantur. Ibi ergo ioh̄es populi iudaici typum tenet: q̄ p̄or p̄ noticiā legis ad dominū uenit: sicut iohannes ad monumētum: s̄ nō intrauit: q̄ legis quidē mādata p̄cepit per p̄phetas de incarnatione dñi ac passione eius audiuit: & p̄ sacre scripture testimonia de eo multa ātea diu longe lateq̄ p̄p̄betauit: s̄ cū p̄sentē uidit reuēnit: & hominē esse despexit. eūq̄ mortā- lē factū credere noluit: sic p̄or uenit ad mo- numētum. ita uacuuus & ociosus stetit. Sed secutus posterior petrus intrauit p̄ quē eccle- sia gētium designat̄: que statū ut audiuit de xp̄o mediatore dei & hominū: eūm quē cog- nouit mortuū uiuentē credidit deū. Tunc ergo introiuit & ille ali⁹ discipulus q̄ uene- rat p̄or ad monumētum. q̄ in fine m̄sū ad fidē dñi nostri etiā iudea colligit̄ paulo atte- stante q̄ ait. Donec plenitudo gentiū intra- uerit tūc omnis israhel salus erit.

Jacobus zebedei a patre cognominat̄ quē relinquēs cū iohāne uerū patrē secutus est. Hii sūt filii tonitruū q̄ etiā boanerges ex fir- mitate & magnitudine fidei nominati sunt

Hic ē iacobus filius zebedei frat̄ iohannis q̄ post ascensionem dñi ab herode manifestatur occisus. **J**acobus alphei ob distinctionem poris cognominatus: q̄ sic ille d̄r filius zebe- dei sic iste filius alphei. Cognomen tu m̄ igit̄ ambo a patre sūpserunt. Iste ē iacobus minor qui ī euāgelio frat̄ dñi nominat̄: quia maria uxor alphei soror fuit marie matris dñi quā mariā cleopbe iohannes euāgelista cognomi- nat a patre: siue a gētilitate familie. aut qua- cūq̄ alia causa ei nomē imponēs. **A**lphe⁹ autē hebreo s̄mone in latinum exp̄mitur m̄ l- lesimus siue doctus. **P**hilippus os lampa- daz̄ uel manuū. **T**homas abyssus uel ge- mitus. Vñ & grece didim⁹ appellatur. Hii ambo p̄dicatoz̄ typum tenent: qui abyssum sanctaz̄ scripturaz̄ penetrantes lumē p̄dica- tionis p̄ ora sua ad illuminandas gētes p̄fe- runt. **B**artholomeus filius suspendēris a- quas uel filius suspendentis me: syrum ē non hebreū. Iste similit̄ doctores sanctos signifi- cat: q̄ aquas hoc ē populos p̄dicatione sua su- spendunt int̄tione ad supernum patrē. cui⁹ ipsi filii sūt. **M**atheus in hebreo donatus exp̄mitur. idē & appellat̄ leui ex tribu ex q̄ ortus fuit. in latino autē ex opere publicani nomē accepit: quia ex publicanis fuit elect⁹ & in apostolatū translatus. Hic in euāgelii cōscriptione q̄ntum donum gr̄e post cōuersi- onē p̄meruit. ostendit exemplū tribuēs om- nibus qui penitētiam dignam p̄ peccatis su- is gerunt: ut nemo desperet de uenia. q̄ be- neplacitū est dño super timētes eum & ī eos qui sperant in misericordia eius. **S**ymon chananæus ad distinctionē symonis petri de uico galilee cana. ubi aquas dñs mutauit in uinū. Ipse enim ē qui ī alio euāgelista scribit̄ zelotes. Cana quippe zelus int̄pretatur. ostē- dens q̄ quisq̄ p̄dicationis officū p̄ dispensa- tionez̄ dei accipit zelum iusticie habē debet quia nemo mittens manū suam ī aratrum & respiciens retro: aptus est regno dei.

Judas iacobi qui alibi appellatur lebbeus figuratū nomen habet a corde: quod nos di- minutie corculum possumus appellare. Ip- se in euāgelio alio thabheus scribitur. Et be- ne ē ut cuius nomē a corde figurat̄ totam in- tentionē mētis ad deum uertat ut ei p̄ om̄ia placeat: cuius ministrū se esse p̄bavit.

Judas scariothis a uico in q̄ ortus ē: uel ex tribu isachā uocabulū sūpsit quodā p̄sagio futuri in cōdempnationē sui. Isachar enim in- t̄p̄tatur merces ut significaret̄ pretiū pro- ditoris quo uendidit dominū. sicut scriptum ē. Acceperūt mercedē meam. xxx. argēteos p̄cium qd̄ appreciatus sū ab eis: q̄ p̄ p̄dicōz̄

magistri etne perditionis sibi memoriã ascivit. **M**athias qui int̄ apostolos sine cognomine solus habet̄. int̄pretat̄ donatus vt subaudiat̄ p̄ iuda. Iste enim ī locum eius elect⁹ est ab apostolis cum p̄ duobus fors mitteret̄. **A**liter mathias paruus int̄pretatur. & ioseph qui cum eo sub sorte statutus ē vocatur barsaba. hoc ē filius quietis. De quibus duobus orator ī metrico opere suo ita lusit dicēs. **C**ōstituerē duos ioseph cognomine iustum. mathiãq̄ dei paruum: quod nomē ut aiunt: hebreo s̄mone sonat. humilēq̄ vocando comprobato quantum distant humana supernis iudiciis. parui merito trāscendit̄ ille: laude hominū q̄ iust⁹ ēat duodena refulgēt signa choiri terrisq̄ iubar iaculat̄ olympi. Et notādum q̄ clemens alexandrine ecclesie p̄spiter vir p̄ omnia doctissimus ambos hos qui ad sortem apostolatus statuti sūt de numero fuisse septuaginta discipuloꝝ refert. **M**arcus excelsus mandato vtq̄ p̄pter euangeliū altissimi quod p̄dicauit. **L**ucas ipse cōurgens seu ipse eleuās. Hii duo euāgeliste hoc ē marcus & lucas. vnus ex iudeis. alter ex nationibus electis: significant duos ordines p̄dicatoꝝ. hoc ē vnum ex iudeis. alterū ex gētib⁹ ad p̄dicandum euāgelium ī toto orbe directos. **Q**ui etiã p̄ncipem apostoloꝝ & magistrū gētium secuti sūt. videlicet marcus petrū: cui apostolatus delegatus est circūcisiones & lucas paulū q̄ doctor & magister gentiū fuit: ita vt vtraq̄ magistri sui rite secutus vestigia ministerii sui digne expleret officium. **B**arnabas filius p̄phetie. vel filius cōsolationis int̄pretat̄. iste simul cū paulo spiritus sancti iudicio ab apostol̄ segregat⁹ ē: ad p̄dicandū euāgelium ī gētib⁹ vt ill̄ p̄phetie donū reuelat̄: & etne cōsolationis opōrtunū dictis & factis p̄beret. **N**ichodemus qui venerat ad dominū nocte & misterium ab eo didicit: secunde natiuitatis. significat eos qui deuoto corde veniunt ad magistros ecclesie vt discant ab eis veram sapiētiam: s̄ adhuc ī tenebris ignorantie positi dubitant donec gr̄a spiritus sancti: cuius potētiam ihesus exposuit ipsi nichodemo illustrent̄. **N**am ferē ī euāgelio q̄ idē nichodemus venerit in passione dñi ferens mixturam mirre & aloes quasi libras centū vt cū ioseph q̄ fuit ab arimathia sepeliret simul corpus dñi: s̄ nō hoc etiam a misterio vacat. quia illi q̄ vere discipulatu saluatoris adherēt mortis eius ac resurrectionis memoriã cū aromatibus sacraꝝ virtutū in cordē sui recondunt secreto iuste et pie viuēdo expectātes diē resurrectionis & aduentū gl̄e magni dei & saluatoris nr̄i ihesu xp̄i

q̄ dedit semetipsū p̄ nob̄ vt mūdaret sibi populū acceptabilem sectatorē bonoꝝ opū.

Natbanael donū dei int̄pretat̄. quia dolus. id ē simulatio dono dei in eo nō fuit. **C**uius imitatoꝝ sūt quiq̄ electi qui simplici deuotione ad dominū veniunt & mādata eius custodiunt.

De martiribus.

Ca. ii.

MARTIRES greca lingua. latine testes dicunt̄. Vnde & testimōia grece martiria nūcupant̄. **T**estes aut̄ ideo vocati sūt: q̄ p̄pter testimoniū cristi passiones sustinuerūt: & vsq̄ ad mortē p̄ veritate certauerunt. **Q**uero non testes q̄d latine vtq̄ possum⁹ dicē sed grece martires appellam⁹. familiarius ecclesie auribus hoc verbū grecū sonat: sicut & multa greca nomina que p̄ latinis vtimur. **M**artizq̄ p̄mus in nouo testamēto stephanus fuit qui hebreo sermone int̄pretatur norma q̄d prior fuerit ī martirio ad imitationē fidelium. Idez aut̄ & greco s̄mone in latinum vertit̄ corōatus: & hoc p̄phetice vt q̄d sequeret̄ in re: vaticinio quodā futuri p̄us in vocabulo resonaret. **P**assus ē enim: & q̄d vocabat̄ accepit. **S**tephan⁹ enim corona dicit̄: humiliter lapidatus: sed sublimiter coronatus. **D**uo autēz sūt martiriū genera. vnum in apta passione. alterū in oculata animi virtute. **N**am multi hostis insidias dyaboli tollerātes: & cūctis carnalibus desiderijs resistētes: p̄ hoc q̄d se omnipotēti deo in corde mactauerūt etiã pacis tēpore martires facti sūt: q̄ etiam si persecutionis temp⁹ existēt martires fieri possent.

De ecclesia & sinagoga.

Ca. iii.

ECCLISIA grecū est q̄ in latinū vertit̄ cōuocatio. p̄pter quod omnes ad se cōuocet. **C**atholica vniuersalis. a potocatholicō id ē secūdum totū. **N**on enī sicut cōuenticula hereticōꝝ aliquibus regionum partib⁹ coartat̄: s̄ p̄ totum terrazq̄ orbē dilatata diffundit̄. **Q**uod etiam apostolus ap̄ p̄bat ad romanos dicēs. **G**ratias ago deo meo p̄ omnib⁹ vob̄. quia fides vestra annunciat̄ in vniuerso mundo. **H**inc & vniuersitas ab vno cognominata est p̄pter quod ī vnitatem colligit̄. **V**nde dñs in euāgelio ait. **Q**ui mecum non colligit spargit. **C**ur autē ecclesia cum vna sit. a iohāne septēz scribunt̄: nisi vt vna catholica septiformi plena spiritu designetur. sic & de dño nouimus dixisse salomonem. sapiētia edificauit sibi domū excidit colūnas septem. **Q**ue tamē septē vna esse nō ambigitur dicente ap̄lo. **E**cclēsia dei viui que ē colūna & firmamētum veritatis. **I**nchoauit autē ecclesia a loco vbi venit de

celo spiritus sanctus: & impleuit vno loco sedentes. c. xx. Pro pigrinatione autē presenti ecclesia syon dicit. eoq̄ ab huius peregrinationis longitudine posita p̄missionē rerum celestium speculet. & idcirco syon. id ē speculatio nomē accepit. p̄ future vero patrie pacē hierusalē vocat. Nam hierusalē pacis visio inter p̄tatur. Ibi enim abolita omni aduersitate pacem que est xp̄us p̄senti possidebit obtutu

Synagoga grece. latine cōgregatio dicitur. Quod p̄prie nomē iudeoz̄ populus tenuit. Ipsoz̄ enim congregatio p̄prie synagoga dici solet. q̄muis & ecclesia dicta sit. nō strā vero apostoli nūquā synagogā dixerunt s̄ semp̄ ecclesiā siue discernēdi causa. siue q̄ inter cōgregationē vnde sinagoga & cōuocationē: vñ ecclesia nomē accepit. distet aliqd̄ q̄ scilicet cōgregari & pecora solēt q̄z & greges p̄prie dicim⁹ cōgregari. cōuocari autēz homines solemus dicere.

De religione & fide.

Ca. iiii.

DOGMA a putando philosophi nominauerūt. id est hoc puto esse bonū: hoc puto esse verū. Religio appellata q̄d p̄eam vni deo religāz animas nostras ad cultū diuinū vīculo seruiendi. Quod verbū cōpositū est a religendo. id ē eligendo vt ita latinū videat̄ religio sic eligio. Tria sūt autē que ī religionis cultu ad colendum deū in hominibus pergrunēt. id est fides. spes. caritas. In fide quid credēdum. in spe quid sperādū. in caritate quid sit amādum. Fides ē qua veracit̄ credimus q̄d neq̄quā videre valem⁹. Nam credere iā nō possuimus q̄d videmus. Proprie autē nomē fidei id ē dictū si omnino fiat q̄d dictum ē. aut p̄missum. & inde fides vocata ab eo q̄d fiat illud: quod int̄ vtrosq̄ placitū ē: quasi inter deū & hominē. Hinc & fedus. Spes vocata q̄ sit pes p̄grediēdi q̄si ē pes. Vñ econtrario desperatio. Deē enim ibi pes nullaq̄ p̄grediēdi facultas ē: q̄a dū quisq̄ peccatū amat: futurā gloriā nō sperat. Caritas grece: latine dilectio interpretat̄ q̄d duos in se liget. Nā dilectio a duob⁹ incipit: quod ē amor dei & pximi. De qua apostolus. plenitudo inq̄ legis ē dilectio. Maior autē est hec omnibus quia q̄ diligit & credit & sp̄at. qui autē nō diligit: quāuis multa dilectio carnal̄ nō faciat bona frustra laborat. Omnis autē dilectio s̄ magis amor dici solet. Dilectionis autē nomē tantū in meliorib⁹ rebus accipi solet. sub ecclesie autem vocabulo distinctio quedā reperitur: ita vt in sacris ordinibus & in quibusdā p̄fessionibus fideles ab inuicē distēt.

De clericis.

Ca. v.

CLEROS & clericos hinc appellatos q̄a mathias sorte electus est quē primum p̄ apostolos legimus esse ordinatū. Cleros enim grece fors vel hereditas dicit̄. Propterea ergo dicti clerici q̄a de sorte sūt dñi: vel q̄ dñi partē habent. Generalit̄ autē clerici nūcupant̄ omnes qui ī ecclesia xp̄i defuiunt. Quoz̄ grad⁹ & nom̄a hec sūt. Hostiarius. Psalmista. Lector. Exorcista. Accolit⁹. Subdiaconus. Diacō⁹. Presbit. Episcopus. Ordo episcopoz̄ q̄drip̄titus ē id ē in patriarchis. archiepiscopis metropolitanis atq̄ episcopis. Patriarcha greca lingua sūmus patrū interpretatur. q̄a p̄mū. id ē apostolicū retinet locū: & ideo quod sūmo bonoē fungit̄ tali nomine censēt. sic roman⁹ antiochenus & alexandrin⁹. **Archiepiscopus** greco vocabulo dicit̄. q̄ sit sūmus episcopoz̄. tenet enim vicē ap̄loz̄ & p̄sident tā metropolitanis q̄ episcopis cetis. Singulis enī p̄uincis p̄minet q̄z auctoritate & doctrina ceti sacerdotes subiecti sūt sine q̄bus reliquis episcopis nihil agere licet. Sollicitudo enī totius p̄uincie ipsis cōmissa est. Omnes autē superius designati ordines vno eodēq̄ vocabulo episcopi nominantur: s̄ ideo p̄uato nomine quidā vtuntur p̄pter distinctionē potestātū quā singularit̄ acceperūt. **Patriarcha** pat̄ p̄ncipum. **Archon** enim p̄nceps. **Archiepiscopus** p̄nceps episcopoz̄: sic metropolitan⁹ a mēsurā ciuitatū. **Episcopatus** autē vocabulū inde dictū quod ille q̄ sufficit̄ super intēdat curam scilicet subditoz̄ gerēs. **Scopin** enim latine intēdere d̄r. **Episcopi** autem grece latine speculatoēs interpretantur. Nam speculator est p̄positus ī ecclesia dictus. eoq̄ speculat̄ atq̄ p̄spiciat populoz̄ infra se positoz̄ mores & vitā. **Pontifex** princeps sacerdotum ē: q̄si via sequētium: ipse & sūmus sacerdos. ipse pontifex maximus nūcupatur ipse enim efficit sacerdotes atq̄ leuitas. ipse oēs ordines ecclesiasticos disponit. ipse quid vnusquisq̄ facere debeat ostendit. Antea autem p̄tiffices & reges erāt. Nā maior⁹ erat hec cōsuetudo vt rex esset etiā sacerdos vel pontifex. Vñ & romani impatores pontiffices dicebant̄. **Vates** a ui mentis appellatos. Cuius significatio multiplex ē. Nāz̄ mō sacerdotē. mō p̄phetā significat. mō poetaz̄ significat. **Antistes** sacerdos dictus ab eo q̄ ante stat. Primus ē enim ī ordine ecclesie & sup̄ se nullū habet. **Sacerdos** autē nomē habet compositū ex greco et latino q̄si sacru dans. Sic enī rex a regendo: ita sacerdos a sanctificando vocatus ē. Cōsecrat enim & sanctificat. Sacerdotes autē gentiliū flamies

dicebantur. Hii in capite habebant pilleum in q̄ erat breuis virga desup habens lane aliquid. Quod cū p̄ estū ferre non possent: filo tantū capita religare ceperūt. Nā nudis penitus eos capitibz incedere nefas ēat. Vnde a filo q̄ vtebant flamines dicti sūt quasi flamines. Verū festis diebus filo deposito pilleum imponebant p̄ sacerdotii eminētia.

Prespiter grece latine senior interpretat̄. non p̄ etate vel decrepita senectute: s̄ p̄pter honorem & dignitatē quā acceperūt p̄spiteri nominantur. Vñ & apud veteres idē & episcopi & p̄spiteri fuerūt: quia illud nomē dignitatis ē: hoc etatis. Ideo autē p̄spiteri sacerdotes vocant̄ qd̄ sacrū dant: sicut & episcopi qui licet sint sacerdotes tñ pontificatus apicē nō habent. quia nec crismate frontem signāt. nec paraclitum spiritū dant: quod solis episcopis debet̄ lectio act̄9 apostolorū demonstrat. Vñ & apud veteres idē episcopi & p̄spiteri fuerūt: quia illud ē vt diximus nomē dignitatis: hoc etatis.

Leuite ex nomine auctoris vocati. A leui autē leuite exorti sūt a quibz ī tēplo dei mystici sacramēti ministeria explebant̄. Hii grece dyacones. latine ministri dicuntur. q̄ sicut ī sacerdote cōsecracō ita ī diacono ministerii dispensatio habetur.

Ypodiacones grece quos nos subdiacones dicimus: q̄ ideo sic appellantur q̄a subiacent p̄ceptis & officiis leuitaz. Oblationes enī in tēplo dei a fidelibus ipsi suscipiunt & leuitis supponendas altaribz deferunt. Hii apud hebreos nathinnei vocant̄. **L**ectōes a legēdo. psalmistes a psalmis canēdis vocati. Illi enī p̄dicant populis quid seq̄ntur. isti canūt vt excitēt ad cōpunctionē animos audientium. Licet & qdā lectores ita miserant̄ p̄nūciēt. vt quosdā ad luctum lamentationē q̄ cōpellant. Idē etiā & p̄nūtiacōes vocātur q̄ porro ānuncient. Tanta enī & tā clara eorū ē vox: vt quāuis lōge positoz aures adimpleāt.

Cantor autē vocatus qd̄ voce modulatur ī cantu. Huius duo genera dicunt̄ ī arte musica: sic ea docti homines latine dicere potuerūt p̄centor & succentō. **P**recentor scz q̄ vocē p̄mittit ī cantu. succentor autē q̄ subsequēter canēdo respōdit. **C**ōcentor autē dicitur q̄ cōsonat: q̄ autē nō cōsonat nō concinit nec cōcentor erit. **A**coliti grece. latine ceroferarii dicunt̄ a deportādis cereis qn̄ legendū ē euāgeliū aut sacrificiū offerēdum tūc enī accendūtur luminaria ab eis & depōtātur: nō ad effugādas tenebras dū sol eodē tpe rutilat: s̄ ad signū leticie demonstrādum vt sub tipo lumīs cōporat̄ illa lux ostēdatur de q̄ ī euāgelio legitur. Erat lux v̄ea q̄ illa

minat omnē hominē veniētem ī mūdum.

Exorciste ex greco in latinū adiurātes siue increpantes vocant̄. Inuocant enī super cathecuminos v̄l super eos q̄ habēt spiritum ī mundum nomē dñi ihesu adiurātes p̄ eum vt egrediat̄ ab eis. **O**stiarū idē & ianitores: qui ī veteri testamēto electi sūt ad custodiam tēpli vt nō ingrederēt in eum immundus ī omni re. **D**icti autē ostiarii: q̄ presint ostiis tēpli. Ipsi enim tenētes clauem omnia intus ex vtraq̄ pte custodiunt: atq̄ inter bonos & malos habentes iudiciū fideles recipiunt: respuūt infideles.

De monachis.

Ca. vi.

MONACHVS greca ethymologia vocat̄. eoq̄ sit singularis. monos enī grece singularitas dī. Ergo si solitarius interpretat̄ vocabulū monachi: quid facit in turba qui solus est. Plura sūt enim ḡna monachoz. **C**enobite quos nos in cōmuni viuētes possumus appellare. **C**enobiū enim plurimoz ē. **A**nachorite sūt qui p̄pter cenobialē vitaz desertā petūt & soli habitāt per desertā: & ab eo qd̄ p̄cul ab hominibz recesserunt tali noīe nuncupantur. Sed anachorite helyam & iohānem cenobite apostolus imitātur. **H**eremite hii sūt q̄ & anachorite ab hominū conspectu remoti heremū & desertas solitudines appetēt. Nam heremū dī quasi remotum.

Abbā autē syrū nomen significat ī latinū pater. Quod paul⁹ romani s̄ scribēs exposuit dicēs. In q̄ clamam⁹ abba pater duabus vsus linguis. Dicit enī abba syro nomine patrem & rursus latine nominat id ē patrē.

De ceteris fidelibus.

Ca. vii.

CRISTIANVS autē q̄ntū interpretatio ostēdit de vnctione deducit̄ siue de nomine auctoris & creatoris. A cristo enim cristiani sūt cognominati. sic a iuda iudei. De magistri quippe noīe cognomen sectatoribz datum ē. **C**ristiani autē olim a iudeis q̄si ob op̄ pbriū nazareni vocabātur. p̄ eo qd̄ dñs noster atq̄ saluator a vico galilee nazareni sit appellatus. Nō se autē gloriatur xpianum q̄ nomē habet & facta nō habet. **V**bi autē nomen secutū fuerit opus: certissime ille ē cristianus quia se factis ostēdit cristianū: ambulās sicut & ille ambulauit a quo & nomē traxit. **C**atholicus vniuersal̄ siue generalis interpretat̄. Nam greci vniuersale catholicon vocāt. **O**rthodoxus ē recte credens: & vt credit recte viuens. **O**rtho enī grece recte dī: doxo glorie hoc ē vir recte glorie. Quo nomine nō potest vocari: q̄ aliter viuit q̄ credit. **N**eophicus

grece: latine nouellus & rudis fidel: vñ nup
renatus interpretari potest. **C**athecuminus
p eo q̄ adhuc doctrinaz fidei audit nec dum
baptismū pcepit. Nam cathecuminus grece
latine auditor vñ instructor interpretatur.

Competēs vocatur q̄a post instructione
fidei competit gr̄am xp̄i. Inde & a petendo
cōpetētes vocati. **L**aicus popularis. La
os enim grece popul⁹ dicit̄. **P**rofelit⁹ id
ē aduena. & circūcisus qui miscebat̄ populo
dei grecū est.

De heresi & scismate. Ca. viii.

HERESIS grece ab electione vo
cat̄ q̄ sc̄ vnusquisq̄ id sibi d̄ here
si & scismate eligat. Quod melius
illi esse videt̄ vt philosophi pipar
teticī. acadēmicī. & epicurei. & stoici: vel
liqui alii: qui p̄uersū dogma excogitantes ar
bitrio suo de ecclesia recesserunt. Inde ergo
heresis dicta greca voce ex interpretatione ele
ctionis qua q̄sq̄ arbitrio suo ad instituēda si
ue ad suscipiēda quelibet ip̄e sibi elegit. No
bis vero nihil ex n̄ro arbitrio inducere licet:
s̄ nec eligere quod aliq̄s de arbitrio suo idux
erit. Apostolos dei habem⁹ auctoēs quia nec
ipsi quicq̄ ex suo arbitrio q̄ inducerēt elege
rūt: sed acceptam a xp̄o disciplinā fideliter
nationibus assignauerūt. Itaq̄ etiā si angel⁹
de celis alit̄ euāgelizauerit anathema voca
bit̄. **S**ecta a sectando & tenēdo nominata
Nā sectas dicimus. habitus animoz̄ ac insti
tuta circa disciplinā fidelit̄. vel p̄positū quē
tenēdo sequūt̄. longe alia ī religionis cultu
opinātes quā ceti. **S**cisma ab scissura ani
morū vocata. Eodē enim cultu scismaticus
eodēq̄ ritu credit vt ceti: solo cōgregationis
delectat̄ discidio. Fit autē scisma cum dicunt
homines. nos sanctificamus imundos & ce
tera filia. **S**upsticio dicta eo q̄ sit supflua
aut supstituta obseruatio. Alii dicunt a seni
bus q̄ multis annis supstites p̄ etatē delirāt
& errāt supersticiōe q̄dam nesciētes q̄ vetes
colūt aut q̄ veterū ignari assciscant. Lucreci
us autē supsticionē dicit. supstantiū rerū. id
ē celestū & diuinorū: que sup nos stant. sed
male dicit. Hereticorū autē dogmata vt facile
possint agnosci causas eoz̄ vel nomina demō
strari oportet.

De heresibus iudeorum. Ca. ix.

SVNT enī hereses iudeoz̄ quas q̄
dā eoz̄ cōtra fidem xp̄i repientes
p̄ui dogmatis auctores extiterūt
q̄z̄ hec sūt noīa. i. Efnei. ii. Gali
lei. iii. Marbonei. iiii. Geniste. v. Meriste.
vi. Saducei. vii. Pharisei. viii. Herodiani. ix
Samarite. x. ymerobaptiste. Efnei dicunt

xp̄m docuisse illos omnem abstinētiā.

Galilei & ipsi dicūt xp̄m venisse & docu
isse eos ne dicerēt dominū cesarem ne ve ei⁹
monitis vterent̄. **M**arbonei dicūt ipsum
esse xp̄m q̄ docuit illos ī omni re sabbatizare

Geniste p̄sumūt quoniā de genere abra
he sūt. Nam cū in babilonē venisset populus
dei pleriq̄ relinquētes vxoēs suas babiloniis
mulieribus adheserunt. Quidā autē israheli
ticis cōiugis cōtenti: vel ex eis geniti dum
reuersi essent d̄ babilonia: diuiserūt se ab om
ni populo & assumpserūt sibi nomē iactātie.

Meriste sepant scriptas nō credētes om
nib⁹ p̄phetis dicētes aliis & aliis spiritib⁹ il
los p̄phetasse. **S**aducei interpretant̄ iusti
vēdicant enī sibi qd̄ nō sūt: negant r̄surrecti
onē dicentes. dictū est in genesi ade. de ter
ra es & in tram ibis. Hii quinq̄ tantū libros
legis recipiūt: p̄phetaz̄ aut vaticinia respu
unt. **P**harisei negant xp̄m venisse nec vlla
in re sup̄ dictis cōmunicāt. Pharisei q̄dez &
saducei int̄ se contrarii sūt. Nam pharisei ex
hebreo ī latinū interpretantur diuisi. eo q̄ tra
ditionū & obseruationum q̄s illi deuteriosos
vocant. iusticiā p̄ferant. vñ & diuisi vocant̄
a populo quasi p̄ iusticiā. **H**erodiani nam
tēporib⁹ saluatoris hec heresis surrexit. Hii
herodē magnificabāt dicētes ipsū esse xp̄m

Samarite q̄ custodes interpretant̄ qui ī lo
cum israhel iā captiuo & transducto in babi
loniā populo translati sūt: in tram decem tri
buū: & ex pte sine lege israhelitarū cōsuetu
dinē obtinent. Isti p̄phetas nō recipiūt atq̄
in obseruationibus suis a iudeis omnib⁹ sepa
rant̄: quoz̄ supsticō p̄culdubio omnib⁹ nota
ē. **E**merobaptiste dicti. eoz̄ quottidie ve
stimēta sua & corpora lauent. Propt̄a q̄ plu
res heresū species inueniūt̄ que ī tempo
rib⁹ cristianis exōte p̄ inuētores & sequaces
eoz̄ fidē catholicam impugnare solite sūt q̄s
etiā pater augustinus ad qd̄ vult deū dyaco
nū scribens satis manifeste declarat. Sed q̄a
memoratus doctor in diffinicionibus suis ec
clesiastica dogmata enumerans quid creden
dum: quid ue cauendum sit lucide descripsit
omisso hereticorū catalogo fidei catholice iu
ra in hoc ope inferēda censemus.

**De diffinicionibus recte fidei & ecclesia
sticorū dogmatum. Ca. x.**

QUOD REDIMVS vnū deū esse patrē
& filiū & spiritum sanctū. patres
eoz̄ habent filiū. filium eoz̄ habe
at patrē. spiritū sanctū eoz̄ ex pa
tre & filio p̄cedat. Pater ego p̄ncipium dei
tatis: qui sicut nūquā fuit nō deus. ita nunq̄
nō fuit nō pater. A quo filius natus. a q̄ spi

ritus sanctus non natus: quia non est filius: neque ingentus quia non est pater: nec factus spiritus sanctus: quia non est ex nihilo: sed ex deo patre & deo filio deus procedens. Pater enim eorum habet filium eternum: cuius eternus sit pater, filius eternus eorum sit patri & spiritui sancto coeternus. Spiritus sanctus eternus eorum sit patri & filio coeternus: non confusa in una persona trinitas, ut sabellius dicit, neque separata aut diuisa in natura diuinitas ut arrius blasphematur: sed alter in persona pater, alter in persona filius, alter in persona spiritus sanctus, vnus in natura in sancta trinitate deus pater & filius & spiritus sanctus. Non pater carne assumpsit: neque spiritus sanctus: sed filius tantum, ut qui erat in diuinitate patris dei filius: ipse fieret in homine hominis filius: ne filii nomen ad alterum transferret: qui non esset natiuitate filius. Dei ergo filius: hominis factus est filius: natus secundum veritatem nature ex deo dei filius & secundum veritatem nature ex homine hominis filius, ut veritas geniti non adoptione non appellatione: sed in utraque natiuitate filii nomen nascendo habet & esset verus deus & verus homo vnus filius. Non ergo duos christos neque duos filios: sed deum & hominem vnum filium quem propterea & vnigenitum dicimus manentem in duabus substantiis: sicut ei nature veritas contulit non confusis naturis neque immixtis sicuti timochiani volunt: sed societate vniti. Deus ergo hominem assumpsit: homo in deum transiit non nature versibilitate, sicut appollinariste dicunt: sed dei dignatione ut nec deus mutaretur in humanam substantiam assumendo hominem nec homo in diuina glorificatus in deum: quia mutatio vel versibilitas nature & diminutione & abolitione substantie facit. Credit a nobis sine confusione coniuncta trinitas sine separatione distincta. Natus est ergo dei filius ex homine & non pro homine, id est non ex viri coitu: sicut hebion dicit: sed carne ex virginis corpore trahens: & non de celo secum afferens, sicut marcaon, origenes, & eutiches affirmant: neque in fantasia, id est absque veritate, sicut valentinus scilicet dicit, neque doleyli, id est putatiue imaginatum: sed corpus verum non tantum carnem ex carne sic macianus: sed verus deus ex diuinitate & verus homo ex carne: vnus filius in diuinitate verbum patris & deus in homine anima & caro. Anima non absque sensu & ratione, ut appollinaris: neque caro absque anima, ut anomocus: sed anima cum ratione sua: & caro cum sensibus suis: pro quibus sensus veros in passione & ante passionem carnis sue dolores sustinuit. Neque sic est natus ex virgine ut dei tatis iniciu homo nascendo accepit quasi antequam ex virgine nasceretur deus

non fuerit, sicut artemon & berillus & macellus docuerunt: sed eternus deus homo ex virgine natus est. Nihil creatum aut factum in trinitate credendum ut vult dionysius fons arrii: nihil inaequale ut eunomius, nihil graeque ut vult etbius, nihil anterius posterius ve aut minus ut arrius: nihil extraneum aut officiale alteri ut mache donius, nihil persuasione aut surreptione insertum ut manicheus, nihil corporeum ut merito & tullianus, nihil corporaliter effigiatum ut antropoformus & vadianus, nihil sibi inuisibile, ut origenes, nihil creaturis visibile ut fortunatus, nihil moribus vel voluntate diuersum ut marcion, nihil trinitatis essentia ad creaturam naturam deductum ut plato & tertullianus, nihil officio singulare nec alteri communicabile, ut origenes, nihil confusum: ut sabellius: sed vnum perfectum quia totum ex vno et vnum non tantum solitariu: ut presumunt siluanus & praxetos penthapolitana danabilis illa doctrina. Omnisio ergo id est in diuinitate patris filius. Omnisio patri & filio spiritus sanctus Omnisio deo & homini, vnus filius manens deus in homine suo in gloria patris desiderabilis videri ab angelis, sicut pater & spiritus sanctus adoratur ab angelis & ab omni creatura: non homo propter deum: uel christus cum deo sic nestorius blasphematur: sed homo in deo & in homine deus. **E**rit resurrectio mortuorum hominum sed vna & semel, non prima iustorum, & secunda peccatorum, ut fabula somnia est: sed vna omnium: & si id resurgere dicitur quod cadit, caro ergo nostra in ueritate resurgit: sicut in ueritate cadit: & non secundum originem immutatio corporum erit, id est aliud nouum corpus pro carne: sed eadem caro corruptibilis tantum iustorum: quam iniustorum caro incorruptibilis resurgit, ut vel pena sufferre possit pro peccatis, vel in gloria eterna manere pro meritis. Omnium enim hominum erit resurrectio. Si omnium erit, ergo omnes moriuntur, ut mors ab adamo ducta omnibus filius eius dicitur: & maneat illud privilegium in domino: quod de eo specialiter dicitur non dabit sanctum tuum videre corruptionem, & caro eius non vidit corruptionem. Hanc rationem maxima patrum turba tradente suscepimus. Verum quia sunt & alii eque catholici & eruditi viri qui credunt animam in corpore manentem immutatos ad incorruptionem & immortalitatem eos qui in aduentu domini uiui inueniendi sunt & hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis qui mortalitatem immutatione deponant non morte. Quolibet quis acquiescat modo non est hereticus nisi contentione hereticus fiat. Sufficit enim in ecclesie lege carnis resurrectionem credere futuram de morte. Quod autem dicimus in symbolo in aduentu domini uiuos ac mortuos

iudicandos non iustos et peccatores iudicare sic diodorus significare putat: sed viuos eos q̄ in carne inueniēdi sūt dicit. qui adhuc morituri credant. v̄l immutādi. sic alii volūt vt suscitati continuo vel reformati cū animo tuis iudicent. ¶ Post resurrectionē & iudicium nō credamus restitutionē futurā: quā origenes delirat vt demones vel impii homines post tormenta q̄si suppliciis expurgati. vel illi i angelicā redeant qua creati sūt dignitatē. vel isti iustoꝝ societate donent. eoꝝ hoc diuine cōueniat pietati. ne quid ex rationalibus peat creaturis: s̄ q̄libet mō saluent. Sed nos credamus ipsi iudici omniū & retributori iusto qui dixit. ibunt impii in suppliciu etnum. iusti autē in vitam etnam vt percipiant fructū operū suoz. ¶ In p̄ncipio creauit deus celū & terrā & aquā ex nihilo. & cum adhuc tenebre ipsam aquā occultarent & aqua tram abscondēt: facti sunt angeli & omnes celestes virtutes vt nō ociosa dei bonitas: s̄ haberet in q̄bus p̄ multa ante spacia bonitatē suam ostenderet: & ita hic visibilis mūdus ex materia: que a deo creata fuerat factus ē & ornatus. Nihil i corporeū & inuisibile in natura credēdum: nisi solum deū. id ē patrē & filiū & spiritū sanctū q̄ ex eo incorporeus credit. q̄a vbiq̄ ē & omnia implet atq̄ cōstringit. ideo inuisibilis omnibz creaturis q̄a i corporeus ē. Creatā omnis corporea angeli & oēs celestes virtutes corporee licz nō carne subsistant. Ex eo autē corporeas esse credimus intellectuales naturas q̄ localiter circumscribunt. sic & aīa humana que carne claudīt: & demones q̄ p̄ substātiā angelice natē sūt. Immortales credimus i intellectuales naturas: que carne carēt: nec habent quo cadāt vt resurrectione egeāt post ruīnā. Inde necessario animas hominū non esse ab inicio int̄ ceteras intellectuales naturas nec simul creatas. sic origenes fingit neq̄ cū corporibus p̄ coitum seminātur. sic luciferiani & cirillus & aliq̄ latinoꝝ p̄sūptores affirmāt q̄si nature cōsequētia fūiēte: s̄ dicimus corpus tantū p̄ cōiugii copulam seminari. ¶ Creationē vero anime solum creatorē nosse. dei vero iudicio coagulari et cōpingi atq̄ formari: ac formato iam corpore animā creari & infundi. vt viuat in vtero homo ex anima constitās et corpore. & egrediat̄ viuus ex vtero plenus humana substātia: neq̄ duas animas esse dicimus in vno homine. sicut iacobus & alii syroꝝ scribunt vnā animalē qua animat̄ corpus & immixta sit sanguine. et alterā spiritalē que rationē ministret: s̄ dicimus vnā eandēq̄ esse animā in homine que & corpus

sua societate viuificet et semetipsam sua ratione disponat: habēs in se libertatē arbitrii vt in sue substātie legat cogitatione q̄d vult. Solū hominē credimus habere animā substātiale que & exuta corpore viuūt et sensus suos atq̄ ingenia viuacit̄ tenet: neq̄ cū corpore morit̄. vt arabs asserit. neq̄ postmodū interiturā: sic zenon dicit. q̄a substātiale viuūt. Animalū vero anime nō sūt substātie: s̄ cū carne ipsa carnis viuacitate nascunt̄: & cum carnis morte finiunt̄. et ideo nec ratione regunt̄ sicut plato et alexander putāt: s̄ ad omnia. s. nature incitāmēta dicunt̄. Anima humana nō cum carne morit̄ q̄a nec cum carne vt sup̄ius diximus seminatur: sed formato i ventre matris corpore: dei iudicio creari & infundi vt viuat homo intus i vtero et sic p̄cedat natiuitate i mundum. ¶ Duabus substātiis cōstat homo anima tantū et carne. anima cū ratione sua. et carne cum sensibus suis quos tñ sensus absq̄ anime societate non mouet caro. anima vero et sine carne rationale suū tenet. Nō ē tercius in substātia hominis spiritus: ut didimus cōtendit: s̄ spiritus ipsa ē anima p̄ spiritali natura: v̄l p̄ eo q̄d spiret i corpore: spiritus appellat̄. animam vero ex eo vocari q̄d datur ad viuendū vel ad viuificandū animet corpus. Terciū vero quoniam ab apostolo cum anima et corpori inducitur spiritū grām spiritus sancti esse intelligam̄ quā orat apostolus vt integra pseueret in nobis: nec nostro vicio aut minuatur aut fugietur a nob. quia spiritus sanctus effugiet fictū. ¶ Libertati arbitrii sui cōmissus ē hō: statim in p̄ma mundi cōditione: vt salua vigilantia mētis adnitente etiam p̄cepti custodia pseueraret: si velit in id q̄d creatus fuerat p̄manere. Postquā vero seditione serpentis per eū cecidit. nature bonū pdidit pariter et vigorem arbitrii. nō tñ electionem: ne nō esset suum q̄d emēdaret peccatum nec merito indulgeret q̄ nō arbitrio doluisset. ¶ Manet itaq̄ ad querendam salutē arbitrii libertas. id est rationalis voluntas: sed admonente p̄us deo & inuitante ad salutem. vt v̄l eligat vel sequatur vel agat occasione salutis hoc est inspiratione dei. vt autez cōsequat̄ quod eligit. vel q̄d sequitur. vel q̄d occasione agit dei esse libere cōfitemur. Inicium salutis nostre deo miserante habemus vt acquiescamus salutarī i spirationi: n̄re potestatis est vt adipiscamur q̄d ad acquiescendū admonitione cupimus. diuini ē muneris vt nō labamur adepto salutis munere. sollicitudinis n̄re est et celestis p̄ter adiutorii. vt labamur potestatis n̄re est: et ignauie. ¶ Baptisimū vnum ē s̄ in ecclesia

vbi vna fides est vbi in nomine patris & filii et spiritus sancti datur. et ideo si qui apud illos hereticos baptizati sunt: qui in sancte trinitatis confessione baptizant et veniunt ad nos incipient quidem quasi baptizati in sancte trinitatis inuocatio vel confessio annullat: sed doceantur autem et instruantur: quo sensu sancte trinitatis mysterium in ecclesia teneatur. et sic sentiunt credere vel acquiescunt confiteri. purgati iam fidei integritate confirmantur manus impositione. Si vero paruuli sunt vel hebetes qui doctrinam non capiunt respondeant per illis quod illos offerunt iuxta morem baptizandi. & sic manus impositione et crismate communiti eucaristie mysteriis admittant. Illos autem qui non in sancte trinitatis inuocatione apud hereticos baptizati sunt et veniunt ad nos baptizari debere pronuntiamus non rebaptizari. Neque enim credendum est eos fuisse baptizatos quod non in nomine patris et filii et spiritus sancti iuxta regulam a domino positam tincti sunt. ut sunt paulianiste. pelianiborite. vel spurisifori. fotiniani: qui nunc vocantur bonosiani. montani. et manichei variata impietatis germina. vel ceteri istorum originis siue ordinis pestiferi quod duo principia sibi ignota introducunt ut cerdo et marcion vel contraria ut manicheus: vel tria et barbara ut secianus et theodocus vel multa ut valentinus vel christum hominem fuisse absque deo ut cherintus et hebion & harithemon et fotinus. Ex istis inquam si qui ad nos venerint non requirendum ab his utrum baptizati sint an non: sed hoc tantum si credant in ecclesie fide et baptizentur ecclesiastico baptisate.

Quotidie eucaristie communionem percipere nec laudo nec vitupo: omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. si tamen mens in affectu peccandi non sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi guardari magis dico eucaristie perceptione quam purificari. & ideo quamuis quis peccato mordeatur peccandi de cetero non habeat voluntatem. & communicaturus satisfaciatur lacrimis & orationibus: & confidens de domini misericordia: qui peccata pie confessioni donare consuevit: accedat ad eucaristiam intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia & mortalia peccata non grauant. Nam quem mortalia crimina post baptismum commissa premunt hortor prius publica penitentia satisfacere: & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communionem sui eucaristiam percipere. Sed & secreta satisfactione solui mortalia crimina non negamus sed mutato prius seculari habitu: & confessio religionis studio per vite correctionem & iugum. immo perpetuo luctu miserante deo. ita distaxat

ut contraria per his que penitet agat: & eucaristiam omnibus dominicis supplex & summissus usque ad mortem percipiat. Penitentia vera est penitentia non admittere & admissa deflere. Satisfactio penitentiae est causas peccatorum excludere: nec earum suggestionibus aditum indulgere.

In diuinis repromissionibus nihil terrenum vel transitorium expectemus: sicut meliciani sperant: non nuptiarum copulam. sicut cherintus & marcion delirant. non quod ad cibum vel potum pertinet. sicut papia auctore terrenus & tullianus & lactantius acquiescunt. neque per mille annos post resurrectionem regnum christi in terra futurum. & sanctos cum illo in deliciis regnatos speremus. sicut nepos docuit quod per mille annos & secundam impiorum resurrectionem confinxit & inter has duas mortuorum resurrectiones gentes ignorantes deum: in angulis terrarum in carne reseruandas: que post mille annos regni in terra iustorum instigante dyabolo mouende sunt ad pugnam contra iustos regnantes: & domino per iustis pugnante imbre igneo compescendos: atque ita mortuos cum ceteris in impietate mortuis ad terrena supplicia in incorruptibili carne resuscitandas.

Nullum credimus ad salutem nisi deo inuente venire. nullum inuitam salutem suam nisi deo auxiliante operari. nullum nisi orantem auxilium promereri. nullum voluntate dei parere: sed permissu pro electione arbitrii. ne ingenuitas potestatis semel hominibus attributa ad seruile cogitationem necessitate.

Malum vel malicia non esse a deo creatam: sed a dyabolo inuentam qui & ipse bonus a deo creatus est: sed quia libero arbitrio. ut puta rationabilis creatura commissus est: & cogitandi acceperat facultatem: scientiam boni vertit ad malum: & multa cogitando factus est inuentor mali: & quod in se perdidit inuidit in aliis. nec contentus solus parere suavit aliis ut quod esset sue malicie inuentor. fiet et aliorum auctor: et ex eo malum vel malicia percurrerit inter ceteras rationabiles creaturas.

Vnde cognoscimus nihil esse natura immutabile: nisi solum deum patrem & filium et spiritum sanctum qui mutari non potest a bono quia natura possidet bonum: nec potest aliud esse quam bonus.

Angeli vero qui in illa quae creati sunt beatitudine perseverant: non natura possident bonum ut non mutarentur cum ceteris: sed arbitrii seruantes bonam voluntatem: bonum conditionis & fidem. scilicet seruauerunt domino suo. Vnde & merito ab ipso domino sancti angeli vocantur. quod tenuerunt arbitrii sanctitatem: nec socioz exemplo deuiauerunt a bono.

Bone nuptie sunt: sed causa filioz non concupiscentie fornicationis obtentu. Melius

est continentia: sed non sibi sufficit ad beatitudinem: si pro solo amore pudicitie retinetur: sed si cum hoc affectu causa vacandi domino eligitur. alioquin diuortium magis coniugii videbitur esse quam castitas. Virginitas utriusque bono preciosior est. quia & naturam vincit & pugnam. Nam naturam corporis integritate pugnat castimonie pace. **B**onum est in cibo cum gratia actione sumere quicquid deus edendum precepit. abstinere autem aliquibus non quasi a malis: sed quasi non necessariis non est malum. **M**oderari vero carnum usum pro necessitate et tempore. proprie christianorum est malas dicere nuptias vel fornicationi comparandas aut stupro. cibos vero credere malos vel mali causa creari percipientibus: non est christianorum sed proprie enerachitarum & manicheorum. **S**acrate deo virginitati nuptias coequari & pro amore castigandi corporis abstinere a viuo vel carnibus: nihil credere meriti accrescere: non est hoc christiani sed iouiniani. **I**n tegra fide credendum est beatam mariam dei christi matrem & virginem genuisse: & post partum virginem permansisse: nec in hoc blasphemie heliudii acquiescendum: qui dixit virgo ante partum: non virgo post partum. **E**lementa. id est celum & terram non credamus abolenda per ignem: sed in melius commutanda. figuram mundi. id est imaginem non substantiam transituram. **B**onum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare. melius est pro intentione sequendi dominum in semel donare & absolutum solitudine egere cum christo. **M**aritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum. neque eum qui unam quidem: sed concubinam non matronam habuit: nec illum qui viduam & repudiatam: vel meretricem in matrimonio suscipit. nec eum qui semetipsum abscondit quolibet corporis sui membro indignatione aliqua: vel iusto iniusto ve: timore superatus trucauerit. neque illum qui usuras accipisse conuincitur. aut in scena iussisse noscitur. neque eum qui publica penitentia mortalia detestetur. nec illum qui aliquando in furiam versus insaniiuit: vel afflatione dyaboli vexatus est. neque eum qui per ambitionem ad imitationem symonis magi pecuniam offert. **S**anctorum corpora & precipue beatorum martirum reliquias ac si christi membra sincerissime honoranda & basilicas eorum nominibus appellatas: velut loca diuino cultui maxime capata affectu piissimo & deuotione fidelissima aduendas. Siquis contra hanc sententiam venit non christianus: sed eunomianus & vigilantianus creditur.

Baptizatis tantum iter esse salutis. Nullum catholicum quauis in bonis operibus defunctum vitam eternam habere credam? excepto martirio: ubi tota baptismi sacramenta complentur. **B**aptizandus confitetur fide sua coram sacerdote: & interrogatus respondit. Hoc & martir coram persecutore facit: qui & confitetur fidem & interrogatus respondit. Ille post confessionem vel aspergitur aqua vel tinguitur: et hic vel aspergitur sanguine. vel tinguitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit spiritum sanctum: hic habitaculum efficitur spiritus sancti dum non est ipse qui loquitur: sed spiritus patris qui in illo loquitur. Ille communicauit eucaristie in commemoratione mortis domini. hic ipsi christo commoritur: ille confitetur se mundi actibus renunciaturus: hic ipsi renunciat vite. Illi peccata omnia remittuntur: in isto extinguuntur.

In eucaristia non debet aqua pura offerri ut quidam sobrietatis imagine falluntur: sed vinum et aqua mixtum quia & vinum fuit in redemptionis nostre misterio cum dicit. Non bibam amodo ex hoc genimine vitis. Et aqua erat mixtum: quod post cenam dabatur. Sed & de latere eius quod lancea perfossus est: aqua cum sanguine egressa. vinum de vera carnis eius vite cum aqua expressum ostenditur.

Bona est caro nostra & valde bona. ut puta a solo & bono deo condita et non est mala ut volunt sethianus & opinianus & patricianus. nec mali causa. ut docuit florinus: nec ex malo & bono compacta ut manicheus blasphematur: sed cum sit creatione bona: arbitrio anime efficitur nobis uel bona: uel mala: non immutatione substantie: sed executionis mercede. Ipsa enim est que statuitur ante tribunal christi: in qua perferat anima corporis prout gessit siue bonum siue malum.

In resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabitur: sed vir mortuus resurget in forma viri: et femina in forma femine non carens sexu. sed tamen huius vite tantum conditione specie naturali: ne non sit vera resurrectio: si non id resurgit quod cadit.

An resurrectionem domini omnes sanctorum anime in inferno sub debito preuincationis ade tenebatur donec auctoritate domini per indebitam eius mortem de seruilis conditione liberarentur. Post ascensionem domini ad celos omnium sanctorum anime cum christo sunt: & exeuntes de corpore ad christum vadunt: expectantes resurrectionem corporis sui. ut ad integram & perpetuam beatitudinem cum ipso pariter immutentur. sicut

& peccatorum anime in inferno sub timore posite expectant resurrectionem sui corporis vt cum ipso ad penam couertantur eternam.

Penitentiam abolere peccata indubitanter credimus etiam si in ultimo vite spiritu admissorum peniteat: & publica vel supplici lamentatione peccata prodantur. quia propositum dei quo decreuit saluare quod perierat stat immobile. & ideo quia voluntas eius non mutatur. siue emendatione vite si tempus conceditur. siue supplici confessione: si continuo vita exceditur. venia peccatorum fideliter presumatur ab illo qui non vult morte peccatoris: sed vt conuertatur a perditione penitendo & saluatus miseratione domini uiuat. Si quis aliter de iustissima dei pietate sentit non cristianus: sed nouacianus est.

Internas anime cogitationes dyabolum non videre certi sumus: sed motibus eas corporis ab illo & affectionum indicis colligi & experimento didicimus. secreta autem cordis solus ille nouit ad quem dicitur. Tu solus nosti corda filiorum hominum.

Non omnes cogitationes nostre male semper dyaboli instinctu excitantur: sed aliquoties ex nostri arbitrii motu emergunt. bone autem cogitationes semper a deo sunt.

Demones per energiam non credimus substantialiter illabi anime: sed applicatione & oppressione vniri. Illabi autem menti illi soli possibile est: qui creauit: qui natura subsistens incorporeus capabilis est sue facture.

Signa & prodigia & sanitates etiam peccatores in nomine domini facere ab ipso deo didicimus: & cum alios hac presumptione iuuent sibi per ambitionem humane glorie nocent: qui gloriantur in dato falso non meritis debito.

Signis & prodigiis clarum posse fieri cristianum: non tamen sanctum: si intemperatis & asperis moribus agat. temporatis autem & placidis moribus etiam absque signorum efficaciam: & sanctum & perfectum dei hominem fieri recte credimus.

Nullus sanctus & iustus caret peccato nec tamen ex hoc desinit esse iustus vel sanctus. cum affectu teneat sanctitatem. Non enim nature viribus: sed propositi adiuuamento per dei gratiam acquirimus sanctitatem & ideo veraciter se omnes sancti pronunciant peccatores quia in ueritate habent quod plangent. & si non reprehensione conscientie: certe mobilitate preuaricatricis nature.

Pascha id est dominice resurrectionis sollemnitas: ante transgressum vernalis equinoctii.

& sexte decime lune initium non potest celebrari: eodem tamen mense nate.

Propter nouellos legillatores qui ideo animam tantum ad imaginem dei creatam dicunt. vt quia deus incorporeus recte creditur etiam anima incorporea esse credatur. libere cofitemur imaginem in eternitate: similitudinem in moribus inuenire.

Liber quintus incipit.

De sanctis scripturis: hoc est veteris & noui testamenti. Ca. i.

De auctoribus eorundem librorum Ca. ii.

Breuis annotatio que iudicat quid in sanctis canonicis libris contineatur. Ca. iii.

De bibliotheca. Ca. iiii.

De opusculorum varietate. Ca. v.

De canonibus euangeliorum Ca. vi.

De canonibus conciliorum. Ca. vii.

De ciclo paschali. Ca. viii.

De officiis canonicis & de his que in ecclesia leguntur atque canunt. Ca. ix.

De hostiis holocaustis atque sacrificiis & quid eorum species singule significet. Ca. x.

De sacramentis diuinis vbi quid in his bonum gerendum sit demonstratur. Ca. xi.

De exorcismo. Ca. xii.

De simbolo. Ca. xiii.

De oratione & ieiunio. Ca. xiiii.

De penitentiae satisfactione atque exomologesi. Ca. xv.

Incipit liber quintus. De sanctis scripturis. hoc est veteri & nouo testamento.

VETUS TESTAMENTUM ideo dicitur. quia ueniente nouo cessauit. De quo ap[osto]lus meminit. Vetera transierunt. & ecce facta sunt omnia noua. Testamentum autem nouum ideo nuncupatur. quia innouat. Non enim illud discunt nisi renouati. homines ex uetustate per gratiam. & pertinentes iam ad testamentum nouum quod est regnum celorum. Hebrei enim uetus testamentum esdra auctore iuxta numerum literarum suarum. in xxii. libros accipiunt diuidentes eos in tres ordines legis scilicet & prophetarum atque agiographorum. Primus ordo legis in quinque libris accipitur. quorum primus est bresith. qui est genesis. Secundus ellesmoth qui est exodus. Tercius uaietra. qui est leuiticus. Quartus uaiedaber. quod est numerus. Quintus belleaddabarim. quod est deuteronomium. Hi sunt quinque libri moysi quos hebrei thorath. latini legem appellant. Proprie autem lex appellatur que per moysen data est. Secundus ordo prophetarum in quo continentur libri octo quorum primus iosue bennun qui latine iesu naue dicitur. Secundus sobtbim qui est iudicium. Tercius samuel qui est regum primus. Quartus malachim qui est regum secundus. Quintus elaias. Sextus ieremias. Septimus ezechiel. Octauus tharistra qui dicitur xii. prophetarum qui libri quia sibi per breuitate adiuncti sunt pro uno accipiuntur. Tercius est ordo agyographorum id est sancti scribentium in quo sunt libri nouem quorum primus iob. Secundus psalterium qui in quinque incisionibus diuiditur. Tercius malloth quod est puerbium sale motus. Quartus coeeth qui est ecclesiastes. Quintus firasirim quod est cantica canticorum. Sextus daniel. Septimus dabreiamin quod est uerba dierum. id est paralippomenon. qui & cronicon. Octauus est esdras qui in duos libros diuiditur apud grecos & latinos. Nonus hester. Qui simul omnes v. & viii. & viiii. sunt xxi. istis superius comprehensum sunt. Quidam autem ruth & cinoth. quod latine dicitur lamentatio iheremie agyographis adiciunt. & xxiiii. uolumina testamenti ueteris faciunt. iuxta xxiiii. seniores qui ante aspectum dei assistunt. Quartus est apud nos ordo ueteris testamenti eorum librorum qui in canone ebraico non sunt. quorum. Primus sapiencie liber est. Secundus ecclesiasticus. Tercius tobi. Quartus iudith. Quintus & Sextus machabeorum quos licet

iudei intra apocrypha separent ecclesia tamen christi eos inter diuinos libros honorat & predicat. In nouo autem testamento duo sunt ordines. Primus euangelicus in quo sunt. matheus marcus. lucas. iohannes. Secundus apostolicus in quo sunt in xiiii. epistolis. petrus in duabus. iohannes in tribus. iacobus & iudas in singulis actus apostolorum & apocalypsin iohannis. Alii autem uetus & nouum testamentum in septuaginta duos libros distinguunt ita ut primi legis moysi libri quinque sint. hoc est genesis. exodus. leuiticus. numerus. deuteronomium. Hos secuntur historici libri. sedecim iesu naue scilicet & iudicum libri singuli. siue ruth. regum etiam libri quatuor. paralippomenon duo. tobi quod & hester atque singuli ebrei duo. & duo machabeorum. super hos prophetici libri sedecim sunt. elaias. iheremias. ezechiel & daniel libri singuli duodecim quoque prophetarum libri singuli & hec quidem prophetica sunt. Post hec uersuum octo libri habentur qui diuerso apud hebreos metro scribuntur id est iob liber. & liber psalmodum & puerbiorum. & ecclesiastes & cantica canticorum. siue sapiencie & ecclesiasticus lamentationesque iheremie. Sic quoque complentur libri ueteris testamenti xlv. Noui autem testamenti primum quatuor euangelia sunt. mathei. marci. luce. & iohannis. Hos quatuordecim pauli apostoli sequuntur quibus subiuncte sunt. septem canonicę epistole iacobi. petri. iohannis. & iude. actus quoque duodecim apostolorum quorum omnium signaculum est apocalypsin iohannis quod est reuelatio ihesu christi qui omnes libros & tempore & ordine. Hi sunt libri canonici septuaginta duo & ob hoc moyses septuaginta elegit prespiteros qui prophetarent. Ob hoc & ihesus dominus noster septuaginta duos discipulos predicare mandauit. Et quomodo septuaginta due lingue in hoc mundo erant diffuse congrue prouidit spiritus sanctus. ut tot libri essent que nationes quibus populi & gentes ad precipendam fidei gratiam edificarentur. Hec sunt noua & uetera que de thesauro dei preferuntur. & quibus cuncta sacramentorum misteria reuelantur. Hi sunt duo seraphin qui in confessionem sanctę trinitatis iugiter decantant agios & dicentes ymnum erumpunt. Hec litterę sacre. hi libri integro numero & autoritate. Aliud cum illis nihil est comparandum. quicquid extra hos fuerit iter sancta et diuina nullatenus est recipiendum. hec duo testamenta in multis locis scripture sacre prefigurata sunt. Nam illi duo molares lapides sunt quos lex prohibet diuidere atque in loco pignoris tollere. quia neutrum testamentum auferendum est ab altero

quando vtraque necessaria sunt ad panem celestem conficiendum ut animarum pastum preparent. Item duo cherubin iuxta archam posita significant duo testamenta ecclesiam dei protegentia. Item abacuc propheta duo describit animalia in quorum medio deus innotescit. Summa autem vtriusque testamenti trifarie distinguitur id est in historia, in moribus, in allegoria. Rursum ista tria multifarie diuiduntur, id est quid a deo, quid ab angelis vel ab hominibus gestum dictumque sit, quid a prophetis nuntiatum de christo & corpore eius, quid de dyabolo & membris eius, quid de veteri & nouo populo, quid de presenti seculo & futuro regno atque iudicio.

De auctoribus eorundem librorum.

Uteris testamenti secundum hebreorum traditionem hi perhibentur auctores. Primus moyses diuine historie cosmographiam in quinque voluminibus edidit quod pentateuchum nominatur. Pentateuchus autem siue pentateucus a quinque voluminibus dicitur. Pentateuchus enim grece quinque theucus volumine vocatur. Genesis liber inde appellatur eo quod exordium mundi & generatio seculi in eo continetur. Exodus vero exitum ab egipto egressumque populi israel digerit & ex causa nominis accepit. Leuiticus appellatur eo quod leuitarum ministeria & diuersitatem victimarum exequitur totusque in eo ordo leuiticus annotatur. Numerorum liber vocatur eo quod in eo egressus de egipto tribus dinumerantur & quadraginta duarum mansionum in eo descriptio continetur. Deuteronomium greco sermone appellatur quod latine interpretatur secunda lex, id est repetitio & euangelice legis prefiguratio, qui sic ea habet que priora sunt ut tamen noua sint omnia que in eo reperiuntur. Iosue liber nomen accepit a iesu filio naue cuius historiam continet, scriptorem vero eiusdem iosue esse hebrei asserunt. In cuius textu posterior danis transitum regna hostium subuertuntur, terra populo diuiditur & per singulas vrbes viculos montes atque confinia & ecclesie celestisque iherusalem spiritalia prefigurantur. Iudicum nominatur a principibus populi, qui profuerunt in israel post moysen & iosue antequam saul & dauid & ceteri reges existerent. Hunc librum edidisse creditur samuel. Liber samuel eiusdem samuelis natiuitatem & sacerdotium et gesta describit idcirco & ab eo nomen accepit. Et quauis hic liber saul & dauid historiam contineat, tamen ad samuelem refertur, quia ipse vnxit saul in regnum ipse dauid in regem futurum. Cuius libri primam partem descripsit id est samuel sequentia vero eius usque ad calcem scripsit dauid. Malachim liber per

inde appellatur eo quod reges iude & israelitice gentisque gestaque eorum per ordinem digerat temporum. Maloch enim hebraice latine regum interpretatur. Hunc librum iheremias primus in vnum volumine coegit. Nam antea sparsis erat per singulorum regum historias. Paralipomenon grece dicitur quod nos preter missorum vel reliquorum dicere possumus quomodo ea que in samuele vel regum libris vel omissa vel non plene relata sunt, in isto summam ac breuiter explicantur. Librum iob quidam moysen scripsisse arbitrantur alii vnum ex prophetis non nulli vero eundem iob post plagam sue passionis scriptorem eius fuisse existimant arbitrantes ut que certamina spiritalis pugne sustinuit, ipse narret quas victorias expetiuit. Principia autem & finis libri iob apud hebreos prosa oratione texta sunt, media autem ipsius ab eo loco quo ait pereat dies in qua natus sum, usque ad eum locum vbi dicit idcirco ipse me reprehendo, & ago penitentiam omnia heroico metro discurrunt. Psalmorum libri grece psalterium, hebraice nabla latine organum dicitur. Vocatur autem psalmorum liber quod vno propheta canente ad psalterium chorus concinendo responderet. Titulus autem in psalmis hebraicus ita est, isphatha, blym, quod interpretatur volumen ymnorum. Auctores autem psalmorum qui ponuntur in titulis moyses scilicet & dauid & salemo, asaph ethan, & idithun & filii chore, eman ezra belita, & reliqui quos esdras vno volumine comprehendit. Omnes autem psalmi apud hebreos metrico carmine constant esse compositi. Nam in more romani flacci et greci pindari nunc iambico currunt, nunc alcaico pronant, nunc saphico tonant, trimetro vel tetrametro pede incedunt. Saulem filius dauid regis israel iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit. Quorum primus est maloth quem greci parabolas latini puerbia nominant, eo quod in ipso sub comparatiua similitudine figuras verborum & ymagines veritatis ostendit, ipsam autem veritatem ad intelligendum legentibus reseruauit. Secundum librum coeleth vocauit qui grece ecclesiasten dicitur, latine concionator eo quod sermo eius non specialiter ad vnum sicut in puerbiis, sed in aduersos generaliter dirigat docens omnia que in mundo cernimus caduca esse & breuia & ob hoc minime appetenda. Tertium librum si rasirim pronotauit quod in latinam linguam vertitur canticum canticorum vbi per epithalamium carmine coniunctionem christi & ecclesie mystice canit. Dicitur autem canticum canticorum eo quod omnibus canticis preferantur que in scripturis sacris habentur, sicut quedam in lege dicuntur

sancta quibus maiora sunt sancta sanctorum.
Horum autem trium librorum carmina exame-
 tris & pentametris versibus apud suos com-
 posita perhibentur. ut iosephus & ieronimus
 scribunt. **E**saias euangelista potius quam p-
 pbeta edidit librum suum. cuius omnis textus
 eloquencie prosa incedit. canticum vero exame-
 tro & pentametro versu discurret. **H**iere-
 mias similiter edidit librum suum cum terre-
 nis quod nos lameta vocamus eo quod in tristi-
 onibus rebus funeribusque adhibeantur. in qui-
 bus quadruplex diuerso metro composuit al-
 phabetum quorum duo prima quasi sacro metro
 scripta sunt. qui tres versiculos qui sibi nexi
 sunt & ab una tantum litera incipiunt heroicum
 comma celudit. **T**ercium alphabetum trime-
 tro scriptum est & a trinis literis idest trini-
 versus incipiunt. **Q**uartum alphabetum simile
 primo & secundo habet. **E**zechiel & daniel
 a viris quibusdam sapientibus scripti esse per-
 hibentur. **Q**uorum ezechiel principia & fi-
 nis multis habent obscuritatibus inuoluta.
Daniel siro sermone regna orbis pronunciat &
 tempus aduentus christi manifestissima predi-
 catione annotat. **H**i sunt quatuor pphete qui
 maiores vocantur quia plura volumina condi-
 derunt. **L**iber duodecim pphetarum aucto-
 rum suorum nominibus prenotatur. qui prop-
 terea dicuntur minores quia sermones eorum
 breues sunt. **V**nde et conexi sibi inuicem
 in uno volumine continentur. **Q**uorum nomina
 sunt. **O**see. **I**obel. **A**mor. **A**bdias. **I**onas. **M**ic-
 heas. **V**aum. **A**bacuc. **S**ophonias. **A**ggeus.
Zacharias & **M**alachias.
Esdre liber auctoris sui titulo prenotatur. **I**n
 cuius textu eiusdem esdre neemieque sermones
 pariter continentur. **N**ec quemquam moueat quod
 vnus esdre dicitur liber. quia secundus. tercius
 & quartus non habentur apud hebreos sed inter
 apocryfos deputantur.
Hester librum esdra creditur conscripsisse. in quo
 eadem regina sub figura ecclesie dei populum
 a seruitute & morte. eripuisse scribitur atque
 interfecto aman qui interpretatur iniquitas
 diei celebritas in posteris mititur.
Liber sapientie apud hebreos nusquam est. **V**n-
 de & ipse titulus grecum magis eloquenciam
 redolet. **H**unc iudei filionis esse affirmant.
 qui pinde sapientie nominatur. quia in eo christi
 aduentus qui est sapientia patris & passio eius
 euidenter exponitur.
Librum autem ecclesiasticum certissime ihe-
 sus filius sirach iherosolymita nepos iherosoli-
 cerdotis magni composuit. **Q**ui liber apud la-
 tinos propter eloquii parilitatem salemonis ti-
 tulo prenotatur. **D**ictus autem ecclesiasticus eo

quod de totius ecclesie doctrina & religiosa
 conuersatione magna cura & ratione sit edi-
 tus. **H**ic & apud hebreos reperitur sed inter
 apocryfos habetur. **I**udith vero & tobi atque
 machabeorum libri quibus auctoribus scripti
 sint minime constat. habent autem vocabula ex
 eorum nominibus quorum gesta scribunt.

Quatuor libros euangeliorum quatuor
 euangeliste singulariter conscripserunt
Primus matheus conscripsit euangeli-
 um litteris ebraicis & sermonibus. in iudea
 mittans euangelizare ab humana christi natiui-
 tate dicens **L**iber generacionis ihesu christi filii
 dauid filii abraam significans descendisse cor-
 poraliter ex semine patriarcharum christum sicut
 promissum erat in prophetis per spiritum sanc-
 tum. **S**ecundus marcus plenus spiritu sancto
 conscripsit euangelium christi. eloquio greco imita-
 lia secutus est petrum ut discipulus. **I**n incipium
 ab spiritu prophetali fecit dicens **V**ox clamantis
 in deserto parate viam domino. ut ostende-
 ret christum post assumptionem carnis. euangelium
 predicasse in mundo ipse enim christus & propheta dic-
 tus est sicut scriptum est. **E**t prophetam ingen-
 tibus posui te. **T**ercius lucas inter omnes eu-
 uangelistas greci sermonis eruditissimus quod
 pe ut medicus in grecia euangelium scripsit.
 theophilo episcopo incipiens a sacerdotali spiri-
 tu dicens fuit in diebus herodis iudee sacerdos
Zacharias christum post natiuitatem carnis et pre-
 dicationem euangelii hostiam fuisse effectum
 pro salute mundi. **I**psa enim sacerdos de quo
 dictum est in psalmis. tu es sacerdos in eternum
 secundum ordinem melchisedech. **V**bi enim christus
 aduenit sacerdotium iudeorum obmittit
 lex & prophetia cessauit. **Q**uartus iohannes
 scripsit euangelium vltimum in asia incipiens a
 verbo ut ostenderet eundem saluatorem qui pro
 nobis dignatus est nasci & pati. ipsum e celo venisse
 & post mortem ad celum iterum remeasse. **H**i sunt
 quatuor euangeliste quos per ezechielis spi-
 ritus sanctus significauit in quatuor animali-
 bus. **P**ropterea autem quatuor animalia dicun-
 tur. quia per quatuor mundi partes fides cris-
 tiane religionis eorum predicatione dissemina-
 ta est. **A**nimalia autem dicta sunt quomodo pro-
 pter animam hominis predicant euangelium
 christi. **N**am & oculis plena erant intus & foris
 quomodo preuident euangelia que dicta sunt
 a prophetis & que promiserat in prioribus. **C**ru-
 ra autem eorum recta quia nihil prauum euange-
 liis est. **E**t alas habebant senas tegentes cru-
 ra & facies suas reuelata sunt enim que rege-
 bantur in aduentu christi.

Euangelium autem interpretatur bona annunciacio

Grece enim eu bonum angelum annúciatio dicit. Inde & angelus núcius interpretat.

Paulus apostolus suas scripsit ep̄las quatuordecim ex quibus nouem septé ecclesiis scripsit. reliquas discipulis suis. timotheo. titó. & philemoni. Ad hebreos autem epistola apud plerósq̄ latinos eius esse incertum est. p̄pter dissonanciá sermonis eandemq̄ alii barnaban scripsisse. alii a cleméte scriptum fuisse suspicantur. Petrus scripsit duas nominis sui epistolas que catholice ideo nominant. quia nō vni tátum populo vel ciuitati. sed vniuersis gentibus generaliter scripte sūt.

Iacobus & iohannes & iudas suas scripserunt epistolas. Actus apostolorum primordia fidei xp̄iane in gentibus & nascentis ecclesie hystoriam digerit. Actuum apostolorum scriptorem lucam esse constat euangelistá in quo ope nascētis ecclesie infancia textit & apostolorum hystoria retinet vnde & actus ap̄loz dicit.

Apocalipsin librú iohannes euangelista scripsit eo tēpore quo p̄ euangelii p̄dicacione in pathmos traditur relegatus. Apocalipsin autem ex greco in latinum reuelacio interpretatur. Reuelacio enim dicit manifestacio eoz que abscondita erant iuxta qđ & ipse iohannes dicit. Apocalipsis ihesu xp̄i quam dedit illi deus palam facere seruis suis. Hi sūt scriptores sacroz librorum qui p̄ spiritú sanctú loquentes ad erudicionem nostram & p̄cepta viuēdi & credēdi regulam descripserunt.

Præter hec alia volumina apocrypha nuncupant. Apocrypha aut dicta. i. seclta. q̄a in dubiú venit. Est eni occulta origo. nec patet patribus eque vsq̄ ad nos auctoritas veraciú scripturarú certissima & notissima successione puenit. In his apocryphis et si inuenit a iq̄ veritas tñ p̄pter m̄lta falsa nulla ē in eis canoica auctoritas. Que recte a prudētibus iudicantur non esse eorum credēda quibus ascribuntur. Nam multa et sub nominibus p̄phetarum et recenciora sub nominibus apostolorum ab hereticis p̄feruntur. que omnia sub nomine apocryforum auctoritate canonica diligenti examinatione remota sūt. **Ca. iiii.**

Breuis annotacō que indicat quid in sanctis canonicis libris contineat.

DE disputacione igit veteris & noui testamenti ordine librorum & numero cursim breuiterq̄ parua p̄bemia narracionú subiciam. Genesis iuxta fidē hystorie descripsit fabricam mundi & hominis condicionem cathaclismú & diuisionem terre confusioneq̄ liguarum gesta patriarchaz vsq̄ ad ingressione israhel in egiptum.

Exodus continet hebreoz seruitutem. ex egiptu

ro egressum populi. nubem p̄tegentem. transitum eciam rubri maris mersumq̄ cum curribus pharaonē. & glorie decantacionē. congressumq̄ heremi cibum manne. & fluentia in dulcedine versa mandata eciam decalogi. pugná amalech. & archam testamēti dedicationemq̄ tabernaculi & oblacionem.

In leuitico autē lex sacrificioz hostiarumq̄ diuersitas indumētaz p̄otificum & ministeria describuntur ciborum eciam & diuersitas peccatorum purgacionesq̄ vel hostie ordinant.

In numeris vero egressu de egipto tribus enumerantur xl. quoq̄ & duarum p̄ heremum mansionum sacramenta signant.

In deuteronomio autem que est lex secunda narrant ea que inter pharan & asseroth. & vsq̄ ad cades barne fuerint p̄plo dicta a moise mandata videlicet atq̄ p̄missa maledictiones peccatorum p̄missiones beatitudines vbi canticú moyses canit vbi dicit benedictiones filiis israhel. ibiq̄ terra re p̄missionis respecta morit atq̄ sepelitur. Non nulli hebreorum quatuor libros tantum computant legis id ē genesim. exodum. leuiticum. numerum. Deuteronomium aut repeticionem eorundē & quasi quoddam legis meditatoriu. ea dūtaxat ratione qđ illi quatuor proprias causas rerum gestarum continent. iste autē omnium quasi iterando continet. In ihesu quoq̄ libro filii israhel duce ihesu iordanem transeunt ac seculo circumcundunt. subuersisq̄ de hinc chananeoz gentibus diuisione terre hereditatis sorte suscipiunt.

In libro iudicum continent peccata & seruitutes isrl̄ exclamacionesq̄ & miseraciones dei.

Liber ruth eiusdem moabitidis textit hystoriam de cuius stirpis familia descendit dauid. Hunc hebrei libellum ad iudicium librum subiungunt quonia eo tempore gesta esse memoratur qui in eo scripta sūt. at contra latini p̄ eo qđ genus regium dauid retexit ortum ex eadem ruth moabitide ad corpus libri regnoz veratius eum p̄tinere cōtendunt.

Liber regum quamq̄ apud latinos p̄pter p̄lixitatem sui. in quatuor partibus sit desertus apud hebreos tamē in duobus diuisus ē voluminibus quoz primus samuel scribit archam domini a iudeis transisse ad gtees belis.

Malachim vero reges iudee & israheliticę gentis gesta q̄ eoz per ordinem digerit temporum ipsum q̄ israhel ob errorem idolatrię enarrat in assirios transmigratú ad extremum edocet venisse nabuchodonosor iberusalē captumq̄ duxisse principē ac populú & subuertisse urbem & templum.

Paralipomenon apud hebreos sub vnius li-
bri volumine continet appellaturq; ab eis da-
breiamin . id ē verba dierū apud nos autem
ppter prolixitatē sui in duab; decisus ē par-
tibus. Hec autē historia ordinē generacionū
& tempoz; cōtinens in qua scilic; non parua
sanctarū scripturarū erudicio continet. Nam
q; in hystoria veteris testamenti in locis suis
aut omnino omissa sūt. aut fortasse nō plene
digesta in ista summam ac breuiter exple-
ta sūt. Cuius quidem series a latere regum
sue regnorum ducta pueniens ad illud vsq;
tempus quo & regnoz; textus finitur. **C**
Iob liber cōtinet eiusdem sancti viri damna
funesta vel flagella & contumeliosa consolā-
cium dicta. lamēta quoq; eius in quibus toti-
us mundi deplorat miseriam. solaciones eti-
am dei ad eum p turbinem eiusq; duplicē bo-
norum in fine remunerationē. Hic etiam ex
suis passionibus & verbis xp̄i expressit ima-
ginem coniunx vero eius carnaliū typum de-
signat qui intra ecclesiam positi vitam spirita-
lium moribus suis scandalizant. Amici vero
eius speciem tenent hereticorum. ac figurā
peruersoz; dogmatū porro helui q; aduersus
iob graui exprobracione inicitur significat
eos qui intra ecclesiam predicant. & arro-
ganter & per timorem cordis. ac sciencie fa-
ctum quicquid proferuntur. superbie exem-
plis ostenduntur. **C**
Liber psalmodum quamq; vno includat volu-
mine non est tamen editus vno eodemq; auc-
tore. Decem enim pene pphete sūt. qui eos
diuerso tēpore scripserunt id est moyses. da-
uid. salemō. asaph. ethan. eman. idithun.
& filii chore asir & ababab siue esdra. nō nul-
licia aggei zacharie. esse existimant. de his
autē qui sine titulis sūt tradicio veterum ta-
lis est. vt cuius auctoris prescripcio precesse-
rit ceteri qui sine titulo secunt ipsius esse cre-
dantur. Est autē hic liber allegoricis ac typi-
cis sacramētis signatus. specialiter autē quod
natus qd̄ passus quod resurrexit cristus. ve-
re hoc omne psalmoz; resonat organum. Sci-
endum tamē quod apud hebreos omnes psal-
mi pmixti fuerint & in ordinati quos quidē
primus esdras in vnum volumē coegit & in
ordinez numerumq; disposuit ac p occultum
sacramenti misteriū alios alios ptulit ordine
dum posteriores videant in tempore. Nam
secundum historie cursum tercius psalmus
quingagesimo posterior. sed ppter misteri-
um in ordine prior est Sic enim habentur &
ceteri. quia spiritus sanctus eos pordinauit
vt voluit. Salemō tria volumina edidit. Pri-
mus ex his puerbiorum liber. Secūdus qui

appellat ecclesiastes. Tercius cuius titulus
est cāticum canticoz;. In quibus quidem tri-
bus libris trium generū disciplinas compo-
suit quibus ad rerum scienciam peruenitur.
In primis nanq; ethicam id ē moralem. post
hec phisicam que qualitātē nature compre-
hendit. ad vltimū theoriam id est cōtemplati-
uam. In puerbiis enim moralia docens per
cōmūnem quendam loquēdi vsum alciorem in-
telligenciam edidit. conseruacionēq; manda-
torum & doctrine celestis institucionem suc-
cinctis verbis breuib; sentēciis coaptauit.
Sunt autem puerbia sub verbis aliis res ali-
as explicancia que aliter q; dicuntē intelligū-
tur. plus in virtute sentenciaz; q; in sono ver-
borum. que greci parathimia vocant. **C**
Ecclēstasies rerum naturā discuciēs cuncta
in mundo caduca & vana esse rephendit re-
rumq; omniūq; fragilitate cōspecta renūciari
mundo admonuit. **C**

In canticis autem canticoz; sup gressus visibi-
lia atq; cōtemplans ea que sūt celestia vel di-
uina sub specie sponsi & sponse xp̄i ecclesieq;
vnitatem declarat atq; animam ad amorē ce-
lestiū excitans pueniendum ad cōsorcium dei
puocat. Illud vero non ē omittendum quod
a doctorib; nostris tradit apud hebreos hāc
fuisse obseruacionē necuq; hunc librum lege-
re pmitterent nisi viro iam pfecte sciencie.
& roborate fidei. ne forte p inbecillitatem i-
fancie & fidei impericiā nō tam erudiret cō-
gnicio lubricas mētes q; potius ad concupis-
cencias corporales ouerteret. Omnes scrip-
turas tradi pueris a doctoribus eoz; solitum
est etiam & eas quas deuteris inuocant qua-
tuor tantū ista ad vltimū reseruare id ē prin-
cipium geneseos de mundi creacione. ezechielis
q; principia in quibus de cherubin scrip-
sit. & finem eius in quo tēpli descriptio con-
tinet. & tantica canticorum. **C**

Liber sapiencie qui vocat panaretboni xp̄i ad-
uentum qui est sapiencia dei patris passionēq;
eius aperta manifestacione denūciat. **C**

Ecclesiasticus vero morū pene omnium disci-
plinam & sancte religionis cōuersacionem af-
fatim copiose descripsit. Dictus autē ecclesi-
asticus p eo quod in medio cetu populi id est
coram ecclesia fuerat habitus. Hic enim pro-
pter nimiam sensus similitudinem & eloqui
parilitatē salemōis titulo pnotatur. Constat
autem hunc librū sub ihesu filio sirach editū
fuisse & inter reliquos sanctarū scripturarū
libros pari habitū veneracione. **C**

Esaias ppheta qui interpretat salus domini
hic postquā de altari missus calculus labia ei-
us purgauit vt dign⁹ efficeret sancti spirit⁹

pphetia speculat duo cherubin in enigmate
 duorum testamentorum cum duodecim alis id est
 apostolis qui pphetia sua volucris celerita
 te discurrerunt. tegentes faciem & pedes se
 dentis in throno dei id est occultantes ea siue
 q̄ ante seculi fuerunt exordia. siue q̄ post tras
 actam huius mundi figuram futura sunt. Hic
 tamen post visionem iude & iherusalē aduer
 sus ceteras gentes. que in circuitu eius sunt
 pphetia conuertit sermonē. & iuxta qualita
 tem locorum & vite diuersitate que essent eis
 mala ventura denunciat. Post captiuitatem
 iherusalē. ruinā babilonie conuina deinde
 nec est philistinum. vastacionem. moab. exter
 minium damasci egypti conuocionē & solitu
 dinem maris deserti obsidionē q̄ edom fugā
 & interitum arabie excidium vallis sion sub
 uersionem etiā tiri siue quadrupedum. sed fi
 guraliter in visione iudee sinagoga p̄icitur.
 et ecclesia domino copulat in ruina babilonie
 confusio totius mundi superbiaq̄ arguit & fi
 nis monstra. in vastacione moab error sciēcie
 secularis in silenciū luctumq̄ mutat in euer
 sione egypti totius mundi idolatrie destru
 untur templiq̄ domini edificacio predicat.
 in oratione philistinum luctus eorum monstra
 cui abiciunt iugum xp̄i. & eleuant se contra
 scienciam dei. Porro per damascum pphetia
 gentium & ruina ostendit populi iudeorum
 per onus maris deserti huius seculi temptacō
 declarat & que illi ventura sunt ostenduntur
 per idomeā oritur sol iusticie gentium & tene
 bre auferunt populis iudeorum per arabiam p̄di
 catur aqua baptismatis prebenda his qui fu
 gerint gentium errores vel eorum blasphemias.
 per vallem sion p̄dicio predicat iherusalē
 & hereticorum qui de sublimitate ecclesie ceci
 derunt per tyrum gentibus predicat vt sc̄z
 errore deposito ad xp̄m dominum conuertan
 tur. reliqua vero eius vel de xp̄o vel de eccle
 sia gentium sunt siue de summacione mundi
Prophetauit annorum ferme septuaginta sub
 regibus quatuor iudee ordine atq̄ genere si
 bimet succedentibus. id est ozia. mathan ac
 hab. ad vltimum ezechia sub quo pars mag
 na voluminis eius vsq̄ ad calcē textit pphetia
Ieremias interpretat ppheta excelsus dñi sim
 plex loquēdo & ad intelligēdum facilis q̄ in
 omnibus dictis & passionibus suis redēptoris
 nostri imaginē pretulit. Hic postquam in ty
 po xp̄i regna destruxit diabolis iusticieq̄ vl
 fidei edificauit imperium. iubet predicare
 p̄ omnes gentes egyptum videlicet & philis
 tinum moab & ammon edum & damascum &
 cedar. & super regna assur. nec non super e
 lam & babiloniā. Hic autē vidit virgam vi

gilantez diuine correpcionis & potestatis ol
 lam q̄ succensam id est iudaicam plebem igne
 carnalium desiderioꝝ ardentē aspicit & du
 os cofinos ficorum in p̄figuratione duorum
 populorum descendit in domū figuli & videt
 diminucionē vasis prioris & noui instauraci
 onem ad designandum defectū prioris popu
 li & successionem futuri. **S**umit etiā calicē
 supplicii atq̄ vniuersis gentibus porrigit.
Accipit & lumbarē sub exemplo populi iude
 orum quodq̄ putrefactū in desperatione pro
 icit illud transflumina gentium ostendit & ca
 licem aureū babilonis per quē in ebriatus ē
 mundus letiferum idolatrie vase iubet pro
 cere in eufraten volumē lapidi alligatum ad
 demonstrandum interitū babilonis vel figu
 raliter totius mundi. increpat etiā hic delin
 quentes & ad conuersionem puocat. ad vlti
 mum plangit ruinam iherusalē tēpliq̄ exci
 dium & dispersionē gentis. **E**xorsus autem
 duodecimo anno ioseph regis iudee pphetiaq̄
 eius per quatuor reges extēsa est sub iolia et
 eliachim. & ioachin. & sedechia. sub q̄ euer
 sa est iherusalē. **S**eptuaginta duobus annis
 & quatuor mensibus pphetauit excepto illo
 tempore quo post euersam iherusalē in egi
 pto cum populo fuit.

Ezechiel qui interpretat fortitudo dei. hic
 figurans tropice xp̄m stat iuxta fluuiū tho
 bar. scilicet & p̄clara continens misteria cernit
 similitudinē glorie dei & quatuor animalia i
 similitudine quatuor euangelioꝝ & rotas se
 inuicem continentes in typo duorum testamen
 torum videt aurigam id est xp̄m deorsum igne
 iudicii. sursum electi id est diuinitatis ful
 gore rutilantem. **C**omedit q̄ librum diuine
 legis in quo scriptū est lamentū penitentiū
 et carmen iustorum & ve eorum qui post pecca
 tum penitenciam nō egerunt. **D**e hinc acce
 pit latere in quo ob esse iherusalē pictura
 describit. vel quod sub typo xp̄i eiusdem ihe
 rusalē id est totius ecclesie que est a latere
 xp̄i formata misteria describunt. **C**apit etiā
 & hic ppheta somnum sinistri lateris in ty
 pum mortis peccatoꝝ qui ad leuam positi e
 terna supplicia sustinebūt. ac demum a sinis
 tro in dextro dormire iubet ppter spem eor
 um qui p̄ emendacione morum resurrectionis
 gloriā obtinebunt. **A**spicit in terra &
 duas virgas sibi met copulātes in similitudi
 nem circūcisionis & gentium. siue aquilam
 sub nabuchodonosor volantem xp̄i figuram
 magnis alis & volucris celeritate totius mun
 di imperium occupantē. **P**langit p̄terea sub
 specie principis tyri beatitudinē dyaboli q̄
 amisit & ruinam eius magnā cum lamentacō

one deplorat. Ad vltimum barundinem vel funiculum gestans metitur sub specie sanctorum mystice iherusalem. Inter hec mystica subiacent quedam moralia. Falsis conminatur prophetis atque speculatoribus precipit. ne reticeant maliciam. quatuor etiam vlcionum penas peccatoribus predicat animasque redire ad corpora sua prophetat. ostendit quod vnumquemque pro se rationem domino redditurum nec progeniei sancte vltra nocere labem paterni delicti obiurgat intra hec sub oola & ooliba omnem turpitudinem samarie & iherusalem natiuitatemque contumeliosam obicit sepe etiam ad penitentiam captiuos puocat & post priuaricationem admonet populum redire conuersum. Hic autem trigesimo quinto etatis sue anno & captiuitatis quinto in chaldeam exultans prophetavit. ibique vaticinium suum consummauit. Daniel interpretatur iudicium dei. quicquid etiam de christo cunctis manifestior est prophetis quia non solum predicauit vt ceteri sed etiam & tempus incarnationis & passionis per ordinem regum & numerum diffiniuit annorum ita vt non potius videatur futura predicare. sed quasi tractata narrare. Hic autem quatuor regnorum cernit frequentius visiones eorumque differentiam sub diuersis imaginibus permittit. De anticristo quod ostendit quod ipse sit cornu pusillum id est paruo tempore regnaturus de consummatione israel vel mundi plura conscripsit siue de die iudicii & regno sanctorum. In fine autem voluminis propheticie sue susanne historiam & belis draconisque fabulam ponit. Hic autem in libro apud hebreos ebraicis quidem litteris sed chaldaica lingua scriptus est. Prophetavit autem in babilone quando & ezechiel.

Osee propheta qui interpretatur saluans in duodecim primus est profundior reliquis in sententiis & operosior intellectu. Iste ad eas tribus que & samaria & domus ioseph & israel vocabantur loquitur. sed per effrenos hereticos arguit qui recedentes qualicumque ex causa ab ecclesie vnitatis participes facti sunt idolorum per samariam autem eorundem hereticorum demonstrat errorem. qui preceptorum dei custodes esse se menciunt & sub pre-textu veritatis mendacium colunt. Hic historialiter iudeos in christum tempore vltimo credituros pronuntiauit. tertium quoque resurrectionis dominice diem predicavit. Philosophauit autem in diebus ozie regis iudee quando & elias.

Iob interpretatur incipiens iste ad iudam tantum & iherusalem vaticinium proferens in principio sui voluminis post voluptuosa conuiuia ad luctum puocat iherusalem excidium quoque eius pronuntiat predicat quoque vocacionem

gencium & super congregatos credentes super venturum spiritum sanctum. Prophetat sub iothan rege iuda quando & micheas.

Amos qui interpretatur onus vaticinavit in samaria & iherusalem tria & quatuor scelera gencium sub totius mundi figura describens. Primum atque scelus quia omnes in adam peccauerunt. Secundum quia in sancta nature legem immemores rationis non intellexerunt. Tertium quoque eorum qui date legi non obedierunt. Quartum in expiabile eorum qui in christum non crediderunt. Pro quibus sceleribus intonat dominus se ignem id est sententiam eterni iudicii illaturum. Hic autem aduentum christi sub dominica veritate predicat dicens ego firmans tonitruum & creans spiritum & annuncians hominibus christum suum. Reliqua autem que de amasia & iheroboam siue israel retulit. tropice ad hereticos referenda sunt. Prophetavit autem sub rege ozia eo tempore quod & osee & elias.

Abdias qui interpretatur seruus domini inter omnes prophetas breuior est numero verborum. sed gracia misteriorum equalis. Iste contra idumeam loquens increpans mystice superbiam edom prioris videlicet audaciam quam iacob fratrem suum id est christum occiderit in monte sion id est iherusalem futuram salutem & sanctum qui est dominus annunciat atque in monte per quem figurat ecclesia gencium futurum intonat domino regnum. Prophetavit sub iosa rege iudee quando & micheas.

Ionas qui interpretatur columba tam sermone quam naufragio suo passionem christi mortemque & resurrectionem figurat. siue quod de naue ad mare tanquam de cruce ad terram pietus est. siue quod inuenire ceteri exceptus est tanquam in sepultura terre tribus diebus & tribus noctibus reconditus est. & quod per figuram nineue penitentiam mundi predicavit in sequentibus tipum gerit iudeorum qui salutem gencium non tantum aduenire noluerunt. sed cum venit inuisi sunt. Nineue quoque gencium significat speciem. ionas vero in hoc loco iudeorum. Nam quemadmodum nineuitarum salus ad emulationem puocauit ionam ita redemptionis gencium scandalum extitit iudeorum. Merito & contra orientem ciuitatis sedisse legitur edere sub umbra ita eadem plebs separans se a salute ecclesie dolore tabida contra christum id est orientem ecclesie linguam suam mouere nititur. sedens sub umbra legis que umbra ferme arefacta est. quia adueniente christo vetera transierunt & ecce facta sunt omnia noua. Prophetavit autem sub ozia rege iuda quando & osee & amos & elias prophetauerunt. Micheas id est quis hic

vel quis iste vel humilitas.

Micheas pphete conminatur samarie iram domini ob causam simulacrorum in tertiumque populi israhel venturum denunciat locum eiam in quo cristus nascere demonstrat. Propbetavit sub ozia quando & soffonias.

Naum qui interpretatur consolator simulacra gentium exterminanda denunciat. nec non & urbem sanguinum iherusalem. post cuius in tertium pedes annunciantis pacem id est aduentum saluatoris proclamatur.

Abacuc amplexas siue luciator fortis in principio voluminis sui describit dyabolum cum membris ac moribus suis in fine vero pronunciat aduentum passionis saluatoris.

Soffonias speculator misteriorum dei cernit captiuitatem iherusalem urbis a romanis futuram per vocem clamoris a porta piscium & per collum contricionem id est montis lion qui est collis iherusalem nec non aliarum gentium euersionem predicat. terrorumque diuini iudicii intonat. Loquitur etiam contra moab & ammon. sed per ipsos tanquam finitum populi dei proximi catholicis sacramentis heretici arguunt. Hic tertium diem resurrectionis cristi propbetat atque in aduentu cristi sub vno iugo domini totum mundum seruitutum adnunciat. Propbetavit sub iofia ut iheremias.

Aggeus qui interpretatur solennis hic in vaticinio sui textu templum domini instaurandum precepit contricionem predicat gentium vel comocionez totius mundi predicat ac sub figura zorobabel cristi aduentum vaticinat. septuagesimo autem anno captiuitatis populi propbetavit duobus tantum mensibus zachariam vaticinio suo precedens.

Zacharias qui nominatur memoria domini. postquam iram domini in patribus propbetavit. vidit & virum sedentem super equum rufum in figura corporis cristi roseum sanguine passionis siue merita populi gentium significantem. Aspicit & quatuor cornua siue fabros in figura gentium que iuda & israhel dispergentes graui pondere depresserunt. Intuetur similiter & iherusalem sordibus carnis & mortalitate vestitum per figuram sacerdotis quibus ablatis indutum immortalitate & gloria cernit & lapidem qui est christus septem oculos habentem id est septiformis spiritus plenitudinem. Inter hec intuetur & turrim & tionez extinctum. id est dyabolum candelabrum videlicet in figuram christi cum lucernis septem que sunt septem dona spiritus. nec non & duas oliuas ad dexteram & ad sinistram candelabri positas duorum testamentorum typum figurantes. Assumit que idem duas virgas funiculi & de

coris in typo iudeorum & gentium. Aspicit deinde duas mulieres id est iudeorum & gentium plebes in alis leuantes anphora id est diabolum cam doctrinam. Massam que plumbi quod est pondus peccati grauissimum. siue volumen volans in quo peccata hominum & supplicia ascribuntur. Videt & quadrigas quatuor vno predicacionis euangelice iugo currentes. Post hec aspicit equos missos ad predicacionem mundi. Primum rufum martirii passione. Secundum nigrum squalore penitencie. Tertium album candore baptismi. Quartum variu varietate virtutum. cernit quoque & tubas sanctorum gestantes figuram per quos dominus mundo canit sua precepta. atque angulum in quo duo ex aduerso populi iunguntur. siue paxillum figuratiter christum infixum cordibus populorum describit & pastorum antixpi opus & intencionem in sinistris habentem. equum quoque in figuram plebis hereticorum & ascensorem eius dyabolum. predicat etiam fontem in domo veri dauid patetem in lauacro regenerationis. alia quecumque scripsit aut de aduentu domini narrant. aut de passione eius & de seculi fine & de iudicio suo. Propbetavit autem annis duobus darii regis medorum hisde temporibus quibus aggeus anno septuagesimo dissolucionis templi & captiuitatis populi.

Malachias qui interpretatur angelus domini. in principio voluminis sui demonstrat odium iudeorum in esau. & dilectionem iunioris populi in iacob. In sequentibus autem veteres iudee victimas reprobat & sacrificium transferri ad gentes in fine vero aduentum domini annunciat. Diem quoque iudicii iustorumque premia & impiorum penas iohannem etiam predicat ante aduentum primum domini missum & heliam ante secundum aduentum annunciat esse mittendum. Inter hec non nulla moralia & disciplinis congruentia explicat in quibus corripit populum siue sacerdotes despicientes nomen dei atque eius sacramenta pollutis oblationibus & sacrificiis violantes primo nec etiam episcopos doctos & sine macula esse debere etc. personarum sine acceptione populos veritatem instruere. discordes quoque arguit decimas & primicias reddendas populis ecclesie precipit obiurgat & eos qui coniuges suas despiciunt. & aliarum amore nituntur. similiter & illos qui miseriam suam dolentes felicitatem laudent eorum qui huius mundi prosperis perfruuntur. Propbetavit autem nouissimus in babilone quando aggeus & zacharias.

Esdras scribit populum dei expleto captiuitatis tempore imperante tyro rege persarum in iherusalem fuisse reuersum ac sub zorobabel

& ihesu & iosedech filio sacerdotis siue nee-
 mia muros iherusalem. templū & altare no-
 uatum ius quoq; sacerdotum restitutum. &
 sancte religionis cultū multisq; operibus gē-
 cium principumq; perfarq; muneribus ador-
 naturum. Machabeorū libri licet non habe-
 antur in canone hebreorū tamen ab ecclesia in-
 ter diuinorū voluminū historias annumerant
 Prenotant autē prelia inter hebreorū duces
 gentesq; persarum pugnamq; sabbatorū & no-
 biles machabeorum triumphos fedus quoq;
 amicitiaꝝ cū pplō romanoꝝ atq; legacionū.
 Item p̄faciones noui testamēti euangeliorū
 predicacio q̄uis quadrifaria sit. vna ē tamen
 quia ex vno eodemq; ore trinitatis processit
 Hec sūt enim quatuor flumina de vno fonte
 paradisi manācia. quequa dupliciter vno ore
 decurrunt ac per totum mundū celestis mi-
 nistrantes fluentia gracie ac fidei verbis in-
 fundunt. Hec ē illa in zacharia quadriga do-
 mini in qua p̄ omnem euectus mundū leni iu-
 go colla sibi cunctarū gēcium subigit. Hi sūt
 etiā quos sub quatuor animalium specie vi-
 sio p̄phetalis scribit. idest hominis leonis vi-
 tuli & aquile. Namq; primus vt homo ordi-
 nem humane natiuitatis designat. Secundus
 ad instar rugientis leonis statim in principio
 sui sermonis diuine potestatis fortitudinem
 intimat. Tercius victimam sacerdotis p̄mit-
 tens quasi vituli mortem insinuat. Quartus
 more aquile affectans celū & terram audis
 transuolat atq; natiuitatē verbi occulta mi-
 teria intelligencia penetrat. Sed ex his tria
 illa animalia que in terra gradiuntē actualement
 vitam sequētes ea tantūmodo p̄secuti sunt
 que homo xp̄s in terris temporaliter gessit.
 Quartum animal contemplacionis acie celestia
 inspicit & paulatim operum plurima diuini
 tatis sacramēta digessit. Ex his primus &
 vltimus ea p̄dicauerūt que ex ore xp̄i audie-
 runt. vel que ab illo facta vel gesta viderunt
 reliqui medii duo ea tantūmodo que ab apos-
 tolis cognouerunt. Quorum quidem matheꝝ
 euangelium in iudea scripsit. deinde marcus
 in italia. tercius lucas in achia. vltimus io-
 hannes in asia ex quibus solus tantū matheꝝ
 p̄dicacionis historiā hebraico p̄strinxit stilo.
 reliqui vō greci sermonis eloquio ediderūt.
 Epistolas paulus quatuordecim p̄dicacionis
 sue prestrixit stilo. ex quibus aliquis p̄pter
 typum septiformis ecclesie septē scripsit ec-
 clesius cōseruans potius quam excedens nume-
 rum sacramēti p̄pter septiformem spiritus
 sancti efficaciam. Scripsit autē ad romanos ad
 corintheos. ad galathas. ad ephesios. ad phi-
 lipenses. ad thesalonicēses. ad colosenses. ad

hebreos. reliquos vero postmodū singulari-
 bus edidit p̄sonis vt rursus illum septenariū
 numerum ad sacramentum vnitatis conuer-
 ret. Argumēta autem earundē epistolarum
 hec sunt. In primis romane plebis fidem col-
 laudat Corinthios gemina doctrina castigat
 apud galathas p̄ graciā fidei excludit opa
 legis. Ephesios magnificat in fide q̄ accepe-
 runt laudat colosenses p̄ eo in fide steterūt
 Philipenses euangeliū custodisse gratulat̄.
 Thesalonicenses in prima ep̄la fide creuisse
 & operibus in secūda p̄secuciones tollerasse
 fortiter gloriat̄ Instruit per thimotheum et
 titum ecclesias philemonem de emēdato ser-
 uo onesimo rogat. Ad vltimum hebreos qui
 in xp̄o crediderūt. & postmodum p̄secutio-
 nibus iudacis territi a fide recesserant cōfor-
 tat atq; ad graciā euangelii reuocat. ¶
 Petrus scripsit duas ep̄stolas que catholice
 nuncupant̄. Scripsit autē eas his qui excircū-
 cisione credentes in dispsione gencium erāt.
 que quidē quibusdam vident̄ esse planiores
 dum tam p̄fundis plene sint sensibus vt per
 eas qui possint p̄scrutari diuine sciēcie sensū
 quasi per breue q̄ddam receptaculum mag-
 na sibi misteria reuelari contuant̄. ¶
 Iacobus frater domini scripsit vnā ep̄istolā
 ad edificacionē ecclesie pertinentem. cuius
 sententia in mensam sciēcie claritatē legen-
 tibus videtur infundere. ¶
 Iohannes ap̄l̄s scripsit ep̄stolas tres. quarū
 prima officium caritatis commendans tota in
 amore dei & fraterna dilectione versat̄. Se-
 cunda q̄ que electe scribitur dilectionis hor-
 tatur studium denotat etiā seductores & ab-
 hereticis admonet declinandum. Terciam
 autem gaio scripsit in qua collaudat eum in
 studio veritatis & opere misericordie. dein-
 de denotat p̄teruiam cuiusdam diotrepis &
 demetrio testimoniū p̄hibet veritatis. ¶
 Iude ep̄la increpat blasphemātes in cristo &
 quosdam impudicos sub exēplo impiorū qui
 superbiam & luxuriā sempiternis ardoribus
 traditi sūt pro quibus admonet ecclesiam vt
 eos arguat & ad penitēciam cobortet. ¶
 Actuum ap̄lorum historia nascentis ecclesie
 fidem opusq; describit cuius quidē scriptor
 lucas euangelista est. cōtinet autē ea que in
 iudea vel in gentib; per graciā spiritus sanc-
 ti tam a petro q̄ ab aliis ap̄l̄is gesta sūt. ¶
 Apocalipsis iohannis postquā scribere septē
 iubet ecclesiis aspicit filium hominis sedentē
 in throno. & xxiiii. seniores & quatuor ani-
 malia p̄cidencia ante thronum. in dextera q̄
 sedentis li brum septem sigillis signatū. in q̄
 bellum & egestas mors clamor interfectoꝝ

finis quoque mundi notat. Scribit deinde duodecena milia seruoꝝ dei qui signantur in frontibus. ibi septem angeli tubis canunt. sequente grandine & igne cum sanguine in terram tertia quoque pars terre ibi igne conburitur tertia pars maris sanguis efficitur. astra quoque ipsa rutilancia tertia fulgoris partem amittunt. ibi de putei fumo locuste produunt demoniorum accipientes potestatem ledendi eos qui non sunt agni cruore signati. Preterea comedit euangelista librum testamenti oris predicacione suauissimum & operis difficultate amarum metit celeste templum. describitque verba xxiiii. senioꝝ & archam testamenti. ac mulierem amictam sole pugnacem michabelis cum dracone ruina draconis. Conspicit preterea figuram antixpi habentem capita regni septem & cornua potestatis & numerum nominis. Narrauit inter hec canticum testamenti nouum speculaturque angelos gestantes stateras cernitque similiter interitum bestie & beatitudinem eorum qui vestimenta sui corporis hoc est absque carnis voluptate seruauerunt exequitur deinde & interitum meretricis babilonie & nuptias agni & aduentum iudicii & interitum antixpi & eternam punicionem dyaboli & vltimam memorat resurrectionem mortuoꝝ celique nouitatem & terre descriptionem iherusalem. flumen etiam baptismi mundum & lignum vite dominum nostrum iheresum christum.

De bibliotheca ¶ Ca. iiii.

Bibliotheca a greco nomen accepit. eo quod ibi recondantur libri. Nam bibliotheca libroꝝ. theca reposicio interpretatur. Bibliothecam veteris testamenti esdras scriba post incensam legem a chaldeis dum iudei regressi fuissent in iherusalem diuino afflatus spiritu reparauit cunctaque legis ac prophetarum volumina que fuerant agentibus corrupta correxit totumque vetus testamentum in viginti duos libros constituit ut tot libri essent in lege quot habebantur & littere. Apud grecos autem bibliothecam primus instituisse pissistratus creditur tyrannus qui deinceps ab atheniensibus aucta xerxes incensus athenis euexit in persas longoque post tempore seleucus nicator rursus in greciam retulit. Hinc studium regibus urbibusque ceteris natum est comparandi volumina diuersarum gentium. & per interpretes in grecam linguam vertendi. de hinc magnus alexander. vel successores eorum instructis omnium libroꝝ bibliothecis animum intenderunt maxime ptolemeus cognomento filadelfus omnis literature sagacissimus cum studio bibliothecarum pissistratum emulare non solum gentium scripturas sed etiam & diuinas

lras in bibliothecam suam contulit. Nam septuaginta milia libroꝝ huius temporibus alexandrie inuenta sunt. Hic etiam & ab eleazaro pontifice petens. scripturas veteris testamenti. in grecam vocem. ex hebreo lingua per lxx. interpretes transferre curauit. quas in alexandrina bibliotheca habuit. Siquidem singuli in singulis cellulis ut quidam asserunt separati ita omnia per spiritum sanctum interpretati sunt ut nihil in alicuius eorum codice inuentum esset. quod in ceteris vel in verborum ordine discreparet. Fuerunt & alii interpretes qui ex hebreo lingua in grecam sacra eloquia trasterunt sicut aquila simmachus & theodotion. sicut etiam est vulgaris illa interpretacio cuius auctor non apparet. & ob hoc sine nomine interpretis quinta edicio nuncupatur. Preterea sextam & septimam edicionem origenes miro labore reperit & cum ceteris edicionibus comparauit. Prespiter quoque iheronimus trium linguarum pariter ex hebreo in latinum eloquium eadem scripturas conuertit eloquenterque traster fudit. Cuius interpretacio merito ceteris antefertur. nam est & verboꝝ tenacior & perspicuitate sentencie clarior.

De opusculorum diuersitate. ¶ Ca. v.

Opusculorum constat esse tria genera. Primum genus excerpta sunt que grece scolio nuncupantur in quibus ea que videntur obscura vel difficilia summam ac breuiter perstringuntur. Secundum genus orationum sunt quas latini verbum appellant que perferuntur in populis. Tertium thomi quos nos libros vel volumina nuncupamus. Oratio autem ad vulgum loquitur. thomi vero id est libri maioris sunt disputacionis. Dialogus est collatio duorum vel plurimorum quem latini sermones dicunt. Nam quos greci dialogus vocant nos sermones vocamus. Sermo autem dictus quia inter utrumque seritur. Vnde in virgilio. multa inter se seriebant. Tractatus est vnius rei multiplex exposicio eo quod tractat sensum in multa sciendi tractando secum. Differt autem sermo tractatus & verbum. Sermo enim altera eget persona. Tractatus specialiter ad se ipsum est. Verbum autem ad omnes. Vnde & dicitur. Verbum fecit ad populum. Commentaria dicta quasi commenta. Sunt enim interpretaciones ut commenta viri commenta euangelii. Appollogeticus est excusacio. in quo solent quidam accusantibus respondere in defensione enim aut negacione sola positum est. & est nomen grecum. Panageticum est licenciosum & lasciuosum genus dicendi. in laudibus regum in cuius compositione homines multis mendacijs adulant. Quod malum a gre-

ris exortu ē. quoz leuitas instructa dicendi facultate & copia in credibili multas mendaciorum nebulas suscitauit.

Fastoz libri sūt in quibus reges ac cōsules scribunt a fascibus dicti id ē a potestatibus

Vnde & ouidii libri fastoz dicunt quia de regibus & cursulibus editi sūt. Proemium

est iniciu dicēdi. Sunt enim proemia principia libroz que ante cause narrationem ad

instruendas audienciū aures coaptant. Cui9 nomen pleriq; latinitatis pariti sine translaci

one posuerūt. Hoc autem vocabulum apud nos interpretatum prefatio nuncupat quasi p-

locutio. Precepta sūt que aut quid faciendū aut quid non faciendū sit docent. quid faci-

endum vt dilige dominū deum tuum & honora patrem tuum & matrē tuam. quid non

faciendum vt non mechaberis nō furtum facies. Similiter & gentilium precepta vel

iubent vel vetant iubent faciendum vt nudus aras sere nudus vetant vt ne ve inter vi-

tes corilum sere ne ve flagella summa pete. Primus autez apud hebreos pcepta moyses

scripsit. apud latinos marcius vates primus precepta cōposuit ex quibus est illud postre-

mus dicas primus tactas. Parabole & ppleumata nominibus suis indicant alcius se pscr-

tari oportere. Parabola quippe alicuius rei similitudinem per se gerit Quod licet sit vo-

cabulum grecū iam tamen p latino vsurpat & notum est qd in parabolis que dicunt re-

rum similitudines rebus de quib; agit comparant. Propleumata autē que latine appel-

lantur pposiciones questiones sūt. Questio autē qd disputatione soluēdum sit. Questio autez ē cum querit an quid sit aut quale

sit. Argumentum autē dictum quasi argutū vel quod sit argute inuentū ad compbadas

res. Epistolam pprie greci vocāt que interpretatur latine missa. Stila enim seu stili missa vel missi ante & membranarum vsum in

de dolatis ligneis codicellis epistolaz alloq; scribebantur. vnde & portitores earū tabelarios vocauerunt. Codex multoz libroz ē

liber vnius voluminis et dictus codex p translationem a codicibus arboz seu vicium quasi

caudex qd ex se multitudinē libroz quasi ro manorum contineat. Volumen liber est a volu-

endo dictus sicut apud hebreos volumina legis. volumina pphetarum. Liber ē interior

tunica corticis que ligno coheret. de quo virgilius sic. alta liber beret in vlmo. Vnde &

liber dicit in quo scribimus quia ante vsum carte vel mēbranaz de libris arboz volumina

fiabant & opaginabant. Vnde & scriptores a libris arboz librariorum vocauerūt. Librarios

ante a biblio palas dictos. Librū enim greci biblum vocant. Librarii autē id ē antiquarii

vocant. sed librarii sūt qui & noua scribunt & vetera Antiquarii qui tantūmodo vetera

vnde & nomen sumpserūt. A scribendo autē scriba nomen accepit. officium exprimes vo-

cabuli qualitate. Instrumēta scribe calamus & penna ex his enim verba paginis infigun-

tur. sed calamus arboris ē. penna auis cuius cacumen in duo diuidit. in toto corpore vni-

tate seruata credo ppter misteriū vt in duobus apicibus vetus & nouū testamētum sig-

maretur. quibus exprimit verbi sacramētū sanguine passionis effusum. Dictus autem ca-

lamus qd liquorē ponat. Vnde & apud nauas calare ponere dicit. Penna autem a pen-

dendo vocata id ē volando. est enim vt diximus auium. Folia autē libroz appellata siue

ex similitudine foliorū arborum seu quia ex follibus fiunt id ē ex pellibus qui de occisis

pecudibus detrahi solent. cuius partes pagine dicunt. eo qd sibi inuicem cōpaginantur

Versus autē inde vulgo vocati quia sic scribebāt antiqui sicut arat terra. A sinistra enī

ad dexterā primum deducebāt stilum. deinde ouertebant ab inferiori & rursus ad dexteram

versus quos hodieq; rustici vocāt versul. Sceda est qd adhuc emendat & nec dum in

libris redactum est. & est nomen grecum sicut & thomus.

De canonibus euangelioz. **Ca. vi.**

Quonones euangelioz amnomus primus excogitauit alexandrie quos postea eusebius cesariensis secutus

plenius cōposuit. Qui ideo facti sūt. vt per eos inuenire & scire possimus qui reliquorū euangelistarum similia aut ppria dixerint.

Sunt autē numero decem quoz primus continet numerus in quibus quatuor eadem dixerūt. matheus. marcus. lucas. iohannes. Se-

cundus in quibus tres. matheus. marcus. lucas. Tertius in quibus tres. matheus. lucas. iohannes. Quartus in quibus tres. matheus

marcus. iohannes. Quintus in quibus duo. matheus lucas. Sextus in quibus duo. matheus. marcus. Septimus in quibus duo. ma-

theus. iohannes. Octauus in quibus duo. lucas. marcus. Nonus in quibus duo. lucas. iohannes. Decimus in quibus singuli eoz que-

dam ppria dixerūt. Quorum exposicio hec ē Per singulos enī euāgelistas numerus quidā capitulis affixus adiacet. quibus numeris

sub dicta est area quedā minio notata que i dicat i quoto canone positus sit numerus cui subiecta ē area. Verbi gēcia si ē area pa in pri-

mo canone. si secunda in secundo. si tertia in

tercio . & sic per ordinez vsq; ad decimum puenies . Si igit aperto quolibet euangelio placuerit scire qui reliquoz euangelistarum similia dixerint . assumes adiacetem numeru capituli & queres ipsum numeru in suo canone quem indicat ibiq; inuenies . qui & qd dixerunt . & ita demum in corpore inquisita loca que ex ipsis numeris indicant . p singula euagelia de eisdem dixisse inuenies .

De canonibus concilioz . **Ca. vii.**

Quoniam autē grece latine regula nuncupatur . Regula autē dicta qd recte ducit nec aliquādo aliorum trahit . Alii dixerunt regulā dictā vel quod regat vel quod normā recte viuendi pbeat . vel qd distortum prauūq; quid corrigat . Canones autē generalium concilioz a temporibus cōstatim ceperunt . In pcedentibus namq; annis psecutione feruente . docendaz plebium minime dabat facultas . Inde xpianitas in diuersas hereses scissa ē qā nō erat licētia episcopis in vnu conuenire nisi tēpore predicti imperatoris supra dicti . Ipse enim dedit facultatem xpianis libere cōgregari . Sub hoc etiā sancti p̄res in concilio niceno de omni vrbe terrarum conuenientes . iuxta fidem euagelici & apostolicā secundo post apostolos tradiderunt . Inter cetera autem concilia quatuor esse venerabiles sinodos que totā principaliter fidem complectuntur quasi quatuor euagelia vltotidem paradisi flumina . Harum prima nicena sinodus trecentoz decem & octo epoz constantino augusto imperate per acta ē . in q arriane pfidie cōdemnata blasphemia de inequalitate sancte trinitatis id ē arrius assererat consubstācialem deo patri deum filium eadez sancta sinodus per symbolum definiuit . Secunda sinodus centum quinquaginta patrū sub theodosio seniore constantino polim cōgregata est que macedoniū episcopum negātem deum esse spiritū sanctum hereticū cōdemnans consubstācialem patri & filio spiritum sanctum demonstrauit . dās symboli formā q̄p tota grecoz & latinorū confessio in ecclesiis predicat . Tercia sinodus effesina prima ducentorū episcopoz sub iuniorē theodosio augusto edita que nestorium duas personas in xpo asserentem iusto anathemate cōdemnauit ostēdens manere in duabus naturis . vnā domini ihesu xpi personā . Quarta sinodus calcedonensis de xxx . sacerdotum sub marciano principe habita est . in q euticen constantino politanum abbatem verbi dei & carnis vnā naturā p̄nunciantem & eius defensorem discorum quondā alexādrinum episcopum . & ipsum rursus nestorium cum reliquis hereti-

cis vna patrum sentētia predāuuit . p̄dicans eadem sinodus xpm deum sic natum de virgine . vt in eo substāciam diuine & humane confiteamur nature . He sūt quatuor sinodi principales fidei doctrinā plenissime predicantes . Sed & si qua sūt alia cōcilia que sancti patres spiritu dei plene sanxerūt . post istorum quatuor auctoritatē omnium manēt stabilita iugore . quoz gesta in hoc opere condita continent . Sinodum nouimus ex greco interpretari comitatū vel cetū . Concilii vero nōmē tractum ex more romano . Tempore enī quo cause agebant conueniebant omnes in vnū communiq; intēcione tractabāt . Vnde & concilium a cōmuni intencione dictum quasi cōmunicilium . Nam cilia oculoꝝ sūt . Vnde & cōsidium consilium dicit . d . m . l . litterā transeunte . Cetus vero conuentus est vel cōgregatio a cōeundo . id ē cōueniendo in vnum . Vnde & cōuentus est nuncupatus sicut conuentus cetus vel concilium a societate multorum in vnum .

De ciclo pascale . **Ca. viii.**

Pascalē cyclum ypollitus episcopus temporibus alexādrini imperatoris primus conscripsit . post quem pb̄tissimi auctores eusebius cesariensis theophilus alexandrinus . p̄p̄er q̄p nacione aquitanus atq; victorinus amplitatis eiusdem festiuitatis rationib; multiplices circulos ediderunt . Cuiusquidem racionem beatissimus cirilus alexandrine vrbe episcopus in nonaginta quinque annos p quinquies decē nouies calculans q̄to kalendario vel luna debeat pascale solennitas celebrari . summa breuitate nōtauit . Ciclum autem vocatum eo qd in orbe digestus sit . & quasi in circulo dispositum ordinem complet annorū sine varietate & sine vlla arte Vnde factum ē vt cuiq; materie capitula simplici formitate facta ciclica vocarentur . Hinc & laterculum dictum qd ordinem habeat tractum annoꝝ . Post cuius explecionem ad primum exordium reuertendū . Antiquitꝝ ecclesia pasca quartadecima luna cū iudeis celebrabat quocunq; die occurreret quēritum sancti patres in nicena synodo p̄hibuerunt . cōstituentes non solum lunā pascalez & inde sequit inquirere . sed etiam & diem resurrectionis dominice obseruare . & ob hoc pasca a quinta decima luna vsq; in vicesimam primam extenderūt vt dies dominicus non mittereēt . Pasca autē vocabulum non grecū sed hebreū ē . nec a passione quoniā pasce min grece dicit pati . sed a transitu hebreo verbo pasca appellata ē . eo quod tunc populus dei ex egipto transferit . Vnde & in euangelio cū

vidisset inquit ihesus quia venit hora eius
 vt trāsiret de mōdo ad patrē. **Cuius** nox ideo
 per vigil ducit̄ ppter aduētum regis ac dei
 nostri. vt tempus resurrectionis eius nō nos
 dormientes sed vigilantes inueniat. **Cuius**
 noctis duplex ratio est siue quod in eadem.
 tunc vitā recepit cum passus est siue qđ pol
 tea hora qua resurrexit ad iudicandū ventu
 rus est. **Eo** autē modo agimus pasca vt nō
 solum mortē & resurrectionē xpi in memo
 riam reuocemus sed etiā cetera que circa eū
 attestant ad sacramentoz significacionē in
 spiciamus. **Propter** inuicem enim noue vite
 & ppter nouum hominē quem iubemur in
 duere & exuere veterē. expurgantes vetus
 fermentū vt simus noua cōpersio. quoniam
 pasca nostrum immolatus est xps. **Propter**
 banc ergo vite nouitatē primus mensis nouo
 rum in anni mēsis celebracioni pascale mis
 tice attributus ē. **Quod** vero terciē ebdoma
 de die pasca celebrat̄ id est qui dies occurrit
 a quinta decima vsq; in vicesimā primā. hoc
 significat. quia in toto tēpore seculi qui sep
 tenario dierū numero agit̄. nunc terciū tem
 pus hoc sacramētum apuit. **Primū** enim tē
 pus est. ante legem. secūdum sub lege. terci
 um sub gracia. vbi iam manifestatum est sa
 cramētum prius occultum in pphetico enig
 mate. **Ideo** & ppter hec tria seculi tempora
 resurrectio domini triduana est. **Quod** vero
 a quinta decima luna vsq; ad vicesimā primā
 per dies septem pascale dies querit̄. prop
 ter ipsum numerum septenariū quo vniuer
 sitatis significacio sepe figurat̄. qui etiā ipsi
 ecclesie tribuit̄ ppter instar vniuersitatis.
Vnde & iohannes apostolus in apocalipsi ad
 septem scripsit ecclesias. **Ecclesia** vero ad huc
 in ista mortalitate carnis cōstituta ppter ip
 sam mutabilitatē lune nomine in scripturis
 significat̄. **Varia** autē obseruancia opinionū
 pascale festiuitatis interdum errorē gignit
Latini namq; a terciō nonas marci vsq; in ter
 cio nonas aprilis primi mensis lunam inqui
 runt & si quinta decima luna die dominico
 puenerit. in alio die dominico. pasca protra
 hant. **Greci** primi mēsis lunā ab octauo idus
 marci vsq; in diem nonis aprilis obseruant.
 & si quinta decima luna die dominico incur
 rerit sanctum pasca celebrant. **Huiusmodi** er
 go diffencio inter vtrosq; pascale regulam
 turbat.

Comunis annus dicit̄. qui duodecim tantū
 lunas hoc est dies trecetos quinquaginta qua
 tuor habet. **Dictus** autē comunis quia sepe
 duo ita cōiuncti incedunt vt inuicē se in pas
 cali solemnitate sequant̄. **Nam** embolismalis

annus semper solus est.

Embolismus annus est qui tredecim menses
 lunares id ē ccc. lxxxiiii. dies h̄re monstrat̄
 Ipse ē annus sancto moysi diuinitus reuelat̄ in
 quo iubent̄ hi qui longius habitabāt in scdo
 mense pasca celebrare. **Embolismus** autem
 nomen grecū est quod interpretat̄ latine. su
 per augmētum. eo quod expleat numerum
 annoz comunium quibus vndecim lunares
 dies deesse cernuntur. **Embolismi** autem
 anni & communes sic inueniuntur. **Si** enim
 a quartadecima luna pasce pcedentis vsq; ad
 quartadecimam sequentis ccc. lxxxiiii. dies
 fuerint. embolismus annus est si ccc. liiii. cō
 munis.

Bissextus est per annos quatuor. vnus dies
 adiectus crescit enim p singulos annos quar
 ta pars assis. **At** vbi quarto anno assem com
 pleuerit. bissextum annū facit. **Dictus** autē
 bissextus quod bis sexies ductus assem facit
 qđ est vnus dies sicut & quadrantem ppter
 quatuor ductum quod ē bissextus quem sub
 dierum cursu in annū sol facit. **Inter** calares
 autem dies id circo vocant̄ qđ interponunt̄.
 vt ratio lune solisq; conueniat. **Calare** enim
 ponere dicitur. **Intercalare** interponere siue
 vt alii volunt calare vocare dicitur. **Nam** ver
 bum calo grecum est id est voco. **Dicunt** enī
 quod pontifex. kalata id est vocata in capi
 tolium plebe iuxta curiam calabrariam. que
 case romuli proxima est quot dies a kalendis
 ad nonas superessent pronuntiabat. & quin
 tanas quidem dicto quinquies verbo kalo sep
 timanas repeticio sepcies predicabat. **Epac**
 ctas greci vocant. latini adiectiones annuas
 lunares que per vndenarium numerum vs
 q; ad tricenarium inse reuoluunt̄ quas ideo
 egipci adiciūt vt lunaris emensio rationi so
 lis equet̄. **Luna** enim iuxta cursum suum vi
 ginti nouem semis dies lucere dinoscit̄. & fi
 unt in anno lunari dies ccc. liiii. remanēt ad
 cursum anni solaris dies vndecim quos egip
 ci adiciūt. vnde & adiectiones vocant̄. **Ab**
 q; bis non inuenies lunam quota sit in quoli
 bet anno & mense & die. **Iste** epacte semper
 vndecimo kal aprilis reperiunt̄ in eadem lu
 na que fuerit eo die. **Continent** autem circu
 lo decennouenali. sed cum ad viginti nouem
 epactas puenerint qui est circulus nonus de
 cimus iam sequēti anno non addes super vi
 ginti nouem vndecim vt decem annuncies.
 sed de tractis triginta inde reuertaris vt vn
 decim pnuncies.

De officiis canonicis & de his que i ecclesia
 legunt̄ atq; canunt̄

Ca. viiii.

Officioꝝ plurima genera esse constat sed precipiunt illud quod in sacris diuinisq; rebus habetur. Officium ab efficiendo dictum quasi officium propter decorum sermonis vna mutata litera vel certe ut quis quia illa agat que nulli officiat sed prosint omnibus. Vespertinum officium est in incio noctis vocatum ab stella vespere que surgit oriente nocte. De quo officio psalmista commemorat dicens. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Eleuatio manuum operam piam que aut elemosinis exercet aut in aliqua probabili conuersatione peragitur. Sacrificium vero vespertinum illam oblationem fortasse significat quam in fine vite domino solet offerre religiosa deuotio cum penitentiam gerimus & humili nos supplicatione purgamus. sicut in quinquagesimo psalmo dictum est. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Vespera nostra est quando istam luce morte veniente deserimus. Vnde necesse est. quia frequenter ad monuimus neminem debere desperare. sed vltima sua potius lacrimarum fonte detergat. Matutinum vero officium est in lucis incio ab stella lucifero appellatum que oritur inchoate mane de quo psalmista ait In matutinis meditabor in te. Redit enim ad illud quod superius dixit. Ad te de luce vigilo. Recte siquidem fidelis in matutinis vigilat quoniam nec inter prospera sua obliuisci poterat lucis auctorem. His apostolus dicit. Vos estis filii lucis & filii diei. Quorum duorum temporum significatione ostendit ut die ac nocte semper deus laudet. Missa tempore sacrificii est quando cathecumini foras mittuntur clamate leuita. si quis cathecuminus remansit exeat foras & inde missa quia sacramentis altaris interesse non possunt qui nondum regenerati noscuntur. Chorus est multitudo in sacris collecta & dictus chorus quod in incio in modum corone circum aras staret. Alii chorus dixerunt a concordia que in caritate consistit quia si caritatem non habeat respondere conuenienter non potest. Cum autem vnus canit grece monodia latine licinium dicitur. cum vero duo canunt bicinium appellatur. cum multi chorus. Chorus est plurimarum vocum ad suauitatis modum temporata collectio de quo & psalmista ait. Laudet nomen eius in choro in tympano & psalterio psallant ei. Nunc dicit in choro nomen domini esse laudandum In choro utique qui iam nullam patitur dispersionem. nullum tedium nullum scandalum. sed meritoꝝ probitate collectus carissima semper unitate consistit. Sed qualis quantum sit iste chorus alius psalmus exponit. A solis ortu

vsq; ad occasum laudate nomen domini. Antiphona ex greco interpretatur vox reciproca duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine commutato. siue de vno ad vnum quod genus psallendi greci inuenisse tradunt. Responsoria itali tradiderunt quos que inde responsoria canentes vocant. quod alio desinente. id alter respondeat. Inter responsoria autem & antiphonas hoc differt quod in responsoriis vnus versus dicit. in antiphonis autem versibus alternatim chori. Lectio dicitur quia non canitur ut psalmus vel ymnus. sed legitur tantum Illic enim modulatio. hic sola pronuntiatio queritur. Canticum est vox cantantis in leticia. Psalmus autem dicitur qui cantatur ad psalterium quo usum esse dauid prophetam in magno misterio prodit hystoria. Hec autem duo in quibusdam psalmoꝝ titulis iuxta musicam artem alternatim sibi apponunt. Nam canticum psalmi est cum id quod organum modulatur vox postea cantantis eloquitur. Psalmi vero canticum quod humana vox preloquitur ars organi modulanti unitatur. Psalmus autem ex psalterio dicitur. Vnde nec mos est ex alio opere eum componi. Tres autem gradus sunt in cantando. Primus succentoris. Secundus incentoris Tercius accentoris. Diapsalma quidam hebreum verbum esse volunt quo significatur semper idem. quod illa quibus hoc interponitur sempiterna esse confirmet. Quidam vero grecum verbum existimant quo significatur interuallum psallendi. ut psalma sit quod psallit diapsalma vero interpositum in psallendo silentium. ut quemadmodum in psalmo dicitur vocis copulatio incantando. ita diapsalma disiunctio eorum vbi quedam requies distincte continuationis ostendit. Vnde & illud probabile est non coniungendas sententias in psallendo vbi diapsalma interpositum fuerit quia ideo interponitur ut conuersio sensuum vel personarum esse noscat. Imnus est canticum laudantium quod de greco in latinum laus interpretatur pro eo quod sit carmen leticie & laudis. Proprie autem ymni sunt continentis laudem dei. Si ergo sit laus & non sit dei. non est ymnus. si ergo est & in laudem dei dicitur & cantatur. tunc est ymnus. Cui contrarium est trenum quod carmen est lamenti & funeris. Alleluia duorum verborum interpretatio est hoc laus dei. & est hebreum. la vnum est de decem nominibus quibus apud hebreos deus vocatur. Amen significat vere siue fideliter. quod & ipsum hebreum est. Que duo verba. amen. & alleluia. nec grecis. nec latinis. nec barbaris licet in suam linguam omnino transferre vel alia lingua annuntiare. Nam quibus ius interpretari possint propter

sanctiorem tamē auctoritatez seruata est ab apostolis in his pprie lingue antiqtas. Tanto enim sacra sūt nomina vt eciā iobannes in apocalipsi sua referat se spiritu reuelate vidisse & audisse vocem celestis exercitus tanquam vocem aquarū multarum & tonitruū validorum dicēcium amen & alleluia ac per hoc sic oportet in terris vtraq; dici . sicut in celo resonāt. **O**sanna in alterius lingue interpretaciōe in toto trāsire non potest. **O**si enī saluifica interpretat. anna interiectio est motum animi significans sub deprecantis affectu. **O**si anna autē integre dicit. quod nos corrupta media vocali littera & elisa dicimus osanna. sicut fit in versibus cum scandimus. **L**itera enī prima sequētis verbi extremā prioris verbi veniēs excludit & dicit ebraice osanna qđ interpretat saluifica sub audiendo vel populum tuum vel totum mundum. **O**ffertoriuz tali ex causa sumpsit vocabuluz **F**ertum enim dicit oblatio que altari offert & sacrificat a pontificibus. **A** quo offertoriū nominat quasi ppter fertur. **O**blatio vocat quia offert. **D**ona pprie dicunt diuina munerera. hominum munerera. **N**am dicunt oblatio quia que pauperes diuitibus loco munerum solunt. **I**taq; munus homini dat donum deo. **V**nde eciā in templis donaria dicimus. **M**unerera autē vocant que animabus accipiuntur vel dant. **D**uo sūt que offerunt donum & sacrificium. **D**onum dicit quicquid auro argentiq; aut qualibet alia specie efficit. sacrificium autem est victima & quecumq; in ara cremant seu ponuntur. **O**mnem autem quod deo datur. aut dedicat aut consecrat. **Q**uod dedicatur dicendo dat vnde & appellatur. **V**nde & errant qui consecrationem dedicaciōe putant significari. **I**mmolacio ab antiquis dicta eo quod in mole altaris posita victima cedere. **V**nde & mactacio post immolacionez est. nunc autē immolacio panis & calicis conuenit. **L**ibacio autē tantummodo calicis oblatio est. **H**inc est illud. **E**t libabit de sanguine vne. **S**ic & secularium quidam poetarum nunc inquit pateras libare ioui **L**ibare ergo pprie fundere ē. sumptumq; nomen a libero quodam qui in greca vsu reperit victis.

De hostiis holocaustis atq; sacrificiis ad qđ eoz species singule significēt.

Hostie apud veteres dicebantur sacrificia que fiebat anteq; ad hostes pergerent. **V**ictime vero sacrificia que post victoriā de victis hostibus immolabant & erant victime maiora sacrificia quā hostie. **A**lii victimam dictam putauerunt quia ictu percussa cadebat. vel quia iuncta ad aras ducebatur.

Holocaustum illud ē . vbi totum igne consumitur quod offert. **A**ntiqui enim cum magna sacrificia admitterent solebant totas hostias in sacroz consumere flamma. & ipsa erant holocaustomata **H**olo enī grece dicit totū causis incensio . & holocaustum totum incensum. **C**erimonie apud latinos dicuntur sacra omnia que apud grecos orgia vocantur. **P**roprie autē visum est doctoribus a carēdo appellari cerimonias quasi carimonias eo qđ ea que in sacris diuinis offerunt. in suo vsu id carerēt homines. **Q**uod nomen eciā in vsu est litterarū sanctarum. **A**lii cerimonias proprie in obseruacionibus iudeoz credunt . abstinenciam scilicet quarundā escarum secundum veterē legem. eo qđ obseruātes ea careant his rebus quibus se abstinerunt. **S**acrificium dictum quasi sacrūfactum . quia pce mistica consecrat in memoriā p nobis dominice passionis . **V**nde hoc eo iubente corpus xpi & sanguinem dicimus. **Q**uod dum sit ex fructibus terre sanctificat & sit sacramentū operāte inuisibiliter spiritu dei **C**uius panis & calicis sacramentum greci eucharistiam dicunt qđ latine bona gracia interpretatur . **E**t quid melius corpore & sanguine xpi. **Q**uinq; autem species oblacionum in lege ad immolandum iuebant afferri hoc est bonum ouium capraz auium simile & libamētorum **S**ic & ibi hostie victime. holocausta. sacrificia & libamina oblata cōmemorant . **B**oues autem vacce & vittuli aut dominice incarnationis operationes siue agri dominici cultores hoc est doctores . aut legalium mandatorum operadores significant. **O**ues autem & agni. aut ipsum saluatore . qui secundum esaiam tanquā ouis ad victimā ductus est & a iohanne agnus dei qui tollit peccata mūdi omnibus demonstrat aut simplices quosq; & innocētes in ecclesia significant . **C**apre autē vel bedi in hostiā oblata aut carnem saluatoris que absq; peccato erat . & tamē p peccatis humani generis deo patri oblata ē . vt p eius mortem auctor peccati dyabolus iugularetur. aut penitētes p peccatis suis significant . qui se per afflictionem carnis mactāt deo. **A**ues autem aut xpi humanitatem significant . sicut perturturē & columbā xpi caro spiritui sociata demonstratur in misterio passionis per sacrificiū deo in odorem suauitatis oblata . aut sanctorum pfectionis contemplacionem designat. **V**olatilia enim homines sūt contemplacioni vacātes terrenis omnino se non miscētes negociis . **Q**uod & si forte necessitas exegerit . mox reuolāt ad sublimia illo euāgelii iuuāte testimonio quo dominus

ait. Considerate volatilia celi quia non seminant neque metunt & pater vester celestis parcat illa. Contemplationi ergo vacas & in superiorum consideratione perfectus homo hoc enim que predicta sunt docuerunt si conuersationem siue vitam suam oblatione offert de turturibus aut de columbis offerat munus suum id est in sciencia & mansuetudine spiritali. Hec enim opus habet ut non excedat legis consideratio in vanis occupata. Turtur siquidem quia cognitionem habet. ita ut eius exemplo iudeorum exprimeret populus. Hoc iheremias probat. Ait enim. Turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. populus autem meus non cognouit iudicium domini. Columba autem munda & simplex annuntiatrice presentie sancti spiritus est. quales oportet esse eos qui circa contemplandas scripturas habent studium. Vnde ezechias ait. Meditabor ut columba. Simile autem est & libamentorum sacrificium aut sacramentum corporis christi & sanguinis quod in altari consecrat & a fidelibus ad augmentum salutis sue percipit vel ecclesie catholice que mystice corpus christi est. figuram exprimit. & gratia abundantia spiritali. Hec exconuenientibus membris quasi similia ex multis credencium granis collecta est & legis & euangeliorum mola inter litteram separata per aquam etiam baptismatis adunata crismatis oleo puncta. sancti spiritus igne solidata per humilitatem spiritus deo hostia placens effecta est. Similiter eadem ex multis personis velut a cinis botri coadunata. & pro passionis atque temptationum coquassata vinum effundit spirituale. Legitur enim in scripturis dominum victimas pecudum & hostias legales reprobasse & sacrificium spirituale expetisse. Vnde est illud. Non accipiam inquit de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hircos. Et item nunquid manducabo ait carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo. Immola deo sacrificium laudis & redde altissimo vota tua. Sacrificium laudis honorificabit me. & illic tunc est in quo ostendat illi salutare dei. Et alibi. Circuibis & immolabis in tabernaculo eius hostiam iubilacionis cantabo & psalmum dicam domino. Vnde in psalmo sancta ecclesia totam se deo dedicans dicit. Holocausta medullata offeram tibi cum incensu & reliqua. Quod autem absque fermento iubetur dei esse oblatio & sine melle indicat apud deum nihil voluptuosum. nihil suaue huius mundi placere. nihilque quod non habeat mordacis aliquid veritatis. Vnde & pasca cum amaritudinibus manducatur. Econtrario misceri in omnibus sacrificiis sal iubetur scilicet ut

omnia que ad christi honorem offerimus. salrationis ac discrecionis semper accipiant. Quod vero in sacrificium oleum offerebat significat ut quicquid ad cultum christi & deuotionem sanctorum. impendimus totum cum hilaritate faciamus. nihil ut ait apostolus ex tristitia aut ex necessitate. hilarem enim datorum diligit deus. Vnde quod moraliter nos vitulum offerimus deo cum carnis superbiam vincimus. Agnum cum irrationabiles motus corrigimus. hircum cum lasciuia superamus. columbam cum simplicitate custodimus turturum cum castitatem seruamus. hoc autem genus auium dicitur unum & castum seruare coniugium. similia & panes azimos offerimus. cum sine malicia & nequicia hanc vitam presentem gerimus. Offert verbi gratia similia qui in agricultura aut nauigando aut in aliquibus communis vite vrbibus positam offert conuersationem oleum tamen consparsum quia omnis anima eget oleo diuine misericordie. nec presentem vitam euadere quisquam potest nisi ei oleum celestis misericordie affuerit. Nec non & illud imitandum quod iuxta moralitatem per clybanum temptationum pondus exprimit per sartagineum constantiam animi & robur mentis. per craticulam multiplex impugnatio non incongrue significatur.

De sacramentis diuinis ubi quid in his hominibus gerendum sit demonstrat.

Sacramentum est in aliqua celebratione cum res gesta ita fit ut aliquid significare intelligatur quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta baptismum & crisma. corpus & sanguis domini que ob id sacramenta dicuntur. quod sub tegumento corporalium rerum virtus diuina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Vnde a secretis virtutibus vel sacramentis dicuntur. Que ideo fructuose penes ecclesiam fiunt. quia sanctus in ea manens spiritus eundem sacramentorum latenter operatur effectum. Vnde seu per bonos seu per malos ministros intra dei ecclesiam dispensentur. tamen quia spiritus sanctus mystice illa viuificat qui quondam apostolico in tempore visibiliter apparebat operibus nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur hec dona nec malorum attenuantur quia neque qui plantat aliquid est. neque qui rigat sed qui incrementum dat deus. Vnde & grece mysterium dicitur quod recondita habeat dispensationem. Baptismum grece latine tinctio interpretatur. Que idcirco tinctio dicitur quia ibi homo spiritu gratie in melius immutatur. & longe aliud quam erat efficitur. Prius enim fedi eramus de formitate peccati

torum. in ipsa tinctioe reddimur pulchri de
 albacione virtutum. Vnde & in canticis scri
 bitur canticorum. **Que** est ista que ascendit qua
 si dealbata. **Cuius** misterium non aliter nisi
 sub trinitatis designacione id est patris & filii
 & spiritus sancti cognominacione completur.
 dicente domino ad apostolos. **Ite** docete om
 nes gentes baptizantes eos in nomine patris
 & filii & spiritus sancti. **Sicut** enim in tribus
 testibus stat omne verbum. ita sacramentum
 confirmat ternarius numerus nominum diuini
 norum. **Quod** autem per aquam baptismum datur
 hec ratio est. **Voluit** enim dominus ut res il
 la inuisibilis per congruentiam scilicet per contrec
 tabile & visibile impenderet elementum super
 quod etiam in principio ferebatur spiritus sanc
 tus. **Nam** sicut aqua purgat exterius corpus
 ita latent eius misterio per spiritum sanctum
 purificatur & animus. **Cuius** sanctificacio ita
 est. **Inuocato** enim deo descendit spiritus san
 ctus de celis. & medicatis aquis sanctificat
 eas de semetipso & accipiunt vim purgatio
 nis ut in eis & caro & anima delictis inqui
 nate mundenur. **Hoc** quod sciendum quod quantum
 apostolica doctrina predicat unam esse fidem
 & unum baptismum tam sunt plura genera bap
 tismatis que purgant hominem a delictis ac
 perfectum conferunt sanctitatis. **Nam** legitur
 in actibus apostolorum dominus ascensurus in
 celum discipulis dixisse. **Iohannes** quidem bap
 tizauit aqua. vos autem baptizabimini spiri
 tu sancto non post multos hos dies. **Vbi** no
 tandum quod baptismum domini in spiritu sanc
 to. de quo predicauerat iohannes non ad illud so
 lummodo tempus respicit quando apostoli &
 ceteri fideles illius temporis baptizati sunt aqua
 in remissionem peccatorum per gratiam spiri
 tus sancti donatam sibi a domino. verum etiam
 quando mittente ipso domino plenius eiusdem
 dona accepere. spiritus sancti de celis sed &
 nunc quicumque baptismum in remissionem pec
 catorum accipiunt utique in spiritu sancto bap
 tizantur per cuius donum & a peccatis abluuntur
 omnibus. & in bonis proficere actibus adiu
 uantur. **Item** legitur saluator in euangelio de
 se dixisse. **Baptismum** habeo baptizari & co
 arctor donec perficiatur in quo videlicet passio
 nis sue innuit sacramentum quoniam corpus su
 um hoc est sanctam ecclesiam per effusionem san
 guinis sui laauit a sordibus omnium pecca
 torum. **Vnde** scriptum est. **Qui** dilexit nos &
 lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.
Hinc quod martirium quod per christi nomine paci
 untur fideles creditur esse purgatio omnium
 peccatorum. sic dicit petrus apostolus. **Christus**
 passus est pro vobis. vobis relinquens exemplum

ut sequamini vestigia eius. **De** quo ipsa veritas
 testatur dicens. **Qui** sequitur me non am
 bulabit in tenebris sed habebit lumem vite. **Et**
 iterum qui vult inquit post me venire abne
 gat semetipsum & tollat crucem suam & se
 quat me. **Nam** qui perdiderit animam suam
 propter me in vitam eternam custodiet eam. **Pre**
 rea sunt & alie species munditionum quibus
 anime purgantur a delictis atque peccatis. **Nam**
 creduntur anime solui a peccatorum vinculis per
 confessionem & per penitentiam veram cum
 lacrimarum compunctione. **Vnde** est illud iacobi
 testimonium. **Confitemini** alterutrum peccata
 vestra & orate pro inuicem ut saluemini. **Hinc**
 & psalmista ad dominum ait delictum meum
 cognitum tibi feci et iniusticias meas non ope
 rui dixi pronuntiabo aduersum me iniusti
 cias meas domino & tu remisisti impietatem
 cordis mei. & alibi. **lauabo** inquit per singulas
 noctes lectum meum. lacrimis meis stratum
 meum rigabo. **Vbi** lectum delectationem cor
 poris intelligimus quam potest homo lacrimis
 quibus paucis lauare. si eum attingat celesti in
 spiratione deflere. **Stratum** autem significat
 cumulum peccatorum quem rigare iubemur.
 hoc est verius lauare ut simus ex peccatore
 iusti. ex lugente leti & ex egroto sanissimi.
Quod autem vera penitentia expurget homi
 nem & ad celeste regnum perducatur. ostendit
 dominus dicens. **Penitentiam** agite appropinqua
 bit enim regnum celorum. **Item** per bona opera
 & per elemosinas purgantur homo a sordibus a
 nime. **Vnde** est illud psalmiste. **Lauabo** inter
 innocentes manus meas. **Inter** innocentes enim
 lauat manus suas quisquis facta propria studio
 bone conuersationis emendat. **Hinc** & saluator
 in euangelio ait. **Date** elemosinam & ecce om
 nia munda sunt vobis. **Et** alibi scriptum est.
Sicut aqua extinguit ignem. ita elemosina ex
 tinguit peccatum. **Adiuuat** etiam hominem ad
 salutem percipiendam eternam oratio pura. **Ad**
 iuuat & preditacio verbi diuini. **Adiuuat** et
 dilectio pura vere caritatis. **Vnde** est illud ia
 cobi. **Oratio** fidei saluabit infirmum & si in
 peccatis est dimittentur ei. **Et** iterum. **Qui** con
 uertitur inquit fecerit peccatorum ab errore vie sue
 saluabit animam eius a morte & operit multi
 tudinem peccatorum. **Denique** saluator quod di
 lectio remissionem peccatorum pariat in euan
 gelio ad simonem loquendo de muliere peccatri
 ce. que pedes eius lacrimis rigauit. & capil
 lis terxit. & unguento unxit. ostendit dicens
Amen dico tibi remittuntur ei peccata multa
 quoniam dilexit multum. **Hinc** & alibi scriptum
 est. **Caritas** operit multitudinem peccatorum
 & uniuersa delicta operit caritas. **Christus**

grece. latine unctio nominat. ex cuius nomine & xps dicitur & homo post lauacrum sanctificatus. Nam sicut in baptismo peccatorum remissio datur. ita per unctioem sanctificatio spiritus adhibetur. & hoc de pristina disciplina qua ungi in sacerdotium & in regnum solebant. ex quo & aaron a moyses unctus est. Quod dum carnaliter fit spiritualiter perficitur quomodo & in ipsa baptismi gratia visibilis actus est. quod in aqua mergimur. sed spiritualis effectus quod a delictis mundamur. Hoc significat & illud unguentum quod peccatrix super caput ihesu fuisse scribitur. Impositio ideo fit ut per manus impositionem aduocatus inuocetur spiritus sanctus. Tunc enim ille paraclitus post mundata & benedicta corpora libens a patre descendit. & quasi super baptismi aquam tanquam super pristinam sedem recognoscens quiescit. Nam legitur quod in principio aquas superferebat spiritus sanctus. De residuis quod duobus sacramentis hoc est corpore & sanguine domini. queri potest cur inter omnes fructus terre potissimum ad hoc elegerit frumentum atque vinum quasi ipsa cunctos fructus terre dignitate precellant. & preciosiores omnibus fiant. Quod videlicet ita solui posse credimus. Maluit enim dominus corporis & sanguinis sui sacramenta fidelium ore percipi et in partem eorum redigi. ut per visibile opus inuisibilis ostenderetur effectus. Sicut enim cibus materialis forinsecus nutrit corpus & vegetat. ita etiam verbum dei intus animam nutrit & roborat quia non in solo pane vivit homo. sed in omni verbo quod procedit de ore dei & verbum caro factum est & habitabit in nobis. Ait enim ipsa veritas Caro enim mea vere cibus est. & sanguis meus vere est potus. Vere scilicet caro christi est cibus. quia vere pascit & ad eternam vitam hominem nutrit. & sanguis eius vere est potus quia esurientem animam & licentem iustitiam eternam veraciter faciat. Temporalem quippe vitam sine isto cibo & potu habere possunt homines eternam omnino non possunt. quia iste cibus & potus eternam societatem capitis membrorumque suorum significat. Qui manducat inquit meam carnem & bibit sanguinem meum ipse in me manet & ego in eo. Huius rei sacramentum id est unitatis corporis et sanguinis christi de mensa dominica assumitur quibusdam ad vitam. quibusdam ad exitium. Res vero ipsa omni homini ad vitam nulli ad exitium. quicumque eius particeps fuerit. id est christo capiti membrum associatus in regno celesti. quia aliud est sacramentum aliud virtus sacramenti. Sacramentum enim ore percipitur virtute sacramenti interior homo facit. Ergo quia panis corpus confirmat. ideo ille corpus christi

congruenter nuncupatur. vinum autem quia sanguinem operatur in carne. ideo ad sanguinem christi refertur. Hec autem dum sunt visibilia sanctificata tunc per spiritum sanctum in sacramentum divini corporis transeunt.

De exorcismo

xii.

Exorcismus grece latine coniuratio siue sermo increpationis est aduersum dyabolum ut discedat. sicut est illud in zacharia. Et ostendit michi iherosolimam sacerdotem magnum stantem coram angelo dei & sathan stabat a dextris eius ut aduersaretur ei. Et dixit dominus ad sathan. Increpet dominus in te sathan. & increpet dominus in te qui elegit iherosolimam. Hoc est exorcismo increpare & coniurare aduersum dyabolum. Vnde sciendum quod non creatura dei in infantibus exorcizatur aut exufflatur. sed ille sub quo sunt omnes qui cum peccato nascuntur. Est enim princeps peccatorum.

xiii.

De simbolo.

Symbolum per linguam grecam signum vel cognitio interpretatur. Discessuri enim apostoli ad euangelizandum in gentibus hoc sibi predicationis signum vel indicium posuerunt. Continet autem confessionem trinitatis & unitatis. & unitatem ecclesie & omnem christiani dogmatis sacramentum. Quod symbolum fidei & spei nostre non scribitur in carta & atramento sed in tabulis cordis carnalibus.

De oratione & ieiunio.

xiiii.

Oratio petitio dicitur. Nam orare est petere. sic exorare impetrare. Constat autem oratio loco & tempore. Loco quia non ubique cum prohibeamur a christo in publico orare. sed ubi oportunitas dederit aut necessitas importauerit. Neque enim contra preceptum reputatur ab apostolis factum. qui in carceribus audientibus custodibus orabant & cantabant deo. De tempore vero dictum est. Sine intermissione orate. Sed hoc in singularibus. Nam est observatio quarundam horarum communium. que diei interspacia signant. tertia sexta & nona similiter & noctis. Sed ideo hec orandi hore diuise sunt ut si forte aliquo fuerimus opere detenti ipsum nos ad officium tempus admoneat. Que tempora in scripturis inueniuntur. Primum enim spiritus sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. & petrus qua die visionem communicationis in hoc vasculo exptus. sexta hora orandi gratia ascendit. Idem etiam cum iohanne hora nona templum adiit quando paraliticum sanitati pristine reformauit. Sed & danielé legimus hec tempora in oratione obseruasse. Et utique ex israelis disciplina docemur ut ne minus quam ter in die

adoremus. Debitores enim sumus trium patris & filii & spiritus sancti. Exceptis utique & aliis legitimis orationibus que sine ulla admonitione debent in ingressu lucis ac noctis sue vigiliae. sed & cibum non prius sumere quam intraposa oratione. Priora enim habenda sunt spiritus refrigeria quam terrena. Qui autem vult orationem suam ad dominum volare faciat illi duas alas ieiunium & elemosinam. & ascendit celeriter & exaudit. Ieiunium est parsimonie victus abstinentiaque ciborum cui nomen inditum ex quadam parte viscerum tenui semper & vacua quae vulgo ieiunium vocatur. Vnde ieiunium nomen creditur derivatum quod sui media viscera vacua & ex inanita existat. Ieiunium autem & statio dicitur. Statio autem de militari exemplo nomen accepit pro eo quod nulla leticia obueniens castris stationem militum rescindit. Nam lentius leticia tristitia solliciti administrat disciplinam. Vnde & milites nunquam immemores sacramenti magis stationibus parent. Discernunt autem quidam inter ieiunium & stationem. Nam ieiunium est indifferenter cuiuslibet diei abstinentia non secundum legem sed secundum propriam voluntatem. Statio autem est observatio statutorum vel temporum vel dierum ut quarta feria & sexta feria ieiunium ex veteri lege preceptum de qua statione in euangelio dixit ille. Ieiunio bis in sabbato. id est quarta & sexta sabbati. Temporum autem que legalibus ac prophetis institutionibus terminatis temporibus instituta sunt. ut ieiunium quarti quinti septimi ac decimi. vel sicut in euangelio dies ille in quibus ablatum est sponsum. vel sicut observatio quadragesime que in uniuerso orbe institutione apostolica observatur circa finem dominice passionis. His tertium genus quidam adiciunt quod xerofagiam dicunt ab abstinentiam scilicet ciborum humectum. Vnde & nomen hoc datum eorum quidam sicis escis utantur.

xv.

De penitentie satisfactioe atque exhomologesi
Penitencia appellata quasi punientia deo quod ipse homo in se penitendo punit quod male admisit. Nam nihil agunt quos veraciter penitet. nisi ut id quod male fecerit impunitum esse non sinant. Eo quippe modo sibi non parcitibus ille parcit. cuius altum iustum quam iudicium nullus contemptor euadet. Perfecta est autem penitencia preterita delere & futura non admittere. Hec secunda in similitudine fontis est. ut si forte impugnante dyabolo aliquod peccatum irreperit huius satisfactioe purgetur. Satisfactio autem est causas peccatorum & suggestiones excludere & ultra peccatum non iterare. Recociliatio vero est quae

post complementum penitentie adhibetur. Nam sicut conciliamur deo quando primum a gentilitate conuertimur ita reconciliamur quando post peccatum penitendo regredimur. Exhomologesis greco vocabulo dicitur quod latine confessio interpretatur. Cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio sicut est confiteor tibi pater domine celi & terre. aut dum quisque confitetur sua peccata ab eo indulgentia cuius indeficiens est misericordia. Ex hoc igitur greco vocabulo exprimitur & frequentatur exhomologesis quod delictum nostrum domino confitemur non quidem ut ignaro cuius agnitioni nihil occultum est. sed confessio est rei scilicet eius que ignoratur confessio agnitionis. Vtile enim sibi ac iocundum quisquam esse existimauerat rapere adulterare furari. sed ubi hec eterne damnationi obnoxia esse cognouit congnitis his confitetur errorem. Confessio autem erroris confessio est desinendi. Desinendum ergo a peccatis est dum confessio est. Confessio antecedit remissio sequitur. Ceterum extra veniam est qui peccatum cognoscit nec agnitionem confitetur. Itaque exhomologesis prosternendi vel humile faciendi hominibus disciplina est habitu atque victu sacco & cinere incuruare corpus sordibus obscurare animum meroribus deicere illa que peccant tristi tractatione mutare. Letanie autem greco nomine appellantur que latine dicuntur rogationes. Inter letanias vero & exhomologesin hoc differt. quod exhomologesis pro sola confessione peccatorum agitur. letanie vero que indicuntur propter rogandum dominum & impetrandam aliquam eius misericordiam. Sed nunc iam utrumque vocabulum sub una significatione habetur nec distat vulgo utrum letanie an exhomologesis dicantur. Supplicationis nomen quodammodo nunc ex gentilitate retinetur. Nam ferie aut legitime erant apud eos aut indite. Indite autem quia paupertas antiqua romanorum ex collatione sacrificabat. aut certe de bonis damnatorum. Vnde & supplicia dicuntur supplicationes que fiebant de bonis passorum supplicatio. Sacre enim res de rebus execrandorum fiebant.

Explicit liber quintus. Incipit liber sextus de nomine & partibus eius. **Ca. i.**

Natura dicta ab eo quod nasci aliquid faciat. Gignendi enim & facienda potens est. Hac quidam deum esse dixerunt. a quo omnia creata sunt & existunt. Genus a gignendo dictum cui derivatum nomen a terra ex qua omnia gignuntur. Ge enim grece terram dicunt. Vita dicta propter vigorem. vel quod vim teneat nascendi atque crescendi. Unde & arbores vitam habere dicuntur quia gignuntur & crescunt. Homo dicitur quia ex humo est factus sicut et in genesi dicitur. Et creavit deus hominem de humo terre. Abusue enim pronuntiat ex utraque substantia totus homo id est ex societate anime & corporis. Nam proprie homo ab humo dicitur. Greci autem hominem antropon appellaverunt eo quod sursum expectet subleuatus ab humo ad contemplationem artificis sui. Quod ovidius poeta designat cum dicit. Pronaque cum spectant animalia cetera terram os hominis sublime dedit celumque videre insit & erectos ad sidera tollere vultus. Qui ideo erectus celum aspicit ut deum querat non ut terram intendat veluti pecora que natura propria & ventri obedientia finxit. Duplex est autem homo interior & exterior. Interior homo anima. & exterior homo corpus. Anima autem a gentilibus nomen accepit eo quod ventus sit. Unde & greci ventum animos dicunt quod ore trahentes aerem vivere videamur sed apertissime falsum est. quia multo prius gignitur anima quam accipi aer ore possit que iam in genitricis utero vivit. Non est igitur aer anima quod putaverunt quidam. qui non potuerunt incorpoream eius cogitare naturam. Homo quia ex duabus constat naturis. aliquando corpus humanum. aliquando etiam animam rationalem significat. De quo apostolus ait. Et si exterior homo noster corrumpitur. interior renouatur de die in diem. Et alibi interiorem hominem habitare christum per fidem in cordibus nostris. Item in psalmo diuersas species hominum ostendit prophetam ita dicens. Quid est homo quod memor es eius aut filius hominis quoniam visitas eum. Quid est homo cum despectu pronuntiandum est id est fragilis & caducus ad se sequax. qui in veteri peccato permixtus sociis prauitate conclusus est. Huius memor est dominus quando ei peccata dimittit & misericordie sue dona largitur sicut in alio psalmo dicturus est. Filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt in ebriabuntur ab ubertate domus tue. & torrente voluntatis tue potabis eos. Hoc est ergo esse

memorem. Offerre delinquentibus tante gratie hospitalitatem. Aut filius hominis quoniam visitas eum. Hic iam voce surgendum est. quia dominum significat saluatorem qui non ut ceteri mortales ex duobus hominibus natus est. sed ex spiritu sancto & beate marie semper virginis utero tanquam sponsus de glorioso thalamo processit. Sequitur. Minuisti eum paulominus ab angelis etc. Hinc iam domini saluatoris humilitas narratur & gloria. Minuatus est enim non necessitate ministratoria sed pietatis sue spontanea voluntate sicut apostolus ait. Semetipsum ex inaniuit formam serui accipiens. Sequitur Paulominus ab angelis quia crucem pro omnia salute suscepit. Ex ea siquidem parte creator angelorum minor factus est angelis. Bene autem dixit paulominus quia & si mortale corpus assumpsit tamen peccata non habuit. Gloria vero & honore coronatus est cum post resurrectionem nimis & mirabile. totius mundi credulitate. deus in eo quod homo factus est exaltatus accepit. Homo christus est ut in esaya. Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius. Et in psalmo. Accedet homo ad cor altum. De hoc homine & per alium prophetam dicitur. Et homo est & quis cognoscat eum. Quod autem dupliciter homo intelligendus sit ostendit dominus ad ezechielem prophetam dicens. Homo homo de domo israhel qui posuerit immundicias suas in corde suo. Et reliqua. Dupliciter ergo nobis iuxta apostolum ut supra diximus ostendit hominum interiore & exteriori. Multi enim habentes hominis faciem corporalem diuersarum bestiarum assumunt imagines quas dissipare propheta occupans deprecatur. Domine in ciuitate tua imagines eorum dissipabis. Illi de quibus scriptum est. homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis non sunt homines homines. sed homines sunt iumenta. Rursum qui de euangelio audiunt serpentes gemina viparum quis ostendit vobis fugere ab ira ventura non sunt homines homines. sed sunt homines serpentes. Et de quibus scriptum est vulpes foueas habent & volucres celi nidos & de herode dicite vulpi huic non sunt homines homines sed sunt homines vulpes. Qui vero utrumque hominis vocabulum possident si errauerint. ideo per supplicia corriguntur. ut intelligant quod dominus ipse est deus. Homines rationabiles qui intelligunt de quibus in psalmo legitur. Homines & iumenta saluos facies domine. Item homines peccatores ut in psalmo. Vos autem sicut homines moriemini. Aliquando vero homo peccatorem quemlibet & persecutorem significat. seu

impiissimū antixpm de quo dicit psalmista
Exurge domine nō preualeat homo Ipse est
 enim homo pessimus quem humana non po-
 test sustinere oditio. in q̄ tanta erit versutia
 vel potestas vt sola domini virtus eius pos-
 sit superare nequitia. Legit̄ & in apostolo
Vetus homo noster hoc est homo peccati si-
 mul crucifixus ē cum xpo vt destrueret̄ cor-
 pus peccati. Vnde iubet nos deponere vete-
 rem hominē cum actibus suis & induere no-
 uum qui secundū deum creatus ē in iusticia
 & sanctitate veritatis. Omnia enī peccata
 & crimina simul corpus appellat qđ destrui
 dicit per bonā vitam & fidē catholicā. Cruci-
 fixio quippe interioris hominis penitētie do-
 lores intelligunt̄. & continentie quidē salubris
 cruciatus per quā mortē mors impietatis p-
 imitur. Spiritum idē esse qđ animam euā-
 gelista p̄nunciat dicens. Potestatem habeo
 ponēdi animam meā & rursus. Potestatem
 habeo sumēdi eam. De hac q̄q̄ ipsa domini
 anima passionis tempore memoratus euāge-
 lista p̄tulit ita dicens. Et inclinato capite e-
 misit spiritum. Quid est enim emittere spi-
 ritum nisi qđ animam ponere. Sed anima di-
 cta p̄pter qđ viuit. Spiritus autē vel p̄ spiri-
 tali natura vel p̄ eo qđ inspiret corpora. Itē
 animam idē esse qđ animā. sed anima vite ē
 animus cōsiliū. Vnde dicūt p̄hi etiam sine ani-
 mo vitam manere. & sine mente animam du-
 rare. Vnde & amentes. Nam mentē vocari
 vt sciat. animū vt velit. Mens autē vocata vt
 emineat in anima vel qđ meminit. Vnde &
 immemores amentes. Quā p̄pter non anima
 sed qđ excellit in anima mens vocat̄ tanquā
 caput eius vel oculus. Vnde & ipse homo se-
 cundum mentem imago dei dicit̄. Ita autem
 hec omnia adiūcta sūt anime vt vna res sit.
 Pro efficiētis enim causaz diuersa nomina
 sortita est anima Nam & memoria mens est
 Vnde & immemores amētes. Dum ergo vi-
 uificat corpus anima est. dum vult animus
 est. dum scit mens est. dum recolat memoria
 est. dum rectum iudicat ratio ē. dum spirat
 spiritus ē. dum aliquid sentit sensus ē. Nam
 inde animus sensus dicit̄ p̄ hys q̄ sentit. Vn-
 de & sententia nomen accepit. Significatio
 enim spiritus multiplex ē. Aliquando spiri-
 tus nomine ipse deus demonstrat̄ cum scrip-
 tū est. Deus spiritus ē & spiritus sanctus de
 quo in euāgelio angelus ad mariā dicit. Spi-
 ritus sanctus supueniet in te & virtus altis-
 simi obumbrabit tibi. & ap̄ls spiritus inquit
 omnia scrutat̄ etiam pfunda dei & itez vbi
 spiritus inquit domini ibi libertas. Aliquan-
 do etiā spiritus significat angelicā naturam

Vnde psalmista ait. Qui facit angelos suos
 spiritus Aliquando animā hominis vt supra
 ostendimus. Aliquādo sanctos viros & vir-
 tutum decorē atq̄ spiritalē habentes. Vnde
 apostolus ait Siquis p̄occupatus fuerit in ali-
 quo delicto. vos qui spirituales estis instruite
 huiusmodi in spiritu lenitatis. Aliquādo spi-
 ritus vocat̄ ratio que preemiuet anime vt in
 danielē Spiritus & anime iustoz benedicite
 dominū. Aliquādo spiritus animam iunēto-
 rum significat. Vnde salemō ait. Spiritus
 iumentoz descendat deorsū. Aliquādo vocē
 hominis significat. Vnde dicit ap̄ls. Si orē
 lingua spiritus meus orat. mens autē mea si-
 ne fructu ē. Orabo ergo spiritu orabo & mē-
 te. Aliquando increpationē celestem. Vnde
 dicit̄ in psalmo. Ab increpatione tua domine
 ab increpatione spiritus ire tue. Ostendit er-
 go predicatorum verbi quia spiritu sancto in-
 flammati delinquētes populos increpabant
 quatinus auiciis recederent. Aliquādo ven-
 tū vt est illud. In spiritu vebemēti conteres
 naues tharsis Et in cōtrariā partem spiritus
 nomine spiritalia vicia denotant̄ Vnde dicit̄
 spiritus superbie spiritus ire spiritus tristi-
 tie spiritus fornicationis. Aliquādo nomine
 spiritus ipse dyabolus demonstrat̄. Vnde di-
 cit̄. Recessit a saul spiritus domini bonus &
 inuasit eum spūs nequam domino. Vnde &
 in euangelio ipsa veritas ait. Dum inuidus
 spiritus exierit de homine ambulat per loca
 inaquosa requiē querens & non inuenit. Et
 paulopost subiūgit dicens. Tunc assumit sep-
 tem spiritus nequiores se & intrantes habi-
 tāt ibi hoc ē cum plenitudine omnium vicio-
 rum. Vnde fiūt nouissima hominis illius pei-
 ora prioribus. Corpus dictum eo qđ corrup-
 tū perit. Solubile enim atq̄ mortale ē & ali-
 quādo soluendum. Caro autē a creādo ē ap-
 pellata. Crementum enim semē est masculi
 vnde animalium & hominū corpora concipi-
 unt̄. Hinc & parentes creatores vocant̄. Ca-
 ro autē ex quatuor elemētis cōpacta ē. Nam
 terra in carne ē aer in alitu humor in sangui-
 ne ignis in calore vitali. Habēt enim innobis
 elemēta suam queq̄ partem. cui quid debeat̄
 ostendit compago resoluta. Caro autem
 & corpus diuersa significant. Non semper in
 corpore caro. in carne semper corpus est. Nā
 caro est que viuit idē & corpus. corpus qđ
 non viuit idem non caro. Nam corpus dicit̄
 aut qđ post vitā est mortuum. aut sine vita
 ē cōditum. Interdum & cum vita corpus &
 non caro vt herba & lignū Misticē enim cor-
 pus corporalē significat creaturam vel homi-
 nis corruptā naturā. Vnde legit̄ in apostolo

corpora esse celestia & corpora terrestria.
Et alibi corpus inquit quod corrumpit aggra-
 uat animam. **N**am caro iuxta allegoriam ali-
 quando significat exteriorē hominē, aliquā-
 do literā legis & carnalem sensum, aliquan-
 do sapientiā humanā que cōtraria sentit deo.
Nam in aplo scriptum est. **P**rudētia carnis
 mors est. prudētia autē spiritus vita & pax.
Vnum atq; idem esse quod dicit prudētia car-
 nis mors & illud litera occidit. Igitur pruden-
 tia carnis mors ē. **C**ui mors ē anime sine du-
 bio. **Q**ui enim legem secundū carnem id ē se-
 cundum literā intelligit non venit ad xpm
 qui est vita. & ideo prudētia carnis mors ē
 prudentia vero spiritus vita & pax. **V**itam
 namq; & pacē que est xps habet. qui spirita-
 liter intelligit lege. **A**lter prudētia carnis
 peccatū ē. quod generat mortē. **P**rudētia enī
 ideo dicitur cum res stulta sit. quia secularib;
 hominibus errores visibilib; cepti. siue in
 sensu siue in actu contra legem dei prudētia
 videntur. **Q**uoniam inquit apus sapientiā carnis
 inimica est deo. legi enim dei non ē subiecta
 nec enim potest. **Q**uomō enim sapientiā car-
 nis hoc est carnalis intelligētia non sit inimi-
 ca deo que aduersat xpo que non recipit eū
 quem misit deus. que dicit nos legem habe-
 mus & secundum legem debet mori. quoniam
 filium dei se fecit. **N**otandum autem quod non
 carnem dixit inimicā sed sapientiam carnis.
 id ē non substantiā. sed actus aut cogitatio-
 nis siue asseuerationē que nascitur de errore. **S**api-
 entia ergo carnis est primum in loco astrorū
 ab hominibus inuenta disputatio. deinde vi-
 sibilium oblectatio. **H**ec inimica sūt deo quia
 elementorū dominum & opificē mundi. hys
 coquant que fecit astruētes nihil posse fieri
 preterquā mundi continet ratio. **Q**uamobrem
 negant deū fecisse ut virgo pareret aut mō-
 tuorum corpora resurgerēt quia stultum est
 inquit ut fecerit deus ultra quā sapit homo.
Hinc & alibi scriptum ē. **C**aro concupiscit ad-
 uersus spiritum. spiritus vero aduersus car-
 nem. **E**t rursum. **C**aro & sanguis regnū dei
 non possidebunt. hoc ē peccatrix vita & san-
 guinolenta non meret vitam habere eternā.
Nec corruptio incorruptelam possidebit. s;
 sancti & iusti viri immutati & immortales
 effecti p resurrectionem carnis in die iudicii
 ad regnum simul cum xpo transibunt ppetu-
 um. **S**ensus corporis quinque sūt. visus auditus
 odoratus gustus & tactus. **E**x quibus duo
 aperiuntur & clauduntur duo semp patentes sūt
Sensus dicti quia per eos anima subtilissime
 totum corpus agitatur vigore sentiendi. **V**n-
 de & p̄sentia nuncupantur quod sint p̄ sensibus

sicut p̄ oculis que presto sūt oculis. **V**isus est
 qui a philosophis humor vitreus appellatur.
Visum autē fieri quidā asseuerāt aut extre-
 ma etherea luce aut interno spiritu lucido p̄
 tenues vias a cerebro venientes atq; penetra-
 tis tunicis in aerē exeuntes & tunc cōmixtio-
 ne similis materie visum dātes. **V**isus dictus
 quod viuacior sit ceteris sensib; ac prestantior
 siue velocior ampliusq; vigeat quantū memo-
 ria inter cetera mētis officia vicinior ē cere-
 bro. vnde omnia manāt. **E**x quo fit ut ea que
 ad alios p̄tinent sensus vide dicamus. veluti
 cum dicimus. vide quomodo sonat vide quo-
 modo sapit sic zc. **A**uditus appellatus quod vo-
 ces hauriat. hoc est aere verberato suscipiat
 sonos. **O**doratus quasi aeris odoris attactus
Tacto enī aere sentit. **S**ic & olfactus quod odo-
 ribus efficiat. **G**ustus a gutture dictus. **T**a-
 ctus eo quod p̄tractet & tangat & p̄ omnia mē-
 bra vigorē sensus aspergat. **N**am tactu p̄ba-
 mus quicquid ceteris sensibus iudicare non
 possumus. **D**uo autē genera tactus esse. **N**am
 aut extrinsecus venit quod feriat. aut intus in
 ipso corpore orit. **V**nicuiq; autē sensui p̄pria
 naturam datā. **N**am quod videndum ē oculis
 capit quod audiendum est aurib; mollia & du-
 ra tactu estimant. **S**apor gustu odor narib;
 ducit. **I**n multis locis scripture sacre hys qui
 quinque sensus corporis p̄ quinarium numerum mis-
 tice exprimuntur ut est illud in parabola salua-
 toris vbi narrat seruus a domino suo quinque
 talenta accepisse & ea cum augmento eidem
 domino reuertenti representasse. **S**imiliter &
 in ceteris locis vbi quinarium numerus inser-
 tus est aut quinque libros legis aut quinque sen-
 sus corporis mystica significatio demonstrat.
Notandum autē quod iidem ipsi sensus qui in
 exteriori homine describuntur similimodo se-
 cundum modū suum in interiori esse mani-
 festantur quia spirituales res non corporalib;
 sensibus. sed spiritualibus rimande sūt. **V**nde
 diuina vox in cantico deuteronomii ait. **V**i-
 dete. quoniam ego sum deus. & non est
 alius preter me. **E**t in psalmo. **A**ttēdite po-
 pulus meus legē meam inclinate aurē vestrā
 in verba oris mei. **E**t in euangelio ipsa veri-
 tas ait. **Q**ui habet aures audiēdi audiat. **E**t
 in apocalypsi qui habet inquit aures audiēdi
 audiat. quid spiritus dicat ecclesiis. **E**t in
 psalterio. **G**ustate & videte quoniam suavis ē
 dominus. **E**t ap̄s xpi inquit bonus odor su-
 mus & in hys qui peunt. & in hys qui silui
 fiunt. **E**t in euangelio dominus mulierē emo-
 roissam fide se tetigisse magis quā corpore
 ostendit dicēs. **T**etigit me aliquis nam ego
 sensi virtutē de me exisse. **S**ic ergo cū omni

cautela obseruandum est quid ad corporis sensus. & quid ad anime pertineat dignitatez ne forte confusus ordo & irrationabilis estimatio alicubi repugnare videatur veritati. **Prima** pars corporis caput daturus illi hoc nomen eo quod sensus omnes & nerui inde incipiunt capiunt atque ex eo omnis viuendi causa oritur. **Ibi** enim omnes sensus apparerent. **Vnde** ipsius anime que consulit corpori quodammodo personam gerit. **Caput** vero quod prima corporis pars est ut supra diximus iuxta allegoriam aut christum significat qui est caput corporis ecclesie. aut diuinitatem saluatoris. **Vnde** legitur in apostolo **Caput** mulieris vir. caput viri christus caput christi deus. **Ponitur** enim aliquando caput per principalitatem mentis. **Vnde** scriptum est. **Omni** tempore sint vestimenta tua candida & oleum de capite tuo non deficiat hoc est. omni tempore sint opera tua & conuersatio munda & oleum caritatis atque misericordie de mente tua non deficiat. **Inuenitur** aliquando caput per incipitum ut est illud. **In** capite libri scriptum est de me. & quia in principio fecit deus celum & terram & in principio erat verbum & verbum erat apud deum & deus erat verbum. **Inuenitur** & aliquando nomine capitis prima tus cuiuslibet officii designari. **Vnde** dicuntur apostoli & doctores ecclesie capita esse gentium quia principes & magistri sunt fidelium populi. **Item** caput inchoatio bonorum operum sicut ipsa voluntas hominis ut in leuitico. **Ponet** manum super caput hostie sue. **Similiter** & in quibusdam locis duces & principes iniquorum capitis nomine censentur. **Vnde** dicitur. **Multiplicati** sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis. **Vt** ergo ostenderet plus esse numerum infidelium quam deuotorum dicitur multiplicatos esse perfidos iudeos super numerum capillorum id est recte credentium. **Vertex** est ea pars qua capilli capitis colliguntur. & in qua cesaries vertitur unde & nuncupatur. **Vertex** enim quando in bonam partem accipitur. significat summam iusticie vel perfectionem omnium virtutum. ut est illud in salomone. **Coronam** enim gratiarum accipiet vertex tuus. **Item** in malam partem ponitur vertex quando summam nequitiam significat. ut est illud psalmiste. **Verum** tamen deus conuassabit capita inimicorum suorum verticem capilli pambulantium in delictis suis. **Capita** inimicorum sunt auctores iudaice seditionis. sed & hereticorum sine dubitatione doctores. **Illi** enim in carne christum persecuti sunt ipsi autem crudeliores in ipsam etiam deserviunt deitatem si dici fas est. **Hi** tales sibi caluniarum inimicicias querunt ut ipsos quam capillorum vertices pambulare ac perscrutari posse videantur

Caluaria ab ossibus calua dicta per defectiorem & neutraliter pronuntiatur. **In** golgotha quippe quod interpretatur caluaria eo quod truncabantur ibi capita damnatorum crucifixus est dominus ut ibi prius erat area damnatorum. ibi erigeretur vexilla martirii. & quomodo pro nobis maledictum crucis factus est. & flagellatus & crucifixus sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigitur. **Capilli** vocati quasi capitis pili facti ut & decorem presentent & cerebrum aduersus frigus muniat atque a sole defendat. **In** capillis vero ornatus iusticie & decor virtutum in fidei anima demonstratur. **Cui** pro bonis meritis & sapientie doctrina multiplex merces in eterna beatitudine reseruat. **Vnde** ipse in euangelio ait **Vestri** autem & capilli capitis omnes numerati sunt. **Item** capilli virtutes anime designant. sicut in libro iudicum de sampson legitur qui capillos postquam perdidit statim ab inimicis captus lumen scientie amisit. **Possunt** & in capillis fructus populi accipi qui maximum decus sua numerositate prebent ecclesie. **Vnde** in cantico canticorum sponsus ad sponsam dicit. **Capilli** tui sicut greges caprarum que ascenderunt de monte galaad. **Galaad** enim acerum testimonii interpretatur. quod bene conuenit adunate multitudini sanctorum. **Item** capilli in contrariam partem positi reperiuntur in psalmo ubi vicia designant. **Multiplicati** sunt inquit super capillos capitis mei & cor meum dereliquit me. **Nec frustra** in comparatione delictorum capilli ponuntur. quia domini precepto in veteri testamento sacerdotes ipsa similitudine radebantur. **Pili** autem dicti sunt a pelle qua predeunt sicut & pilo dicitur a pila ubi pigmenta contundunt. **Significant** pili carnis cogitationes carnales quos radere nos a cordibus nostris scriptura sancta monet. **Vnde** & in libro numerorum iubetur leuite radere omnes pilos carnis sue. **Pili** carnis sunt quelibet superflua humane corruptionis. **Pili** carnis sunt vite veteris cogitationes quas sic a mente incidimus ut de amissione earum nullo dolore fatigemur. **Leuita** namque assumptus vocatur. **Oportet** ergo leuitas omnes pilos carnis radere. quia is qui in obsequiis diuinis assumitur. debet ante dei oculos a cunctis carnis cogitationibus mundus apparere ne illicitas mens cogitationes proferat & puleram anime speciem quasi pilis fructificationibus deformem reddat. **Cesaries** a cedendo vocata ideoque tantum virorum est. virum enim tonsuram esse decet. mulierem non decet. **Tamen** in deuteronomio legitur captiuam mulierem ante nuptum radere iussam cesariam & circuncidere unguem & deponere vestem in qua capta est

quod significat animam quae a deo pulcre creata est si in gentili conuersatione eam inuenerimus & sociare voluerimus corpori christi ut deposito idola tritiae cultu induat lugubribus penitentiae indumentis deploretque patrem & matrem hoc est omnem memoriam mundi eiusque carnales illecebras. Deinde nouacula verbi dei & doctrina omne peccatum infidelitatis eius quod mortuum & inane est abradat. Hoc enim sunt capilli capitis & unguis mulieris atque demum saluari lauacro mundata & purificata coniungat sanctis dei. scilicet cum iam nihil in capite mortuum nihil in manibus ex illis que per infidelitatem mortis dicuntur habuerit ut neque sensibus neque actibus immundum aliquid aut mortuum gerat. **Come** sunt proprie non celi capilli & est grecus sermo. Nam comas greci cainos a secundo nominant. Unde & cirri tondere dicuntur. Inde & cirri vocantur quod etiam greci mallonem vocant. **Come** vero capitis mystice cateruae sunt sanctorum qui christo capiti fidei famulatu adherent. Unde in cantico canticorum sponsa de sponso dicit. **Come** eius sicut elate palmarum nigre quasi coruus. Hec ergo come elate palme dicuntur propter caput domini nigre propter despectionem apud homines elate obuiosam nigre ob pressuras. **Crines** proprie mulierum sunt. dicti autem crines eo quod vittis discernantur. Unde & discriminalia dicuntur a quibus diuisi religantur. **Mystice** autem crines significant facta virtutum quas homo habet ex dono spiritus sancti. Unde in libro iudicum legitur quod sampson quam diu septem crines capitis integros habuit inuictus fuit postquam vero per fraudem mulieris tonsus est recessit ab eo fortitudo. quia quisquis per gratiam spiritus sancti virtutes spirituales seruat illesus manet. Si enim propter peccatum euacuatus fuerit gratia spiritali infirmus factus patet inimicorum captiui. Possunt & crines elemosinarum largitatem significare. Hinc est quod in euangelio mulier illa que pedes iesu lacrimis lauit crinibus extersit. & unguento unxit. ut instrueret nos minimis membris christi compati debere & superflua pauperibus erogare. & odore bonarum virtutum illis ferre opem. De quibus ipse dominus in fine dicturus erit. **Quod** vni ex his minimis fratribus meis fecistis mihi fecistis. Aliquando etiam in crinibus exprimuntur cateruae fidelium ut est illud in cantico canticorum quod sponsus ad sponsam dicit. **Vulnerasti** cor meum soror mea sponsa vulnerasti cor meum in vno oculo tuorum & in vno crine colli tui. In vulneratone cordis magnitudo amoris christi in ecclesia intelligitur qui

fit in vnitatem sanctam sanctorum id est oculorum & in vnitatem pia subiecte plebis id est crinium. **Tempora** sunt que caluarie dextra leuaque subiacent que ideo sic nuncupantur quia mouentur ipsaque mobilitate quasi tempora quibusdam intervallis mutantur. **Significant** autem vigilias corporis quas homo debet habere temporater in statu presentis temporis donec veniat somnus mortis. Hinc propheta ex persona christi in psalterio ait **Si** dederam somnum oculis meis aut palpebris meis dormitationem. aut requiem temporibus meis donec inueniam locum domino tabernaculum deo iacob. Hec omnia rationabiliter humanitati christi conuenire noscuntur. **Somnus** iste intelligendus est requies mortis. **Palpebrarum** quae & temporum motus vigilanti- etiam eius ante mortem demonstrant. quoniam reuera tempora capitis nostri requiem habere non possunt. quando oculi crebris motibus agitati vigilare noscuntur. Prius enim posuit somnum et postea quemadmodum ipse somnus impleat exposuit. Bene ergo mors domini somno similitur. quoniam tridua tantum pausatone susceptus est. qui nullam corpori corruptionem intulit sed quietem. **Facies** dicta ab effigie. Ibi est enim tota figura hominis & vniuscuiusque persone cognitio. **Vultus** vero dictus eo quod per eum animi voluntas ostenditur. secundum voluntatem enim in varios motus mutat. Nam facies simpliciter accipitur de vniuscuiusque naturali aspectu. **Vultus** autem animorum qualitatem significat. **Facies** autem duobus modis intelligitur hoc est corporea & spiritalis. Nisi enim esset interioris hominis facies non diceretur apertus. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculariter transformamur de gloria in gloriam tanquam a domini spiritu. Et iteque **Videmus** inquit nunc per speculum in enigmate. tunc vero facie ad faciem. Item facies summa in mente declaratio ut in euangelio & faciem tuam laua. **Apertum** est enim nos nunc imagines videre per fidem. tunc res ipsas hoc est post resurrectionem in eterna gloria. **Quod** autem dominus ad moysen dixit. faciem meam videre non poteris non enim videbit me homo & viuet. & iuxta iohannis vocem. deum nemo vidit unquam ita intelligendum est quod in hac corruptibili vita nullus perfecte contemplationem dei habere potest. **Viderunt** enim patres testamenti veteris dominum in hac vita positi. per quasdam imagines quibus ipse se voluit ostendere. sed future visionis eius gloriam illis reseruauit. qui eum in celesti beatitudine perpetualiter visuri sunt. **Aliter** ab eiusdem sententiae virtute non abhorret quod dicitur. **Non** enim videbit me homo & viuet quoniam

quisquis sapientiam que deus est videt. huic vite funditus morietur ne iam eius amore teneatur. Nullus quippe eam videt qui adhuc carnaliter viuit. quia nemo potest amplecti deum simul & seculum. Qui enim deum videt eo ipso morietur. quo vel intentione cordis vel effectu operis ab huius vite delectationibus tota mente separat. Nemo ergo deum vidit & vixit ac si aperte diceret. Nullus vnquam deum spiritualiter vidit. & mundo carnaliter viuit. Vultus enim aliquando per intellectum. aliquando per voluntatem & affectum positus est. Nam quod in psalmo propheta dixit piectus sum a vultu oculorum tuorum patri dicit filius sum a forma serui. Speravi quia me gratia tua desereret cum passionis tristitia prevaleret. In pauore utique mortis a vultu oculorum tuorum piectus sum. id est a conspectu misericordie tue. Et pulcre vultum dedit oculis quia ipsi quod maxime significant voluntates animorum. Vultus enim dicitur ab eo quod cordis velle per sua signa demonstrat sicut oculi diuinitatis cum respiciunt suam gratiam pollicentur. Illud autem quod dicitur vultus domini super facientes mala pronuntiat vultum domini id est intellectum esse supra malos quos sic attendit ut non respiciat. sic non respicit ut tamen eorum facta cognoscat. Frons ab oculorum foraminibus nominata est. Hec imago quedam animi mentis motum specie sua exprimit dum vel leta vel tristis est. Iuxta allegoriam vero frons verecundiam mentis aut impudentiam significat. Unde erubescere dicitur qui compungitur per delictis suis & se meliorare studuerit. Aliter de impudentis fronte exprimitur iherusalem per prophetam scelus suum cum ei dicitur. Frons mulieris meretricis facta est tibi. Et iterum dominus ad ezechielem ait. Ecce dedi faciem tuam valentiosem faciebus eorum & frontem tuam duriosem frontibus eorum. Ut adamantem & vitelicem dedi faciem tuam. Domus israel atque iudea frons est. & pacis audacie & duro corde & scorpionibus comparatur. ideo dedi tibi vultum durissimum et frontem que nullo pudore superes. Ex quo discimus interdum gratie esse dei impudentie resistere. & cum locutus poposcerit frontem fronte conterere. Hoc autem tribuit ne nostra verecundia & humanus pudor pertimescat insidias emulorum. Et in eodem propheta legitur. quod dominus iuberet viro qui indutus erat lineis & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis ut transiret per mediam ciuitatem in medio iherusalem. & signaret thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus que fiunt in medio eius. Que litera spectat crucis

christi tenet & signatur in frontibus fidelium & confirmatur in cordibus electorum. Unde dicit psalmista. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. quia sicut nummi imperatoris portat imaginem ita & fidelibus signa celestis principis imprimuntur. Oculi vocati siue quia eos scilicet tegmina occulunt. nequa incidentis iniurie offensione ledantur. siue quia occultum lumen habent id est secretum vel interpositum. Hii inter omnes sensus viciniore anime existunt. In oculis enim omne mentis iudicium est. Unde & animi perturbatio vel hilaritas in oculis apparet. Oculi autem idem & lumina & dicta lumina quod ex eis lumen manat vel quod ex initio sui clausam teneant lucem. aut extrinsecus acceptam visui proponendo refundant. Oculus igitur non solum corporis visum sed etiam cordis demonstrat intuitum. Quod psalmista ostendit dicens. Leuaui oculos meos in montes & in iherusalem leua inquit oculos tuos & vide. Nam cum dicit leuaui ostendit ad contemplationem aliquam fuisse peruectum. Leuare enim est aliquid ad altiora transferre. Oculos meos utique cordis aspectum de quibus scriptum est. Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Et illud Preceptum domini lucidum illuminans oculos. Nam si istos carnales aduertas quod potuisset inde proficere. Si montes consitos silis aut saxis squalentibus legisset intendere. Sed hoc si spiritualiter inquiras omnino proficuum est ut oculos cordis sui siue ad sanctos viros siue ad libros diuinos siue ad sublimes angelos credatur eleuasse qui magnitudine & firmitate sua vere montes sunt. Unde etiam competentis sustinebat auxilium. Et in euangelio ipsa veritas ait. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum & pice abs te. Hic vero cogitationem & sensum in diuersa voluntatem nuncupauit oculum per dexteram autem voluntatis & affectuum initia demonstrant. Quam sententiam & aliter possumus intelligere. Videtur mihi non incongrue accipi in hoc loco de bere oculum dilectissimum amicum. Nam hoc est utique quod membrum recte possumus appellare quod vehementer diligimus & ipsum consiliarium quia oculus est tanquam demonstrans iterum. & in rebus diuinis quia dextra est ut sinister sit dilectus quidem consiliarius. sed in rebus terrenis ad necessitatem corporis pertinentibus. Item in illo euangelio ubi dominus discipulis ait. beati oculi qui videt que vos videtis ibi intellectus fidelis & simplex affectus demonstratur quo dominus intueus est. Nam & in illa sententia qua saluator ait. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum

erit. Si autē nequam fuerit etiam corpus tuum tenebrosū erit. Per oculū intentionē cordis et intellectum animi designat quia cū bona intentione & voto placēdi deo aliquid agimus totum corpus operis nostri illuminatur. **Q** si intentio puerſa erit etiam opus p̄ eam confectum tenebrosū erit. Oculi duo actiuam & contēplatiuam vitam vt quidam volunt figurare dicunt. Deniq; quādo legimus oculos domini nos respicere vt est illud ecce oculi domini sup̄ timentes eum. & oculi domini sup̄ iustos cōtinuam gratiā diuinitatis ostendit. quia pietas ipsius eos p̄tegit. quos se timere cognoscit. **Scire** & enim debemus qđ oculi domini in omni loco contēplantur bonos & malos quia nihil illum latet omnia enim nuda & apta sūt oculis eius sed bonos respicit miserādo. malos autē per iudiciū damnando. **Pupilla** est medius punctus oculi in quo vis est videndi. vbi quia parue imagines nobis vident̄ p̄pterea pupille appellatur. Nam paruuli pupilli dicunt̄. Hanc pleriq; papulā vocant. Vocatur autē pupilla q̄ sit pura atq; impolluta vt sunt puelle. **Phisici** dicunt easdem pupillas quas videmus in oculis morituros ante triduum non habere quibus non visis certa ē desperatio. **Circul⁹** vero quo a pupilla albe partes oculi separantur discreta nigredine corona dicit̄ qđ rotūditate sui ornet ambitū papule. **Mistice** pupilla oculi significat intentionē puri cordis per quā cernit̄ iusticia & discernit̄ verum a falso. **Vnde** p̄pheta precat̄ in psalmo dicens **Custodi** me domine vt pupillā oculi **Pupilla** est enim vt supra ostendimus in medio posita p̄spicua pars oculi qua corporum colores varia qualitate discernimus dicta a paruitate sui pupilla quasi pusilla. **Huic** conuenienter comparatus est x̄ps. cui datum ē in iudicio suo iustos a peccatoribus segregare. **Aptissimi** me itaq; petit custodire se vt pupillam oculi quādo & p̄ ipsam res visuales discernim⁹ & in nostro corpore nihil prestantius inueniē. **Palpebre** sūt sinus oculoꝝ a palpitatione dicte quia semper mouent̄. **Concurrūt** enim inuicem vt assiduo motu reficiāt obtutū. **Munite** sūt autem vallo piloꝝ vt aptis oculis si quid inciderit repellaēt & somno cobibentibus tanquā inuoluti quiescant latētes. **In** summitate autē palpebrarū locis quibus se vtraq; clausa cōtingunt extant admoti ordine seruato capilli. tutelā oculis demonstrantes vt irruētēs facile iniurias excipiāt. ne ex eo noceant. vt pulueris vel cuiusquā crassioris materie arceant cōtactum aut ipsum q̄ aerē concidendo mitificent quo tenuē atq; serenum

faciant visum. **Palpebre** mistice possunt accipi occulte dispensationes dei que gerunt̄ i homine. **Vnde** dicitur in psalmo de domino **Oculi** eius in pauperē respiciūt palpebre eius interrogant filios hominū. **Ergo** quia in domino mēbrorum ministeria per allegoriaz frequenter aptant̄. dicit eum non solum quādo intendit oculis. sed etiam tunc requirere id ē cōsiderare filios hominū cum ea negligere quasi dormiens estimaēt. **Palpebre** quippe dei eius iudicia sunt que aliquid nobis claudūt aliquid aperiūt. que aperiēdo nos interrogant si intelligēdo non extollimur. claudēdo nos interrogāt si non despiciamus que intelligere non valemus. **Item** in iob de leuiathan ita scriptum ē. **Oculi** eius vt palpebre diluculi. **Sternutatio** eius splendor ignis quā sternutatio caput maxime cōcutit. **Sternutatio** istius vocat̄ illa extrema cōmotio qua dā natum hominēz ingredit̄. & per eum sup̄bis principat̄. **Recte** eius sternutatio splendor ignis vocatur. **Ante** re p̄borum enim oculos ignis apparet. cum signoz virtutibus lucet. **Et** oculi eius vt palpebre diluculi. **Nam** consiliani ei⁹ in oculis designant̄. **Qui** recte palpebris diluculi comparant̄. **Palpebris** namq; diluculi extremas noctis horas accipimus in quibus nox quasi oculos aperit dum venturē lucis iam inicia ostendit. **Lacrimas** quidā a laceratione mētis putant dictas alii existimant ideo qđ greci darsiria vocant. **Quid** enim lacrimae ex cōpuncto corde effuse efficere possunt ostendit p̄pheta dicens. **Fuerūt** mibi lacrimae mee panes die ac nocte. **Audiāt** hoc qui domino flere non appetūt. iuges lacrimas non in ediam sed sacietatē potius intulisse. **Nec** imerito. quia fletus ille cibus ē animarum corroboratio sensuū absolutio peccatorum resectio mentium lauacra culparū. **Sed** per has lacrimas significat afflictionibus erudiri posse populū. **Diem** p̄speritatem debemus accipere noctē vero tristitiam. **Cilia** sūt tegmina quibus cooperiant̄ oculi & dicta cilia qđ celent oculos tegātq; tuta custodia. **Supercilia** dicta quia supposita sūt ciliis que idcirco pilis vestita sūt vt oculis munita p̄tendant & sudorē a capite defluentem depellāt. **Intercilium** vero est medium illud inter cilia & supercilia qđ sine pilis est. **Quid** supercilia significant superius dictū est. vbi per legislatorem in mundatione leprosi radi iubent̄ capilli capitis barbaq; & supercilia & omnis pilus qui i corpore ē. **Gene** sūt inferiores oculoꝝ partes vnde barbe inchoant. **Nam** greci genos barbe. hinc gene qđ inde incipiāt gigni barbe. **In** genis ergo aliquādo

virtutes aliquando spiritales patres iuxta allegoriam significant. Nam sponsa de sponso in cantico canticorum dicit. **Gene illius sicut areole aromatum** sicut a pigmentariis. **In genis saluatoris nostri eius modestia pietas simul & seueritas exprimit.** Areole aromatum virtutes & dulcedo & fama glorie eius designant. **Pigmentarii vero prophetae sunt & apostoli qui futura incarnationis eius archana patefecerunt.** Item sponsus de sponsa dicit. **Cortex mali punici gene tue absque oculis tuis.** Gene sancte spiritales sunt patres qui virtutibus sunt mirabiles & moribus venerabiles & in cruce christi gloriari non erubescunt. **Et hec magna sunt valde que videntur, sed multo maiora que non videntur & in futurum reseruantur.** que oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit que preparauit deus his qui diligunt eum. **Item sponsus ad sponsam dicit. Pulcre sunt gene tue sicut turturis hoc est tanta te verecundie salutaris virtute decorauit, ut castitatem promissam mihi fidei nulla prauorum doctorum seductione corrumpas.** Male sunt eminentes sub oculis partes ad protectionem eorum subpositae, vocate male siue quae infra oculos prominent in rotunditate quam greci mela appellant, siue quae sint supra maxillas. **Maxille per diminutionem a malis sicut paxillus a palo taxillus a talo.** Maxilla ergo aut doctores significat aut disciplinam corporalem per quam bruti & inobedientes continentur. **Nam quae in libro iudicum scriptum est sampson maxilla asini vel mandibula pulli asinarum deuulsi & percussisse mille viros tipice exprimit gesta saluatoris nostri.** **Quid hic per maxilla asini, nisi predicatorum ecclesie personae significant.** Redemptor enim noster simplicitatem atque patientiam predicantium siue mansuetudine tenens a viciis suis carnales interfecit, & maxilla in terram picta postmodum aquas fudit, quia data morti predicatorum corpora magna populis monstrare miracula. **Quae autem in psalmo scriptum est, nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intellectus in freno & chamo maxillas eorum constringe.** **Ideo ergo iste comparationes sunt posite quia equus sine discretione sessoris seruit arbitrio & a quocumque fuerit ascensus excurrit.** **Mulus autem pacienter accipit sarcinas quibus fuerit oneratus, & per hoc utriusque intellectum non habet quia nec ille eligit cui obediat nec iste quibus oneribus ingratur intelligit.** **Prohibet ergo huiusmodi homines diabolicis fraudibus insideri & viciose oneribus pregruari, ne male obediendo superbie magis partibus addicantur.** **Nam quae ait in freno ad equum**

pertinet frenum enim a ferum retinendo dictum est. Ferum quippe antiqui caballum dixerunt. In chamo ad mulum respicit. **Maxilla vero animalium, quibus esca manditur ut corporis vita percipitur.** Ipsas ergo maxillas per figuram allegoricam dicit inobediendum debere constringi id est copias vituales partius dari ut iuniorum necessitate conclusi creatoris subdant imperio. **Barbam veteres vocauerunt quae viros sit non mulierum.** Barba autem significat apostolos & apostolicos viros. **Vnde est illud. Sicut ungentum in capite quae descendit in barbam barbam aaron quae descendit in oram vestimenti eius.** **Barbam siquidem bene dicimus apostolos quoniae hec robustissime virilitatis indicium est, & fixa sub suo capite id est christo perseverat.** **Multis enim passionibus diuino munere superatis apostoli viros se constantissimos per dei gratiam probauerunt, seruantes etiam regulas quae a domino acceperunt, sub suo se mansisse capite monstrauerunt.** **Sed ne hanc barbam cuiuscumque hominis fortassis aduertes addidit aaron qui christi speciem preferens iam ipsum in sacerdotio suo sub quadam imagine gestabat.** **Quod descendit in oram vestimenti eius.** **Ora vestimenti domini saluatoris significatur ecclesia quia usque ad extremitates eius descendit spiritus sanctus quando baptizatus usque in finem seculi misericordie suae dignationem sanctificat.** **Auribus inditum nomen a vocibus hauriendis.** **Vnde & virgilius, vocemque his auribus hausit.** **Aut quia vocem ipsam greci audenliden vocant ab auditu per immutationem litere aures quasi aures nuncupate sunt.** **Vox enim repercussa per amfractus eorum sonum facit, quo sensum excipiant audiendi.** **Per aures enim ut iam diximus mystice auditus internus anime significatur siue obedientia in preceptis dei seu auditus fidei vel intellectus.** **Vnde scriptum est. Qui habet aures audiendi audiat, hoc est corde intelligat.** **Et iterum in malam partem, aures eorum aggraua ne forte audiant.** **Rogamus etiam deum exaudire preces nostras.** **Vnde est illud psalmiste. Exaudi domine iustitiam meam intende deprecationi mee, hoc est clementer preces nostras suscipe affectu.** **Nam intendere oculorum est preces admittere aurium.** **Sed ideo ista verba sociata sunt ut ambarum rerum vnus intelligeretur effectus.** **Quicquid enim vel auris audit vel oculus videt vel manus palpat, vel que palatus gustat, vel nasus odoratur deo sola contemplationis virtute notissima sunt.** **Nares idcirco nominantur quia per eas vel odor vel spiritus manare non desinit, siue quia nos odore admonent ut norimus aliquid ac sciamus.** **Vnde**

Lab

hec contra insci ac rudes ignari dicunt. **O**lfesse. n. scisse veteres dicebat. In odoratu enim discretio boni ac mali designat. In scriptura vero sacra vocabulo narium aliquando fatuitas aliquando antiqui hostis instigatio. aliquando vero prescientia solet intelligi. Naribus namque fatuitas designat scientie ut superius salemone attestante docuimus qui ait. **C**irculus aureus in naribus suis. mulier pulchra & fatua. **N**arium nomine exhalantes insidie atque instigatio antiqui hostis accipit quod in libro iob de illo dominus attestat dicens. De naribus eius precepsit fumus ac si dicat. De pueris instigatione illius in humanis cordibus caligo neque sine cogitationis surgit per quam videntium oculi tenebescunt. In naribus quoque prescientia designatur sicut per prophetam dicit. **Q**uiescite ab homine cuius spiritus est in naribus eius quia excelsus reputatus est ipse. **R**edemptoris ergo nostri spiritus esse in naribus eius dicitur. ut videlicet scientia illius esse in prescientia designet. Per nares aliquando doctores sancti exprimunt. aliquando insidie antiqui hostis. Nam in cantico canticorum sponsus ad sponsam dicit. **N**asus tuus sicut turris libani. In naso verbi dei dispensatores causa discretionis designantur turris quia eminentissimum locum tenet in ecclesia. **I**tem in naribus spiraculum fidei bonarumque virtutum exprimitur ut est illud in iob. **S**piritus diuinus in naribus meis. **I**tem in malam partem narium trahitur significatio ubi dominus de leuiathan ad iob locutus ait. De naribus eius precepsit fumus id est dyaboli quia de miraculorum insidiis ad momentum etiam caliginosa dubietas generat. **H**inc rursus de vebemoth ait. In sudibus perforabis nares eius. **Q**uid perfudes nisi acuta consilia sanctorum. que huius vebemoth nares perforant. dum sagacissimas eius insidias & vigilando circumspectiunt & supando transfigunt. **S**ive ipsius verba domini sudes sunt quibus vebemoth nares perforantur. **Q**ui cum deum incarnatum esse dubitaret hoc ex petitis miraculis temptando cognoscere voluit dicens. **S**i filius dei es dic ut lapides isti panes fiant. **S**ed dum a domino audiuit hec. & hec sententiarum eius a cuminibus indagatio antiqui hostis percussa est. **O**s dictum quod per ipsum quasi per ostium & cibos intro mittimus. & sputum foras percipimus. vel quod unde ingrediuntur cibi. inde egrediuntur sermones. **O**s aliquando per significationem ipsum verbum hoc est ihesum christum qui nobis suam patrisque annunciat voluntatem. aliquando spiritum sanctum. ut est illud. **O**s domini locutum est. **L**oquitur utique ipse qui loqui facit

Nam quamuis alieno ministerio sermo deprecatur. spiritus sanctus tamen loquitur cuius precepta vulgantur sicut dicit beatus apostolus petrus. **N**on enim unquam voluntate humana allata est prophetia. sed spiritus sancto affecti locuti sunt sancti homines dei. **A**liquando internam cogitationem hominis ostendit ut est illud. **O**s iusti meditabitur sapientiam. **N**on enim dicitur meditatur sed meditabitur de futuro. **O**s hic cogitationem debemus accipere. quia de lingua sequitur quid loquatur. **M**editabitur ergo sapientiam non scripturarum lectione. sed cordis purissima visionem. **I**bi enim non literis sapientia colligitur. sed celesti largitate inelaborata prestatur. **S**imiliter os in contrariam partem ponitur ubi ad peccatorem dicitur. **O**s tuum abundauit nequicia & lingua tua concinnauit dolum. **O**s per dolosa cogitatione positum est. & lingua per falsa laudatione. vel consilio maligno. **O**s locutio bona vel mala ut in euangelio. **E**x verbis tuis iustificaberis & ex verbis tuis condemnaberis. **A**liquando vero os ponitur per ipsas verbas ut est illud in apocalypsi. **E**t in ore ipsorum hoc est in verbis eorum non est auditum mendacium. **E**t in psalmo. **O**s meum loquitur sapientiam & meditatio cordis mei prudentiam. **S**apientia pertinet ad res diuinas edocendas prudentia ad res probabiles instituendas. **S**ic omnis sermo diuinus duabus huius virtutibus indicatur. **L**abia a lambendo nominata. **Q**uod autem superius est labium dicimus. quod inferius eorum grossius sit labrum. **A**lii virorum labra mulierum labia dicunt. **L**abia aliquando per occulto verbo. aliquando per manifesto ponuntur. **P**ro occulto ut est illud salemonis **L**abia iusti considerant placita & os impiorum pueris. **P**ro manifesto autem ut est illud in psalmo. **L**abia mea laudabunt te. **I**tem in cantico canticorum sponsus ad sponsam dicit. **S**icut vitta coccinea labia tua & eloquium tuum dulce. **V**itta coccinea doctrina veritatis intelligitur. **L**abia spiritus est coccineo assimilantur. quia dominici sanguinis quo redempta est precium predicare non cessat ecclesia vel quia predicatio sancta caritatis ardore flammam facit. **I**tem spiritus de sponsa dicit. **L**abia illius lilia distillantia mirram primam. **L**abia illius verba sunt doctrine. lilia quia claritatem celestis regni permittunt. distillantia mirram primam quia per contemptum voluptatum presentium ad hanc pueniendum esse predicant. **L**ingue a ligando cibo putat varro nomen impositum alii quod particulatos sonos verborum ligat. **S**icut enim plectrum cordis ita lingua illidit dentibus & vocalem sonum efficit. **S**ic & lingua eorum eloquium format. per loquela ponitur. **V**nde dicuntur genera linguarum. quia diuersi sunt

soni verborum. **L**oquebant enim variis linguis
apostoli magnalia dei. quia per spiritus sancti gra-
tiam acceperunt loqui posse omnibus linguis
laudem dei. **I**tem lingua doctrina recta vel
prava ut in salemone. **L**abia sapientium disse-
minabunt scientiam lingua pravorum pibit. **D**en-
tes greci odontes vocant & inde in latinum
trahere nomen videntur. **S**ignificant dentes
aliquando doctores ecclesie. ut est illud in can-
tico canticorum. **D**entes tui sicut greges tonsa-
rum. **I**n dentibus vero perfectiores quique & ad
regendam ecclesiam dei aptiores designantur
Illi enim comminuunt sententias sacrarum scrip-
turarum. & in partem redigunt fidelium ani-
marum. **I**tem in psalmo prophetam ad dominum
dicit. **D**entes peccatorum contriisti id est detra-
hentium verba mordacia qui potestate diui-
ne nefandis dogmatibus obloquuntur. **D**entes
enim dicti sunt a demendo. & ideo pulcre ni-
mis lingue detrahentium dentes vocantur quia
sicut illi ciborum partes demunt. ita & isti opi-
niones hominum adhibita detractioe corro-
dunt. **D**entes intellectus siue locutio bona vel
mala. ut in exodo. **O**culum pro oculo dentem
pro dente. **P**alatum nostrum sicut celum est po-
situm. & inde palatum a polo per derivationem
Sed & greci similiter appellant. eo quod per sui
concauitate celi similitudinem habeat. **S**icut
palatum super linguam extat & sub eo verba for-
mantur sic nostra locutio. celesti sapientie &
spirituali doctrine subiungere se debet ut uti-
lem doctrinam & proficuum auditoribus suis per-
ferre possit. **F**auces a fundendis vocibus no-
minate eorum per eas famur voces. **A**rterie vo-
cate siue que per eas a pulmone aer hoc est spi-
ritus fertur. seu que artis & angustis meatibus
spiritum vitalem teneant. **V**nde vocis sonus
emittunt & soni unum sonaret. nisi lingue
motus. distantias vocis efficeret. **F**auces iu-
dicium intellectus significare valent. ut est
illud. **V**bi sunt fauces mee nonne sapientiam
meditantur. **I**tem fauces mandatorum dei custo-
diam significant quia sicut per sonos faucium
verba proferre debet sic doctor catholicus per
mandatorum dei custodiam predicationis sue per-
fectum ostendere debet. **H**inc & in psalmo
scriptum est. **L**ingua mea adhaesit faucibus
meis. **N**am cum omnis gustus sapiat in pala-
to considerandum. **H**ic quare dixit faucibus
meis. **F**auces enim sunt gutturis nostri via.
ubi iam deglutita dulcedo nulla sentitur. **S**ed
quod de eloquio domini erat absolute dicturus
mirabiliter illam partem posuit ut cito ad cor-
dis nostri penetrabilia perveniret. **R**ursus scrip-
tum est. **L**aboravi clamans. rauce facte sunt fau-
ces mee. **L**aborabat ergo christus clamans quando

non audiebat a perfidis rauce facte sunt fauces
eius quia dicta eius nequaquam sacri legis po-
pulus audiebat. **M**entum dictum quod inde ma-
dibule oriatur vel quod ibi iugantur. **I**n mento enim
ubi barba maxime prenditur. ostendit ad esse
debere mansuetudinem vere doctrine. nec ali-
quod ibi commisceri fraudis & malicie. **H**inc est quod
ioab amase mentum dextera manu tenuit & sinis-
tra gladium latenter mittens eius viscera ef-
fudit. **D**extera namque mentum tenere est quasi
ex benignitatibus blandire. sed sinistram ad
gladium mittit qui latenter ex malicia percu-
tit. **C**ollum dictum quod sit rigidum & heret
ut columna baulas caput & sustentas quasi
capitolium. **C**uius anterior pars gula vocatur
posterior cervix. **C**ervix autem vocata quod
per eam partem cerebrum ad medullam spine di-
rigatur quasi cerebri via. **V**eteres autem plu-
rali tantum numero ceruices dicebant. **P**ri-
us ostensus ceruicem singulariter dixit. **C**er-
uix autem numero singulari membrum ipsum
significat. **N**am pluraliter contumaciam sepe
demonstrat. **C**icero in verrem. **P**retorez tu
causes frange ceruices. **I**n collo intelligentie
decor vel predicationis fortitudo. siue etiam do-
ctores sancti exprimuntur. ut est illud in canti-
co canticorum. **C**ollum tuum sicut monilia & ite-
rum sicut turris inquit dauid collum tuum.
Turris dauid ecclesia est catholica. collum pre-
dicatores sancti. **V**nde in eadem civitate con-
stantia firma est. & vndique inexplanabilis.
Item collum vel cervix in malam partem acci-
pitur. ut est illud de sapientia testimonium.
Superborum & sublimium colla propria virtute
calcauit. **E**t in psalmo dominus inquit iustus
concidet ceruices peccatorum. **C**eruices autem
per superbia positae scriptura testatur dicens
Cerno quod populus iste dure ceruicis sit. **E**t bea-
tus stephanus in passione sua iudeos arguens
dicit. **D**ura ceruice & incircumcis cordibus
& auribus vos semper spiritui sancto resistitis
sicut patres vestri. **I**stis ergo hec vicissitu-
do redditur ut ceruices quas contra dominum le-
taliter extulerunt. iugo ipsius suavi salutaris
humilitate subdantur. **Q**uod sepe de persecu-
toribus factum esse meminimus ut fierent pre-
dicatores sanctissime religionis quae prius ido-
la nefandissimis persuasionibus vindicabant.
Gurgulio a gutture nomen accepit. cuius me-
atus ad os & nares prendit habens viam quam
vox ad linguam transmittitur. ut possit verba
collidere. vnde & garrere dicimus. **G**uttur
aliquando significat dulcedinem legis dei. ut est
illud sponse de sponsio. **G**uttur illius suavissi-
mum & totus desiderabilis. **I**n gutture inter-
na dulcedo verborum illius memoratur quam qui

sapit nō esurit. **T**otus desiderabilis est. quia totus deus & totus homo in quē desiderant & angeli p̄spicere. deus in maiestate patris homo in virginitate matris. in illa creator in hac saluator. **I**tem & in contriā partē guttur accipit vt est illud. **S**epulcrum patens ē guttur eoz̄ linguis suis dolose agebant. **P**er figuram parabole nimis cōpotēs facta pbatur allusio. **S**epulcrum enim mortui guttur est mentientis quando exitiabilem sibi vanitatem in faucibus reuoluit quē malum. mortis infligit. **M**erito ergo sepulcrum dictum est guttur eoz̄ qui mortifera loquebant. **N**am sicut illa cum patēt fetidos odores exhalant ita & istorum guttur pestiferos sermoues p̄ferebat. **G**ula autē q̄ a deglutendo nuncupata est aliquando p̄ acceptione cibi vel potus ponitur. aliquādo p̄ uoracitate id ē cōmessatione & ebrietate que castrimargia dicitur. & vnū est de octo principalibus viciis. **C**ontra quā ipsa veritas ad discipulos ait. **A**tendite vobis ne forte grauetur corda vestra in crapula & ebrietate. & apostolus non in cōmessationibus inquit & ebrietatibus. quia ebrioli regnum dei non possidebūt. **H**umeri dicti quasi arme ad distinctionē hoīs a pecudibus mutis vt hū humeros illi armos habere dicant. **N**am pprie armi quadrupedū sūt **N**umeri operatio vel pondus eiusdeꝝ operis sicut in exodo in ornamento sacerdotis sup̄ humerale precipitur. **B**rachia a fortitudine nominata. **B**ari enim grece graue & forte significatur. **I**n brachiis enim thori lacertorum sūt & insigne musculorum robur existit. **H**ū sūt thori. i. musculi. & dicti thori q̄ illic viscera torta videant. **H**umerus autē p̄ onere aliquādo positus reperit aliquādo p̄ fortitudine. **D**icit enī in benedictione isachar qd̄ ipse fuerit asinus fortis & supposuerit humerū suum ad portandū. **I**n quo intelligit simplex gentilitas que se idcirco ad robur boni opis erigit. quia ad eternā vite patriam tendit. **V**nde etiam & ponit humerū ad portandū quia dum ad p̄missam requiem puenire desiderat. cuncta mandatoꝝ onera libenter portat. **L**egitur & in esaya de domino saluatore qd̄ factus sit principatus sup̄ humerū eiꝝ eoz̄ crucem suam ipse portauerit vel per humerum ostendens brachii fortitudinē eodē esaya dicente. **R**euelauit dominus brachiū sanctum suum omnibus gentibꝝ. **E**t rursum **D**omine qs̄ credidit auditui nostro & brachium domini cui reuelatū est. **C**ubitus dicitur qd̄ ad cibos sumendos in ipso cubamus **I**n cubito autem aliquando auctor & redemptor humani generis designat vt est illud in

constructione arche noe. **E**t in cubito inquit consummabis summitateꝝ eius. **I**n vno ergo cubito consummat archa. quia vnus est auctor & redemptor sancte ecclesie sine peccato. ad quē & per quē omnes p̄ficiūt. qui se esse peccatores nouerūt. **I**tem cubiti duo precepta caritatis **V**nde & archa testamēti que tipum ecclesie habuit duos cubitos habuisse in longitudine pbibetur. **V**na secundum quosdam vtriusq̄ manus extensio est. secundum alios cubitus qd̄ magis verum ē. quia grece olenos cubitus dicit. **V**na significat bonam operationem. **V**nde simeon dicit x̄pm in vlnis suscepisse & dominum benedixisse **Q**uid est enim cristum in vlnis suscipere. nisi pius hunc operibus velut mēbris nostris amplectere. **P**er vlnas enim virtutum operatio exprimit. **C**um enim quis in alio esurientē cristum faciat in alio sicientem potat. in alio hospitem suscipit. in alio nudum operit. in alio infirmum vel in carcere positum visitat. hū p̄cul dubio deuotis actionibꝝ tanquā ipsum x̄pm amplectitur. **A**le subbrachia sūt appellate eoz̄ ex eis in modum alarū motus brachiorum inchoat. **Q**uas quidam ascellas vocant qd̄ ex eis cillent id ē mouent. **V**nde & ascilla dicta ab eo qd̄ cillantur. hoc est mouent omnia **N**am cillere ē mouere. **A**scella aliq̄do p̄ desidia posita reperit & ociositate. **V**nde est illud in p̄uerbiis salemonis. **I**n desiderijs est omnis ociosus. **E**t itez̄. **A**bscondit piger manum suam sub ascella & laborat si ad os suum applicauerit eam. **Q**uia piger & desidiosus magis appetit desidiam carnalem quā virtutū operationē. abscondit manū suam sub ascella. nec vult operationē suam p̄fessionī sue concordem facere. maxime cū scriptum sit. **C**orde credit ad iusticiam ore autem p̄fessio fit ad salutem. **V**nde & sapientia alibi dicit. **Q**ui operant in me non peccabunt. **H**inc & ipsa veritas ait. **N**on omnis q̄ dicit mihi domine domine intrabit in regnū celoz̄. sed qui facit voluntatē patris qui in celis est ipse intrabit in regnum celoz̄. **M**anus dicta qd̄ sit totius corporis munus. **I**psa enim cibum ori ministrat. ipsa operat omnia atq̄ dispensat. p̄ eam accipimus & damus. **A**busiue manus etiā ars vel artifex vnde & manus precium dicimus. **M**anus aliquando potestatem significat vt est illud psalmiste quo ad dominum ait. **I**n manibus tuis tempora. **E**t iacob patriarcha ad iudam filium suum. manus inquit tua in ceruicibus inimicorum tuoz̄. **A**liquādo discretionē iudicii. vt est illud. extendit manum suā in retribuendo illis. **M**anus hic virtutem iudicii signā

ficat. que tunc ostendit quādo illam discreti
onem bonorum & malorum fecerit. **Manus** pro
bona operatione aliquādo ponit ut in psalmo
Manus tue fecerunt me & plasmaverunt me.
& alibi. **deum** inquit exquisivi manibus me-
is. **Item** manus virtus anime siue opus bonū
ut in psalmo. **Labores manuum tuarum man-**
ducabis. In contrariam vero partem manus ac-
cipiunt ut est illud. **Secundū operationem**
manuum suarum retribue illis. **Dextera** vo-
catur a dando. **Ipsa** enim pignus pacis datur
ipsa fidei testis atque salutis adhibet. & hoc ē
illud apud tullium. **Fidem publicā iussu senatus**
dedit id ē dexterā. **Vnde** & apud **Dexteras**
inquit dederunt mihi & barnabe societatis.
Sinistra autē vocata. quasi sine dextera siue
quā rem fieri sinat. **A** sinendo autem sinistra
est nuncupata. **Per** dexteram enim aliquādo
designatur christus filius dei propter effecti-
uam potentiam. de quo scriptum ē dextera
domini fecit virtutē. dextera domini exalta-
uit me. aliquādo eterna beatitudo. vnde ip-
se xps dicit in dextera dei sedere. hoc est in
eterna beatitudine regnare. aliquādo electi-
onem sanctorum vnde dicunt iusti stare ad dex-
teram iudicis hoc ē eterna beatitudine dig-
ni & peccatores ad sinistrā hoc ē in partem
republicam qui supplicio traditi sūt **Hic** implet
quā alibi scriptum ē. **In** dextera dei ignea lex
a sinistra autē eius republice. **In** sinistra ergo do-
mini republice positi erūt. qui & sinistra hoc est
presentia quā diu vixerūt ardētī cupiditate
amauerūt. nec eternoꝝ que per dexteram sig-
nificant desiderium habuerūt. **Item** dextera
significat amorē eterne vite. & sinistra dele-
ctationē laudis presentis seculi. **Vnde** dicit
Te autē faciēte elemosinam nesciat sinistra
tua quid faciat dextera tua. ut sit elemosina
tua in abscondito. & pater tuus qui videt in ab-
scondito reddet tibi. **Quid** ē in abscondito nisi
in ipsa bona conscientia que humanis oculis de-
monstrari non potest. nec verbis aperiri. **Rur-**
sum per dexterā significat futura vita & per
sinistram presentis. **Vnde** de domino scriptū
est. **In** dextera eius longitudo dierū & in si-
nistra eius diuitie & gloria. quia hic sancti
diuitias virtutum colligūt & in futuro con-
templationem vultus dei percipient. **Nam** &
alibi inuenit dextera per prosperitatem posita. si-
ue hominum favore & sinistra per aduersitatem
huius vite vel vitupationem ut in esaiā. **Hec** ē
via ambulate in ea. neque ad dexteram neque
ad sinistram. sicut dies aliquādo prosperitatem
significat & nox aduersitatem. **Aliquādo** dex-
tera bona opera exprimit que domino placēt
& sinistra mala quae ei displicēt. **Dextera** ami-

cus siue vxor vel filii. vel quilibet propinquus si-
cut quidā volunt intelligi ut in euāgelio. **Si**
dextera manus tua scandalizat te. abscide eā
& pice abste. **Palma** est manus expansis di-
gitis sicut contractis pugnus. **Pugnus** autem
a pugillo dictus. sicut palma obpanis palme
ramis. **In** palma amplitudo eloquentie aliquā-
do signat. sicut in pugno angustus tactatus
argumentorum & conclusio syllogismorum. **Vnde** qu-
dam sapientium de dialctica & rethorica dis-
putans ait. **Dialctica** & rethorica est quae in
manu hominis pugnus astrictus & palma di-
stensa. **Ille** breui oratione argumenta concludit
ista facundie campos copioso sermone discur-
rit. **Ille** verba contrahit ista distendit. **Dialctica**
quidem ad inueniendas res acutior rethorica
ad inueniendas dicendas facundior. **Ille** raros &
studiosos requirit. hec frequenter procedit in tur-
bas. **Itē** palma significat largitatem elemosine
& pugnus parcitatem. **Vnde** scriptum est in p-
uerbiis salomonis de muliere prudenti. **Pal-**
mas suas extendit ad pauperem. **Et** alibi scrip-
tum ē. **Sit** manus tua ad dandum porrecta.
& ad colligendum contracta. **Item** de palmo &
pugillo propheta dicit domini potentiam demō-
strans celum inquit palmo metit & terrā pu-
gillo concludit. **Item** in passione domini scrip-
tum ē. **Tunc** expuerunt in faciem eius & co-
laphis eum ceciderunt. alii autē palmas in fa-
ciem ei dederunt dicentes. **Prophetis** a nobis
xpe. **Quis** est qui te percussit. **Quod** dictum ē
spuerunt in faciem eius significat eos qui eius
presentie gratiam respuunt. **Item** colaphis
eum cedunt qui ei honores suas preferunt. **Pal-**
mas in faciem ei dant qui perfidia cecati eum
non venisse affirmant presentiam eius exter-
minantes & repellentes. **Error** hereticorum
de xpo tribus generibus terminatur. **Aut** enim
de diuinitate aut de humanitate aut de
utroque falluntur. **Digitus** nuncupati quia de-
cem sūt. vel quia decenter iuncti existunt.
Nam habent in se & numerum perfectissimū.
& ordinem decentissimum. **Digitus** autem per
distributionem donorum spiritus sancti in scriptu-
ris allegorice accipiunt. **Nam** scriptum ē in
euāgelio domino dicente. **Si** in digito dei cir-
cio demonia hoc est in virtute spiritus sancti
perfecto pueniet in vos regnum dei. **Et** in ex-
odo legitur digito domini legem fuisse descri-
ptam quem multi spiritum sanctū accipere vo-
luerunt. **Et** in psalmo legitur. **Quoniam** videbo
celos opera digitorum tuorum. **Merito** istud de
futuro gloriosa dicit ecclesia que ante adue-
ntum domini erat adhuc in patriarchis & san-
ctis hominibus constituta. **Ait** enim videbo ce-
los id ē libros euāgelicos qui celi merito di-

conē. quoniam continent dominum saluatorem q
dixit celum mihi sedes ē. terra aut scabellū
pedum meoz. Ideo hic positam operationem
digitorū estimo vt libros diuinos coopatione
sancte trinitatis pfectos euidenter ostende
ret sicut & alibi legit. Appendit tribus digi
tis molem terre. Quod simili sacramēto reci
piendum ē. **D**igitus enim dicitur diuine opera
tionis effectus q̄ potest patri & filio & sp̄ri
tuisancto id ē vni deo aptissime conuenire. Itē
p̄ digitos discretio siue exercitiū boni opis
exprimit. Vnde de illa muliere forti quā sa
lemon in fine puerbioz suozū describit. ita
legitur. **M**anum suam misit ad fortia & di
giti sui appbenderūt fūsum. **M**anus enī mi
sit ad fortia id ē studium suum ad pfecta xp̄i
caritatis opa & digiti sui apprehēderūt fūsum
cum discretionis equitate textrinā stole ce
lestis p̄ opera caritatis efficit. **V**bi discretio
sūma opus est vt p̄ eterna mercede & non p̄
temporalī laude bona agamus. **V**ngulas ex
greco vocamus **I**lli enim onichen vngulam di
cunt. **P**er vngulam quippe extremitas vel fi
nis cuiuslibet rei demonstrat. **N**am scriptū
ē in genesi. vbi iacob benedixit filio suo dan
dicens. **F**iat dan coluber in via cerastes in se
mita mordens vngulas equi vt cadat ascen
sor eius retro **Q**uidam vero hanc p̄phetiam
ad antixpm̄ transferūt arbitrātes eum de tri
bu dan venturum. in hoc loco equum accipi
iudicāt hunc mūdum qui per elationē suam
in cursu labentiu tempoz spumat **E**t quia an
tixps extrema mūdi apprehēdere nitit̄ ceras
tes iste equi vngulas mordere p̄hibetur **V**n
gulam q̄ppe equi mordere ē extrema seculi fe
riendo cōtingere. **V**t cadat ascensor eius ret̄
Ascensor equi est. quisquis extollit̄ in digni
tatibus mundi. **Q**ui retro cadere dicit̄ & nō
in faciem. sicut saulus cecidisse memorat̄. **I**n
facie enim cadere est in hac vita suas vnum
quemq̄ culpas cognoscere. easq̄ penitēdo de
flere. **R**etro vero quo nō videt̄ cadere est ex
hac vita repēte decedere & ad que supplicia
ducat̄ ignorare. **I**tē de equo in iob scriptum
est. **T**erram vngula fodit. **S**olet in equi vn
gula laboris fortitudo cognosci. **Q**uid ergo p̄
vngulam nisi in predicatore sancto virtutū
pfectio demonstrat̄. **Q**ui videlicet terrā fo
dit vngula dum de corde audietium exēplo
suoz operū terrenas cogitationes eicit. **T**ru
cus media pars corporis a collo ad inguinem
De quo virgilius. **C**aput collo vebit. **T**run
cus sustinetur coxis & genibus cruribusq̄.
Truncus qui sine capite & manibus ē signi
ficat debilitatē & inertia cuiuslibet. **V**nde
de iudith scriptū est qd̄ cū caput abscideret

o'ofernis corpus eius truncū euolueret. **P**or
ro quia olofernis tipum tenet diaboli truncū
corpus eius ostendit eum abscisa potētia po
testatis eius ipsum inimicum ex omni parte
infirmum & debilem esse vt eo facilius bella
tores xp̄i cōfidant iudicem nequissimū se vin
cere posse quo eum pleniter ediscūt fragile
& superabilez fore. **P**ectus vocatum qd̄ sit
pexum inter eminentes mamillarum partes
Vnde & pectinē dici qd̄ pexos capillos faci
at. **P**ectus autē significat tractatū internū
& sapiētie rationem. **V**nde iohannes legitur
super pectus recubuisse saluatoris ex q̄ doc
trinam sapiētie hausit celestis. **I**n contraria
vero partē pectus trahit significationē quā
do significat doli ac malicie calliditatē. **V**n
de dicit̄ serpēti. **S**up pectus tuū ḡdieris &
terrā comedes cūctis diebus. **S**uper pectus
quippe gradit̄ serpens. quia omnes gressus
dyaboli nequicie sūt & fraudes. **N**am in pec
tore calliditatē & versutias cogitationū ei
idicat quibus ad eos quos vult decipere ser
pit. **T**erram autē comedit cum errore pec
cantium pascitur ac delectat̄ eosq̄ seducens
ad interitū rapit. **M**amille vocatē quia rotū
de sunt quasi male per diminutionē scilicet.
Vbera dicta quia lacte vberta. vel quia hu
more humida scilicet lactis in morē vuarū ple
na. **I**n mamillis vero atq̄ vberibus doctores
sancti mystice exprimunt̄ qui lacte doctrine
sacre nutriūt fideles siue duos populos veniē
tes ex circūcisione & gentilitate **V**nde in cā
ntico canticoz. sponsus ad sp̄sā dicit̄. **D**uo
vbera tua sicut duo hinnuli capree gemelli.
Duo vbera vt diximus doctores sūt vtriusq̄
testamēti. vel duo populi ex circūcisione ve
nientes & gentilitate. qui per humilitatē
quidē paruos se esse intelligunt & peccato
res s̄ caritate currētes omnia obstacula mun
di transeunt. **V**bera sensus cordis vt in esaiā
Accingite lumbos vestros sup vbera hoc est
cōtinentiam habete contra sensus carnales.
Cutis est que in corpore prima ē appellata
qd̄ ipsa corpori supposita incisionē prima pa
ciatur. **C**utis enim grece incisio dicit̄. **I**dem
est & pellis qd̄ externas iniurias corporis te
gendo pellat. pluuiasq̄ & ventos solisq̄ ardo
res pferat. **P**ellis enim mox detracta a cor
pore iam corium dicit̄. **I**ncute enim vel pelle
quo animal forinsecus circūdat̄ mystice vel
corpus humanū demonstrat que naturam ani
me intra se vigentē tegit. vel sanctā ecclesiā
significat quā xp̄s qui est via veritas & vita
viuificat & regit. que afflictionibus foris at
teritur & intus virtutibus roborat̄. **V**nde &
in iob scriptum ē. **C**utis mea aruit & contracta

est. Et itez ruge inquit mee testimoniū dicunt contra me. Et rursum peli mee consumptis carnibus adhesit os meū. Quia igit xps & ecclesia vna persona ē. quid p os nisi ipse dominus. quid per carnē nisi discipuli designant qui passionis eius tēpore infirma sapuerunt. Quid vero per pellē. que exterior carne manet in corpore. nisi ille sancte mulieres figurant. que ad preparāda subsidia domino seruiuerunt. Ait ergo. Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meū. hoc est hii qui mee fortitudini ppinquius adherere debuerunt passionis mee tēpore timore consumpti sūt & eas quas ad exteriora ministeria posui in passione mea inherere mihi fideliter inueni. Unde subdit. Et derelicta sūt tantūmodo labia circa dētes meos. Quid per labia nisi locutio quid p dētes nisi apli designant. Qui adhuc statim post passionē confabulari de domino no uerant sed predicare iam eum aut mordere infidelium vicia formidabant. Aruina pinguedo cuti adherēs. Pulpa ē caro sine pinguedine dicta qđ palpitet resilit enim sepe. Hęc pleriq; & viscum vocant ppter qđ glutinosa sūt. Aruina aliquādo pinguedinē dilectionis significat. vt ē illud in leuitico adeps & aruina in hostiis pacificis iubent deo offerri. Itē aruina abundantiam terrenarū rerum significat vt est illud in iob vbi de supbo homine scribit. Cucurrit aduersum deum erecto collo & pingui ceruice armatus ē. Cōtra deum erecto collo currere ē. ea que creatori displicent cum audacia ppetrare. Iniquus enim in pingui ceruice contra deum arma. quia rebus tēporalibus tumēs contra precepta veritatis quasi de magnitudine carnis erigitur. De quo addit. Operuit faciem eius crassitudo. Faciem eius crassitudo operuit. quia desiderata terrenarū rerum abundantia oculos mentis premit. Et de lateribus inquit eius aruina dependit. hoc ē quisquis potēti & iniquo adheret. ipse qđ de eius potētia velut ex pinguedine rerū tumet. Item pinguedo gratiam diuinam significat. vt ē illud in psalmo sicut adipe & pinguedine repleat anima mea. Item in malā partē adeps ponit cum crassitudine malicie significat iuxta illud psalmiste adipē suum inquit cōcluserunt. Membra sūt partes corporis. artus quibus colligant mēbra ab artādo dicti quoz diminutiua sūt articuli. Nam sicut artus dicimus mēbra maiora vt brachia ita articulos minora mēbra vt digiti. Membra quando in bonam partē accipiunt sanctos & electos dei qui membra sūt corporis xpi significat. quia ille ē caput ecclesia vero corpus ipsius & membrum de

membro. Quod longa ratione disputās apls ita ostēdit. in quibus alia sūt gloriosa & fortiora alia ignobiliora & infirmiora membra qđ facit differētia virtutum & discendi vel docendi studiū. Nam oculi in corpore cristi possunt dici qui meditant in lege domini die ac nocte. aures qui diligenter audiūt verbū dei & obediunt mādati eius. os & lingua p dicatores sancti. manus qui bene operant vel elemosinas tribuūt. pedes qui viam mandatorum dei incedūt et cetera huiusmodi quod longum ē enumerare. Aliam vero significationem habēt membra quādo ad diaboli partē sensum trahunt. quia sicut omnes sancti ad xpi corpus ptinent. ita omnes iniqui ad corpus anti xpi. Vnde scriptum est in iob de leuiathan. Membra carniū eius coherētia sibi. Carnes istius sūt omnes re pbi qui ad intellectum spiritualis patrie p desiderium non asurgunt. Membra autē sūt carniū hii qui eisdem puerse agētibus & sese ad iniquitatē precedētibus coniungunt. Sed ē aliud mēbrū corporis aliud mēbrum membri. Sicut autē pnciosum est si vnitas desit membris bonis. ita pnciosum ē si non desit malis. dum in duas ptes rubri maris vnda diuidit vt ab electo populo ad terrā re pmissionis tendit. Nerui greca deriuatione appellati. qđ illi neur vacant. Alii latine vocatos nervos putant eoz artuum coniunctiones inuicē huius inbereant. Maximam autē virium substantiā nervos facere certissimum ē. Nam quāto fuerint densiores tanto ppenius augetur firmitatem. In neruis cōplexio virtutū designat. quia sicut artus & ossa neruis cōpingunt. ita virtutes & bona opera amoris glutino copulatur. Vnde in iob scriptum ē. Ossibus & neruis cōpegisti me. Vitam & misericordiā tribuisti mihi. & visitatio tua custodiunt spiritū meū. Humanū quippe animum visitatio supna custodit cum hunc virtutibus ditatū vel flagello pcuterere vel cōpungere non desinit. Itē in aliam partem verborū significatio trahit. cum in eodē libro de vebemoth scriptum sit. Nerui testicularū eius pplexi sūt. Ossa eius velut fistula eris. Tot ergo iste vebemoth testes habet quot iniquitatis sue adiutores possidet. Qui idcirco pplexi sūt. quia videlicet predicatorū illius argumēta dolosis assertionibus innodant vt recta esse simulent que pversa psuadent. Ossa inquit eius velut fistula eris. Quid aliud ossa anticristi qđ quoslibet in eius corpore valentiores accipimus. In quoz corde iniquitas dum vebemēter induit. per eos tota eius corporis cōpago subsistit. Recte aut ossa eius eris fistule parant

quia nimirum more metalli insensibilis, sonū bene viuēdi habent, sed sensum bene viuēdi non habent. **Compago** capita sūt ossium dicta eoq̄ ibi compacta neruis vel glutino quodam adhereāt. **Ossa** sūt corporis solidamēta. **In** his enim omnis positio roburq̄ subsistit. **Ossa** q̄ per allegoriā fortitudinē mentis debemus aduertere. **Que** cum deficit iugor eius elabatur, sicut & ossibus quassatis corpus minime continēt. **Vnde** p̄pheta in psalmo ait. **Sana** me domine quoniā turbata sūt omnia osse mea. **Et** alibi omnia inquit ossa mea dicent. **Domine** quis similis tibi. **Ossa** nec sensum nec vocem habere manifestum ē, sed sicut frequenter diximus fortitudo animi & constantia mētis debent intelligi. **Que** merito ossibus comparant̄, quia sicut illa corpus continent ita & hec sanctas corroborant voluntates. **Dicant** ergo hoc sacramētum ossa nō caro id ē firmitas non remissio, quia talē innum non potest nisi sola mētis dicere fortitudo. **Quis** negatiuū ē, quia nemo potest esse similis cū sit sancta trinitas singularis. **Multum** quippe est creatura a creatore dissimil. **Illa** deniq̄ seruit iste domina. **Et** iterū penitens dicit. **Ossa** mea sicut infrixoris cōfrixerunt. **Sicut** opinione p̄spera bene meritorum ossa id ē animi fortitudo pinguet̄ quando eoꝝ conscientia felici recordatione letatur sicut dicit salemon fama bona impinguat ossa ita recordatione contraria peccatorū virtus tāquā frixa contrahit̄, dum oblocutiōes hominū & conscientie sue iudicia grauit̄ expauescit. **Siue** hic frigit̄ peccator, quoniā futuros ignes incendiāq̄ formidat. **Nam** qui se pauescit arsurum, ipsius incēdii terrore iam frigitur. **Item** ossa virtutes significāt sanctorum vt in psalmo. **Custodit** omnia ossa eoꝝ vnum ex his non cōtere. **Medulle** appellate qd̄ ma defaciant ossa. **Irrigant** enim & confortant. **Medulla** significat internā cogitationē mentis. **Vnde** est illud psalmiste **Holocausta** medullata offerā tibi. **Holocausta** medullata sūt sacrificia que puro atq̄ intimo corde diuinis cōspectibus damus. **Nam** quādo inuicē holocausti contritionē cordis offerimus oportet vt intus habeat purissimā fidem intus habeat operas fideles que ad vicem medulle oblationem purissimā reddāt ne sit aridum atq̄ vacuum qd̄ diuinis aspectibus immolamus. **Vertibule** sunt summe ossium partes nodis grossioribus conglobate, ita dicte eoꝝ ad inflexionem membrorū illa vertant̄. **Cartilagine** ossa mollia & sine medulla qd̄ genus auricule & narium discrimen & costarū extremitates habent siue opcula ossium que mo-

uant̄ & dicte cartilagine q̄ leui attritu carent dolore dum plectunt̄. **Cartilago** aliquādo significat simulatōz virtutū. **Vnde** scriptum est in iob de leuiathan. **Cartilago** eius quasi lammine ferree. **Cartilago** nanq̄ ossis quidem speciem habet, sed ossis fortitudinē non habet. **Quid** est ergo qd̄ cartilago eius laminis ferreis cōparat̄, nisi q̄a hii qui in illo debiliores sūt ad p̄petranda mala nequiores existunt. **Ergo** cartilago eius ferro similis dicit̄, quia hii qui in eius corpore ad ostensionem virtutū non sufficiunt̄ contra necē fidelium acrius accendunt̄. **Costas** appellari quidam putant q̄ ab ipsis interiora custodiant̄, & tota mollicies ventris vallata saluet̄. **Latus** quia iacentibus nobis latet, ē enim leua pars corporis. **Dextro** autem lateri habilior motus est leuo fortior, & oneri ferendo a cōmodatior. **Vnde** & leua nuncupata qd̄ aptior sit ad leuandū aliquid & portandū, ipsa enim gestat clipeū ensem p̄baretram & reliqua onera, vt expedita sit dextra ad agendū. **Et** notandum qd̄ lateris nomē sinonimū est & ad plura significāda habile. **Dicit̄** enim latus hominis & latus pecudis, latus edificii & latus dimēisionis terre, que omnia locis suis p̄pria significatione interpretari debēt. **Tamen** hominis latus qd̄ cum costis intestina p̄tegit, significare potest occultationes interiorum cōsiliorum. **Vnde** est illud qd̄ cōditor noster dormienti ade de latere sumpta vna costa cōdidit mulierē, cum mystice p̄figurabat ecclesiam de latere xp̄i in cruce per mortem sopiti sacramēta salutis esse exitura videlicet sanguinem & aquā de quibus sponsa illi conderet̄ ecclesia. **Tropologice** vero sciēdum ē quia nequaquā culmen cōtemplatiōis attingimus si non ab exterioris cure oppressione cessamus nequaquā nosmetipsos intuemur vt sciamus aliud in nobis esse rationale qd̄ regit aliud animale qd̄ regit̄, nisi ad secretum silentii recurrentes ab omni exteriori p̄turbatione sopiamur. **Quod** silētium nostrū bene adam dormiēs figurauit de cuius mox latere mulier p̄cessit, quia quisquis ad interiora intelligēda rapitur a rebus visibilibus mentis oculos claudit, & tunc in se ipso vel q̄ p̄esse viriliter debeāt vel que subesse possint infirma distinguit vt aliud in ipso sit qd̄ regere valeat tanquā vir, aliud tanquā femina qd̄ regat̄. **Dorsum** ē a ceruice vsq̄ ad renes. **Dictum** autē dorsum qd̄ sit superficies durior corpore in modū saxi fortis & adportandum & ad p̄petiēdum. **Terra** quia in ea supini iacemus in terra qd̄ solus homo potest. **Nam** muta animalia tantū aut in ventre au-

in latere iacent. Vnde in animalibus terga abusiue dicuntur scapule. **Dorsum** quidem atque tergum eorum sunt posteriores partes corporis aut fugam significant ut est illud psalmiste quo ait & inimicorum meorum dedisti mihi dorsum & alibi scriptum est terga verterunt. **Quod** etiam significare potest auersionem prauorum a cultu diuino. & despectionem vere religionis sicut in ezechielis visione scriptum est quod viri stantes contra templum dorsa versa haberent & facie respicerent ad solis ortum. **Item** in dorso vel tergo significant corporei dolores quos illatis verberibus sancti viri sustinebant. **Vnde** propheta dicit in psalmo. **Posuisti** tribulationes in dorso nostro. videlicet verbera que & paulus pertulit & reliqua fidelium turba sustinuit ad hoc verberibus humiliati ut dyaboli etiam superbiam cum mundi ipsius delectatione respicerent. **Rursum** tergum obliuionem preteritorum significat. **Vnde** petimus deum in oratione ut peccata nostra preterita post tergum mittat hoc est perpetue obliuioni tradat. **Nam** quod dorsum & tergum despectionem dei significant ostendit elias dicens ad israeliticam plebem. **Et** erunt oculi tui videntes preceptorem tuum & aures tue audient vocem post tergum monentis. **Quasi** in facie homo monitus est. quando ad iustitiam deditur precepta rectitudinis accepit. sed cum eadem precepta contempsit quasi deditori suo dorsum metis in faciem dedit. **Sed** ecce adhuc post tergum sequitur & monet. quia iam & a nobis contemptus est. & tamen nos adhuc vocare non cessat. **Quasi** dorsum ei in faciem dedimus. cuius verba despiciamus cuius verba calcamus. sed nos post tergum stans auersos reuocat. qui & videt quod despiciunt. & tamen per precepta clamat. per patientiam expectat. **Inter** scapulum spacium dicitur quod inter scapulas est unde & nominatur. **In** scapulis enim possumus intelligere iuxta allegoriam oneris sarcinam. ut est illud quod abraham tollens panem & utrumque aque imposuit super scapulas agar vel operationes diuersas iuxta illud quod in psalmo de deo scriptum est. **Scapulis** suis obumbrabit tibi. **Scapule** domini sunt operationes mirabilium per quas velut quibusdam humeris virtus diuina monstratur. **Vnde** cum deo scapule oculi brachium ve dicitur. cauendum sum mopere est. ne quid in eo mens corporeum suspicetur. **In** antropomorfitarum namque heresim cadere est eum qui in circumspecte implet & circumplectitur omnia inter corporalia liniameta concludere. **Sed** omnipotens deus ad sua nos trahens usque ad nostra se humiliat. atque ut alta in sinuaret humilibus condescendit. quatinus per uulgi animus rebus cognitis enutritus ad in-

quirenda exurgat incognita. atque ad eum qui longe super ipsum est. quedam iuxta se audiens quasi quibusdam ad illum passibus moueatur. **Vnde** fit ut per scripturam suam aliquando a corporibus hominum. aliquando a mentibus. aliquando vero ab auiibus. aliquando etiam ab insensatis rebus quasdam longe dissimiles in se similitudines trahat. **Plerumque** enim a corporibus hominum in se similitudinem trahit. sicut de eo speranti homini per prophetam dicitur **In** scapulis obumbrabit tibi. cum constet quod in natura sua nec oculum deus nec scapulas habeat nec cetera liniameta membrorum. **Sed** quia nos per oculum cernimus. in scapulis vero onera sustinemus. deus quod omnia videat oculum habere prohibetur quod vero nos tollerat atque eo ipso quo tollerat seruat obumbrare nos in scapulis dicitur. **Ait** enim in scapulis suis obumbrabit tibi. **Ac** si diceret peccatori homini & post peccatum veniam despicanti. **Ea** pietate te dominus proteget. qua te tollerauit. obumbrat. id est in scapulis suis quod dum portat defendit. **Spina** est iunctura dorsi dicta eorum habeat radiolos acutos. **Cuius** iuncture spondilia appellantur propter partes cerebri que fertur per hos longo tractu ad ceteras corporis partes. **Sacra** spina est una perpetue spine que greci iro nostoin vocant quoniam primum infante concepto nascitur ideoque & hostia id primum a gentilibus diis suis dabatur unde & sacra spina dicitur. **Spina** enim aliquando per fortitudine corporis aliquando per elationem mentis atque omnibus peccatis ponitur. **Vnde** scriptum est in psalmo. **Conuersus** sum in eruna mea dum confringitur mihi spina. **Spina** est enim que totum corpus erigit atque continet. **Hec** per superbia merito posita est. que confracta non deicit ad interitum sed erigit potius ad salutem. **Dum** enim fortitudo & prosperitas corporis confringitur necesse est ut ad cordis humilitatem mentis intima reuocentur. **Bene** hoc loco per spinam omne peccatum euidenter exprimitur quia dum trahit ad delectationem quasi pungendo lacerat mentem. **Hinc** ergo iusti & penitentis voce dicitur. **Conuersus** sum in erumna mea dum confringit mihi spina. quia scilicet mens ad lamentum vertitur ut peccati punctio penitendo frangatur. **Renes** autem uero dictos quod riuus ab his obsceni humoris nascantur. **Nam** uene & medulle tenuem liquorum desudant in renibus qui liquor rursus in renibus calore uenerio resolutus deicit. **Renes** aliquando per constantiam mentis ponuntur. quia sicut isti corpus continent ita animi stabilitatem & illa custodit. **Vnde** propheta ait. **Renes** mei resoluti sunt. **Renes** ergo suos dixit esse solutos. quia mundanarum rerum felici

tate incauta voluntate quesierat. Item renes
 interiora cordis sunt vt in propheta. Ego
 dominus seruias renes & corda. Rursum re
 nes delectatione carnis. obfluxis cogitatio
 aliquando significat. Vnde psalmista petit di
 cens. Vre renes meos & cor meum. Si enim vo
 luptatez libidinis in renibus esse nesciret eos
 vri minime petisset. hoc est vt delectationes
 & cogitationes humane verbi domini calore
 purgarent. Hinc bene in exodo renes habere
 accictis israhelitis precipit in pascale edulio
 quonia qui pasca comedit habere renes accic
 tos debet. vt qui solenitatem resurrectionis
 atq; incorruptionis agit. corruptioni iam p
 uicia nulli subiaceat voluptates edomet car
 nez a luxuria restringat. Lumbi ob libidinis
 lasciuia dicti. quia in viris causa corporee
 voluptatis in ipsis e sicut in umbilico feminis
 Vnde & ad iob in exordio sermonis dictum
 est. Accinge sicut vir lumbos tuos vt in hiis
 esset resistendi pperatio in quibus libidinis
 est vsitata dominandi occasio. Umbilicus est
 medius locus corporis dictus. qd sit vmbus
 iliorum. Vnde & vmbro appellat locus in me
 dio clipei a quo pendet. Ex eo enim infans in
 vtero pendet. ex eo enim & nutrit. In lumbis
 aliquando fortitudo animi exprimit. iuxta il
 lud apli. Accingite lumbos metis vestre. &
 aliquando libido carnis. vt supra dictum est.
 Vnde ad iob de vebemoth dominus ait. For
 titudo eius in lumbis eius. & virtus eius in
 umbilico ventris ipsius. Seminaria coitus vi
 ris in lumbis esse. in umbilico autem inesse
 feminis phibetur vt supra ostendimus. Hinc
 est enim qd veritas discipulis dicit. Sint lu
 bi vestri pincti. Hinc petrus cum luxuriam
 a corde restringeret admonebat dicens. Suc
 cincti lumbos mentis vestre. Hinc paulus cu
 per abrahe sacrificiu mechisedech tempore
 leui sacerdotiu diceret decimat. vbi tunc in
 abrahe corpore leui lateret ostendens ait. Ad
 buc enim i lumbis patris erat. Quia vero se
 minarium luxurie feminis in umbilico conti
 net. ppheta attestate didicimus. qui sub spe
 cie femine pstitute iudee peculantiam incre
 pans ait. In die ortus tui non e pncisus umbili
 cus tuus. Ilium greco sermone appellatu qd
 ibi nos obuoluamus. Grece enim ileos obuol
 uere dicit. Testicali enim virilis sexus robur
 significant virtutis. Vnde legit in leuitico.
 Omne animal qd vel contritis vel tuis vel se
 ctis ablatisc; testiculis est non offeretis deo
 Contritis testiculis est qui paulatim crescen
 te malitia oteret suam in virtutibus plem et
 signa per que vir possit agnosci. qui & recte
 reprobatur. quia sibimetipsi in talibus nocuit

Tuis testiculis est qui illatis sibi temptatio
 nibus tribulationibusq; cessit animeq; sue for
 titudine pdidit. Non enim oportet hoc ppe
 ti nec omnino cedere imminente hosti atq; af
 fligenti. Sectis ablatisc; testiculis est q vna
 actione praua animisc; impiis exsecante sic
 cultro & auferete queadmodum nimis esse
 ra & direptrix manus semetipsum abscedes
 & auferes a diuisione que e in virtutibus.
 Venter & alu9 & vter9 inter se differunt Ven
 ter est qui acceptos cibos digerit & apparz
 extrinsecus ptingitq; a pectore ad inguinez
 & dictus venter q; per totu corpus vite ali
 meta transmittat. Aluus est qui cibum reci
 pit & purgare solet Salustius. Simulas sibi
 aluum purgari. Et vocatus est aluus q; ab
 luatur id e purge. ex ipso enim sordes ster
 corum defluunt. Vteru sole mulieres habent
 in quo accipiunt ad similitudine cauliculi. Ta
 men autores vterum p vtrolibet sexus ven
 tre plerumq; ponunt. nec poete tantummodo sed
 & ceteri. Vocatus autem vterus qd duplex
 sit & ab vtraq; in duas se diuidit partes que
 in diuersum diffuse ac replexe circuplicane
 in modum cornu arietis vel qd interius im
 pleat fetu. Hinc & vter q; aliquid intrinse
 cus habuerit membra & viscera. Venter iux
 ta allegoriam significat capacitatez rationis
 siue anime affectum. Inde est illud qd a ba
 cuc ppheta venter inquit meus turbatus e
 in me. Et hieremias. Ventrem meu dolco.
 & sensus cordis mei turbatus e. Rursu psal
 mista ait. Conturbatus e in ira oculus meus
 anima mea & venter meus. Litera siquidez
 posuit inimicor; indignatione. oculus autem
 intellectum significat que semp; turbamus
 atq; confundimus. quando imminetia pericu
 la formidamus. Venter vero noster aluus e
 in quo edulia deglutita recodimus. Qui ap
 te memorie comparat. quia sicut ille trans
 missas escas recipit. sic memorie sinus notici
 as reru competeter assumit. Conturbatum
 ergo dicit ventrem id e memoriam sua. vbi
 habebat reposita que illi dominus de sua cla
 rificatione promiserat. sed cum videret ca
 ro imminere sibi pericula osequens fuit eam
 trepidatione turbari. Vterus autem aliquan
 do significat archanum nature. aliquando se
 cretum osili. Vnde pater in psalmo ad filiu
 ait. Exutero ante luciferu genui te id e ex
 archano substantie mee ex ipsa scilicet deita
 te totum ex toto. omnipotentem de omnipo
 tente. lumē de lumine summu ex summo qd
 nulla inuestigatio. nullus sensus possit attin
 gere. Nam queadmodum valet coprehendi
 de quo scriptu est. generationez aut eius q;

enarrabit. Mira breuitas & sufficiens p[ro]p[ri]a
 infirmitate mensura. quia nec plus possum[us]
 capere. & hoc ab[un]de sufficit utiq[ue] credidisse
 Rursum in iob scriptum est. De cuius vtero
 egressa est glacies. Quid est ergo q[uo]d domin[us]
 prius quide[m] patrem se pluuie insinuat. post
 modum vero de suo egredi vtero glaci[em] nar
 rat. seq[ue]nter gelu gignere de celo p[ro]nunciat. nisi
 q[uo]d miro modo nostri pectoris terr[am] ad susci
 pienda verbi semina prius per occulte grati[am]
 pluuiam infundit. & postmodum ne in ocep
 tis virtutibus imoderatius p[ro]fluat discip[ul]i in
 intima dispensationis premit Viscera no[n] tan
 tum intestina dicimus. sed quicquid subcorio
 est a visco q[uo]d est inter cutem & carnem. Item
 viscera vitalia id e[st] circumsusa cordis loca qua
 si viscera eo[rum] ibi vita id e[st] anima continetur
 Item viscera capita neruoru[m] ex sanguine &
 neruis copulata. Viscera mystice significant
 affectu[m] pietatis & misericordie. Vnde scrip
 tum est in euangelio Per viscera misericordie
 dei nostri in quibus visitauit nos nos oriens
 ex alto. Et ap[osto]l[us] si qua inquit viscera misera
 tionis. Et in altera parte viscera significa
 tionem trahunt. vt est illud in actibus apo
 stolorum de iuda & diffusa su[n]t viscera eius
 hoc e[st] malicie tractatus su[n]t patefacti. Cor a
 greca appellatione deriuat q[uo]d illi cardian di
 cunt siue a cura. In eo enim omnis sollicitudo
 & scientie causa manet. Quod ideo pulmone
 vicinum e[st]. vt cum ira accendit. pulmonis bu
 more tempore[m]. Huius due arterie su[n]t e qui
 bus sinistra plus sanguine[m] habet. dextera plus
 spiritum. Vnde & in dextro brachio pulsus
 inspicimus. Cor enim multis speciebus signi
 ficandis conuenienter aptat. Nam aliquando p[ro]
 anima ponit. aliquando p[ro] intelligentia. aliqua
 do p[ro] consilio & verbo occulto. aliqua[m]do p[ro]
 diligentia. Nam p[ro] anima cor ponit. vt e[st] illud
 salomonis. Omni custodia serua tuu[m] cor q[uo]d
 ex ipso vita p[re]cedit. Item cor p[ro] intelligentia
 ponit vt est illud psalmiste. Cor meum & caro
 mea exultaueru[n]t in deum viuum. quauis vtra
 q[ue] videant p[ro]tinere ad carnem. cor tamen ad in
 telligentiam referri posse non dubiu[m] e[st]. Nam
 cuius sapientiam p[re]ferre volumus eius cor si
 ne dubitatione laudamus. Consilium vero in
 cordis nomine exprimit. q[uo]d actus p[re]uenit
 testante saluatore in euangelio. Ex corde ex
 eunt cogitationes male adulteria homicidia
 & cetera. De quo p[ro]ph[eta] mista ait. Labia dolo
 sa in corde & corde locuti su[n]t mala. Nam q[uo]d
 dicit in corde & corde. quotiens volumus do
 losos exprimere. duplicia eo[rum] corda declara
 mus. sicut salom[on] dicit. Vir duplex inostans
 est in omnibus viis suis. Quando autem simpli

ces cupimus indicare. vnum cor in eis esse te
 statur sicut in actibus ap[osto]lo[rum] legitur. Mul
 titudinis autem credentium erat cor vnum &
 anima vna. Sic & bilingues dicimus. qui in
 vna sententia minime p[er]seuerant. Pro diligen
 tia vero & deuotione illud est positum. In to
 to corde meo exquisiui te. Hoc q[uo]d minus est
 domini q[uo]d toto corde hoc e[st] plena deuotione
 asserit se deum exquisisse. Non enim quere
 ret nisi inquisitus fuisset. In alteram vero sig
 nificationem nu[m]cupatio cordis ponit. cum
 mortem vel infernum vel sepulcrum significat
 Vnde est illa sententia saluatoris qua ad iu
 deos ait. Sicut fuit ionas in ventre ceti tri
 bus diebus & tribus noctibus. sic erit filius
 hominis in corde terre tribus diebus & tri
 bus noctibus. Piscis autem qui ionam deuora
 uit in pelago significat mortem quam x[ristus] per
 passus est in mundo. Inuente ergo ceti ionas
 erat tribus diebus & tribus noctibus. Et sal
 uator noster in morte & in sepulcro fuit tri
 bus diebus & tribus noctibus. tuncq[ue] comple
 tum est illud q[uo]d legit in osee. Ero mors tua
 o mors ero morsus tuus o inferne. Et sicut
 ionas in ventre piscis non p[er]mansit. sed eiecit[us]
 e[st] in arida[m]. ita & saluatoris n[ost]ri anima non reli
 cta e[st] in inferno neq[ue] caro eius vidit corruptio[n]em
 sed resurrexit in gloria. Item de leuiathan do
 minus ad iob ait. Cor eius indurabit quasi la
 pis & stringet quasi malleatoris incus. Cor
 enim antiqui hostis vt lapis indurabit. quia
 nulla vnqua[m] conuersionis penitentia molliet qui
 solis ictibus eterne vltionis aptabitur. Leui
 athan ergo vt malleatoris incus stringit qui
 inferni vinculis coartabit vt eterni supplicii
 continua percussione tundat. Precordia su[n]t loca
 cordi vicina quibus sensus percipit. & dicta p[ro]
 cordia eo q[uo]d ibi sit principium cordis & co
 gitationis. In precordiaq[ue] nomine racionabi
 lis tractatus anime possunt accipi vt e[st] illud
 esai[am] quo ad dominu[m] ait. Anima mea deside
 rauit te in nocte & in spiritu meo in p[re]cordiis
 meis. Pulsus vocatus q[uo]d palpitet cuius indi
 tio aut infirmitate[m] intelligimus aut salute[m].
 Huius duplex e[st] motus. Simplex qui ex vno
 saltu constat compositus qui ex pluribus moti
 bus inordinatus & ineqlis existit. Qui mo
 tus certa habet spacia. Dactylicum percussus
 quadiu sine vicio su[n]t. Siquando vo[ca]tationes
 su[n]t vt dorcadacizantes. aut leniores vt mir
 micizantes mortis signa su[n]t. Vene dicte eo
 q[uo]d vie sint natatis sanguinis atq[ue] riui p[ro] omne
 corpus diuisi quibus vniuersa me[m]bra irrigan
 tur. Dicitur & vena aqua vnde fons ebullit
 Quod etia[m] significare potest percussus gratie
 spiritualis atq[ue] doctrine Vnde scriptum est

sapiētie lib^o **S**it vena tua benedicta. **E**t alibi
Vena viuentiū aquarū hoc est sapiētie dulcis
 haustus & pot⁹ salubris. **S**anguis ex greca
 etimologia nomē duxit qđ vegetet et susti-
 neat & viuat. **S**anguis autē ē dum in corpe ē
 effusus vero cruor dicit^r. **N**am cruor vocat⁹
 ab eo qđ effusus decurrit. vel ab eo qđ curre-
 do corruat. **A**li cruorē interpretant^r sangui-
 nem corruptum qui emittit^r. **A**li aiunt voca-
 tum sanguinē qđ suavis sit. **S**anguis autē in-
 teger non est nisi in iuuenibus. **N**am dicunt
 phisici minui sanguinem p̄ etatem. **V**nde &
 in senibus tremor ē. **P**roprie sanguis anime
 possessio est. **I**nde genas lacerare mulieres ī
 luctu solent. **V**nde & purpuree vestes & flo-
 res purpurei mortuis prebent^r. **S**anguis ali-
 quādo sacramētum dominice passionis signi-
 ficat. vt est illud saluatoris in euāgelio **C**aro
 mea vere est cibus. & sanguis meus vere est
 potus. **N**am & in lege preceptū est populo īf-
 rabelitico vt de sanguine agni pascalis pone-
 rent sup̄ utrūq; postem. & in superliminari-
 bus domoz in quibus pasca edebant quatin⁹
 exterminatoris excidium possent euadere.
Sic & sanguis xp̄i mundat cōsciētiam nostrā
 ab operibus mortuis ad seruendū deo viuen-
 ti. & liberat nos de potestate inimici & per-
 secutione hostis antiqui. **I**tem in aliam partē
 sanguinis significatio ducit^r. cum aut opera-
 tionem carnalem aut corruptionez mortalis
 nature significat. **V**nde p̄pheta precat^r domi-
 num dicens. **L**ibera me de sanguinibus deus
 deus salutis mee. **E**t iterum virū inquit san-
 guinum & dolosum abominabit^r dominus.
Vir quidem sanguinū est qui humano cruo-
 re polluit^r. nec non & ille qui decipit viuum
Et ap̄l's **C**aro & sanguis regnum dei nō pos-
 sidebunt. neq; corruptio incorruptelam pos-
 sidebit. **P**ulmo ex greco trahit vocabulum.
Greci enim pulmonem pleumon vocāt eoq;
 flabellum cordis. in quo pneuma id ē spirit⁹
 inest p̄ quo agitant^r & mouent^r. **V**nde & pul-
 mones vocati sūt. **N**am grece pneuma spiri-
 tus dicit^r. qui flando & exagitando aerem e-
 mittit & recipit a quo mouent^r pulmones &
 palpitāt & a piendo se vt flatum capiāt strin-
 gendo vt eiciant. **E**st enim corporis organū
Iecur nomen habet eoq; ignis ibi habeat sedē
 qui in cerebrum subuolat. inde ad oculos ce-
 terosq; sensus & mēbra diffundit. & calore
 suo ad se sucum ex cibo tractū vertit in sang-
 uinem quem ad vsum pascendo nutriendoz
 singulis membris prebet. **I**n iecore autē con-
 sistit voluptas & cōcupiscentia iuxta eos qui
 de phisicis disputant. **I**n iecore autē idest in
 epate delectationē siue cōcupiscentiam signi-

ficatam possumus intelligere. **V**nde ē illud
 qđ in lege preceptū est cum ventre & reni-
 bus & adipe partem iecoris deo offerri. quia
 concupiscentiam nostram magis ad dei q̄ ad
 mundi debemus ouertere voluntatē. **L**egit^r
 enim in libro tobie qđ angelus p̄ceperit tobie
 piscē captū exēterare. & cor eius & fel & ie-
 cur in cassidili reponere. iecurq; postea ex p̄-
 cepto angeli sup̄ carbones viuos ponere qua-
 tinus p̄ualeret demonem effugare. **I**n iecore
 enī cuius ardore accepti cibi in stomacho ex-
 coquant^r. docemur vt maturitate cōsili stude-
 amus fluxas carnis cogitationes ad purū ex-
 coquere & in secessum mittere ne forte dya-
 bolo in cubilibus cordium nostrorū consentia-
 mus villo modo locum habere sed magis robo-
 re fidei & sacrarū orationū festinemus eum
 foras expellere. **F**ibre iecoris sūt extrema-
 tes. sicut extreme partes folioz in tibiis siue
 quasi lingue eminentes. **D**ictas autem fibras
 qđ apud gentiles in sacris p̄bebi ad aras fere-
 bant^r ab ariolis. quibus oblati atq; succensis
 responsa acciperēt. **C**ui bene ouenit qđ sup̄
 diximus iecoris partē deo offerri iussam. vt
 deo potius offeratur qđ suum est. q̄ idolis
 vanis & surdis in quibus sola fraus & decep-
 tio ē. **S**plen dictum a supplemento ex contraria
 pte iecoris ne vacua existeret. **Q**uem quidā
 etiam risus causa factū existimāt. **N**am sple-
 ne ridemus. **A**mmonet etiā hec p̄ticula visce-
 rum nos vt non vana letitia mundi sed in do-
 mino exultem⁹ & letemur. ne vano risui ora
 dissoluamus. **D**e quo sapientia dicit. **R**isum
 deputaui errorē. sed magis in cōtū in presenti
 seculo nostra peccata deleamus. vt in futura
 vita eterno gaudio fruiamur. **V**nde scriptū
 est. **B**eati qui lugent nunc quoniā ipsi conso-
 labunt^r **F**elle irascimur corde sapimus iecore
 amamus. **Q**uibus quatuor elemētis cōstanti-
 bus integrum ē animal. **F**el appellatū qđ sit
 folliculus gestans humorem qui vocat^r bilis
Fel enim amaritudinem & dolositatē puerle
 mentis significat. **V**nde beatus petrus ap̄l's
 ad simonez per fraudē gratiā spiritussancti
 accipere volentē ait. **I**n felle enim amaritu-
 dinis & obligatione iniquitatis video te esse
Hinc & in iob de impio scriptum est. **P**anis
 illius in vtero eius vertet^r in fel aspidum in-
 trinsecus. id ē facietas transitorie delectati-
 onis in retributionis sine ad amaritudinem
 vertet^r. **T**ūc etenim iniqui vident qđ antiq;
 serpētis veneno interfecti sūt. cum flammis
 vlticibus traditi cū eodē suo p̄suasore cruci-
 ant^r **S**ive panis illi⁹ in vtero eius in fel aspidū
 intrinsecus vertit^r. quia dum sacre legis sciē-
 tia gloria vite potū conuertit sibi in ueneni

poculum. Hinc rursus in cantico deuteroni
 mii de iudeis legitur. **V**ua eorum vna fells & bo
 trus amaritudinis ipsis qui saluatore nostro
 in cruce pendenti acetum cum felle mixtum in
 potum dederunt. **S**tomachus grece os vocatur
 eo quod ostium ventris sit & ipse cibum excipit
 at atque in intestina transmittat. In stomacho
 aliquando iram & indignationem animi signi
 ficatam possunt intelligere. **V**nde dicimus
 iracundos homines stomachari quia furor est su
 um intus occultare non possunt. sed cum impe
 tu conuicioz illud foras piciunt. **I**ntestina dicitur
 tur eorum corporis interiore parte cohibentur
Que idcirco longis nexibus in circuloz ordi
 nata sunt modo ut susceptas escas paulatim
 digerant. & supadditis cibis non impediant. In in
 testinis ergo possunt animi secreta & cogita
 tus interni accipi. **V**nde scriptum est. **T**actus
 dolore cordis intrinsecus. **E**t in libro iob le
 gitur **I**ntestina inquit mea efferbuerunt dolore
 absque vlla requie. **H**inc & in leuitico iubentur
 hostie intestina simul cum capite & pedibus
 aqua lota adoleri domino in holocaustum ac
 suauem odorem. **I**ntestina sane vel interanea
 ut alia editio habet cum pedibus aqua dilui
 iubet sermo precepti cum sacramentum baptis
 mi sub figurali predicatione denuncians. **N**am
 interanea diluit qui conscientiam purgat. **P**e
 des abluit qui summationem suscipit sacra
 menti & scit quia qui mundus est non indiget
 nisi ut pedes lauet. **M**atrix dicitur quod fetus in
 eo generetur. semen enim receptum conuertitur
 fotum corporat. corporatum in membra di
 stinguit **V**ulua vocata quasi valua id est ianua
 ventris. vel quod semen recipit. vel quod ex ea fe
 tus procedat. **V**ulua significat interna secreta
Vnde in iob scriptum est. **Q**uis conclusit ostium
 mare. quando erumpebat quasi de vulua pro
 dens. quia videlicet tunc humano generi pre
 ceptis legis obuiauit. quando adhuc seculum
 sine origini vicinum quasi ab ortu proprio ad pro
 fectum vite carnalis exiebat. **D**e vulua quippe
 procedere est in lucem presentis glorie carnalit
 apparere **I**tem vulua interiora anime sunt ubi
 bonum vel malum concipitur. **E**st & vulua ec
 clesie fides interior aqua heretici deprauati
 abortum matris intulerunt sicut in psalmo de
 eisdem dicitur. **A**lienati sunt peccatores a vulua
 errauerunt ab utero locuti sunt falsa. **V**esica di
 cta quia sicut vas aquae de renibus vrina collecta
 complectitur & humore distenditur **C**uius usus in
 volucris non habetur. **V**rina autem dicta si
 ue quod vratur. seu quia ex renibus egerit cuius
 iudicio & salus & egritudo futura monstra
 tur. **Q**ui humor vulgo lotium dicitur. eo quod lo
 ta id est munda vestimenta efficiant. **S**emen est

quod iactum sumit aut a terra aut ab utero ad
 gignendum vel fructus vel fetus. **E**st enim
 liquor ex cibi & potus decoctione factus
 ac diffusus per venas atque medullas quae inde de
 sudatur. **I**n modum sentinae crescit in renibus
 eiectusque per coitum & in utero mulieris sus
 ceptus. calore quodammodo viscerum & men
 strualis sanguinis irrigatione format in cor
 pore. **S**eminis autem nomen diuersis specie
 bus non inconuenienter aptatur. quia semen ani
 malis est cuiuslibet unde origo eius nascitur. **S**e
 men est & arborum herbarum atque olerum. unde
 originem trahunt. sicut legit dominus de
 fructibus terre in genesi dixisse. **G**erminet
 terra herbam virentem & facientem semen et
 lignum pomiferum faciens fructum iuxta ge
 nus suum cuius semen in semetipso sit super
 terram & cetera. **L**egitur in euangelica para
 bola saluatore dicente. semen esse verbum dei
 quia ex ipso fructus bonarum virtutum procedit
Menstrua suprauius mulierum sanguis. **D**i
 cta autem menstrua a circuitu lunaris lumi
 nis quo solet hoc evenire profluuium. **L**una au
 tem grece mene dicitur. unde muliebria nuncu
 pantur. **N**am mulier solum animal menstrua
 le est. cuius cruoris tactu fruges non germi
 nant acescunt musta moriuntur herbe amittunt
 arbores fetus ferrum rubigo corrumpit nigrescit
 era si qui canes inde ederint in rabie
 efferunt glutinum asphaltis quod nec ferro nec
 aquis dissoluit cruore ipso pollutum sponte
 dissipatur. **P**ost plurimos autem dies menstrua
 os ideo semen non esse generabile quia iam non
 est menstrualis sanguis a quo profusus irrigetur
Tenuis semen locis muliebribus non potest ad
 herere. **L**abiis enim nec habet vini adherendi
Similiter & emissum vim non habet gignendi
 quia muliebri sanguini misceri non potest
 se propter nimiam sui spissitudinem. **H**inc & ste
 riles mares vel feminas fieri propter nimiam femi
 nis vel sanguinis crassitudinem vel propter ni
 miam raritatem. **P**rimum autem aiunt cor
 hominis fingi quod in eo sit vita omnis & sapi
 entia. deinde quadagesimo totum corpus ex
 pleri quod ex abortionibus ut ferunt collectum
 est. **A**lii fetus a capite sumere dicunt exordi
 um. **V**nde & in auium fetibus primum oculo
 fingi in ouis videmus. **F**etus autem nomi
 natus quod adhuc in utero foueatur. **C**uius secun
 de dicuntur folliculus qui simul cum infante nas
 citur continetur eum dictus quia comitatur &
 sequitur. **N**asci autem patribus similes aiunt. si
 paternum semen validius sit. matribus si matris
 & hac ratione similes exprimi vultus. **Q**ui au
 tem utriusque parentis figuram reddunt. equa
 liter mixto paterno maternoque semine concipi

piant. Auorum pauorūq; similes fieri. quia sicut in terra semina multa occulta. sic & in nobis semina celant. figuras parentū redditura. **Ex** paterno autem semine puellas nasci & ex materno pueros. quia omnis partus constat duplici semine. cuius pars maior cum in ualuerit occupat similitudinē sexus. **Iuxta** allegoriā fluxus sanguinis potest intelligi idolatrie obscenitas & errorum pollutio. **Sic** & menstruale tempus illud intelligit quo pene uniuersus orbis in errore & idolatria uersabatur. **Et** ad mulierē menstruatam non licet accedere. nec cum ea misceri. quia nec idolatrie paganorū. nec heresi hereticorū licet catholico homini communicare. **Femora** dicta sūt q̄ ea parte a sexu uiri discrepat. **Sunt** autem ab inguinibus usq; ad genua. **Femina** autē per derivationem femorū partes sūt quibus in equitando tergis equorū adheremus. **Vnde** & perliatores olim sub feminibus equos amisisse dicebant. **Femur** generis ppago intelligit sic in genesi de iacob legit. **Tetigit** latitudinē femoris eius & claudicauit. **Item** femur caro hominis ut in hieremia. **Postquā** ostendisti mihi percussū femur meum. **Nam** femur aliquando significat incarnationem dominicam & aliquādo voluptatē carnis. **Legit** ergo in psalmo prophetam ad dominū dixisse. **Accingere** gladio tuo circa femur potētissime. **Dicit** enim accingere gladio tuo. **metaphora** a bellatore cepta qui dimicaturus gladio cingitur ut prosternat inimicū. **Sed** hic gladium sermonē pdicationis debemus accipere. **De** quo ipse in euangelio testat. **Non** ueni pacem mittere in terram sed gladiū. **Et** ap̄l̄s dicit. **Et** gladium spiritus qđ est uerbū dei. **Gladius** autē sermo dei dicit. quia corpulēta uicis corda hominū ictu sue uirtutis irrūpit nec potest imbecillitas humana resistere ubi illa fortitudinis gloria dignatur intrare. **Femur** uero incarnationē significat domini saluatoris. sicut in genesi legitur. **Non** deficiet princeps ex iuda neq; dux de femoribus eius. **In** ipso etiam misterio & abrahā fecit iurare famulum suū. **Quando** enī tacto femore subiunxit potētissime. hoc ait ut reuerēdam incarnationē crederes quā potētia diuinitatis assumpsit. **Similiter** sapiētissimus ille dicit. **Gladius** eius in femore ipsius. **Quod** tamen significari desideriu carnale uerbo dei ostingēdum potest non incōgrue accipi. **Nam** qđ sequitur specie tua & pulcritudine tua. hic utramq; naturam postquam guidēter cognoscimus. ut species p̄tineat ad humanitatē pulcritudo ad deitatē. **Illā** enim species benedicit in q̄ mūdo salus apparuit. **Istā** pulcritudo

aptissime pronunciat unde omnia pulcra quecūq; decora sūt. **Legit** q̄ in cantico canticorū sponsus sponse dixisse iunctura feminū tuorū sicut monilia que fabricata sunt manu artificis. **Vbi** duorū concordia populorū spiritali ple fecundorū in iunctura feminū designatur. **Que** sicut monilia fabricata sūt manu artificis. id ē ineffabili largitate cōditoris nostri firmata. **In** monilibus opera bona exprimunt. **Inguina** autē furorē libidinis uel iracūdie possunt designare. **Vnde** in libro regum legit. q̄ abner auersa hasta percussisset asabel in inguine & transfodisset eum. **Cuius** asabel tipū tenuit nisi horum quos uehemēter arripiens furor in p̄ceps ducit. **Qui** in eodem furoris impetu tanto cautius declinandi sūt quanto & insania uehemētiori rapiunt. **Vnde** & abner qui sermone nostro patris lucerna dicit fugit. quia doctorum lingua que supernum lumen indicat cum per abrupta furoris mentem cuiuspiam ferri aspicit cumq; contra irascentem dissimulat uerborū iacula reddere q̄si p̄sequētem n̄ uult ferire uñ & abner cū cōt̄psequētem substitit nō eum recta sed auersa hasta transforauit. **Ex** mucrone quippe percutere est. impetu aperte increpationis obuiare. auersa uero hasta p̄sequētem ferire est. **furentem** tranquille ex quibusdam tangere & quasi parcēdo superare. **Asabel** autē prius occumbit. quia commote mētes dum & parci sibi sentiunt. & tamen responsorū ratione in intimis sub trāquilitate tangunt ab eo qđ se erexerant statim cadunt. **Qui** ergo a feruoris sui impetu sub lenitatis percussōe resiliunt quasi sine ferro moriunt. **Coxe** quasi iuncte axes dicunt. **In** ipsis enim femora mouent quorū concava vertebra uocant. quia in eis capita femorū uertunt. **Suffragines** dicuntur. quia subtus frangunt id ē flectuntur non supra sicut in brachijs. **Genua** sūt cōmissiones femorum & crurium & dicta genua. eorū in utero sint genis opposita. **Coherēt** enī ibi sibi & cognata sūt oculis lacrimarum indicis & misericordie. **Nam** a genis genua dicunt. **Deniq;** complicatū gigni formariq; hominem ita ut genua sursum sint quibus oculi formant. ut caui ac recōditi fiāt. **Vnde** ennius. **Atq;** genua cōprimunt arta gena. **Inde** est q̄ homines dum ad genua se prosternunt statim lacrimant. **Voluit** enī eos natura utrum maternū rememorare ubi quasi in tenebris sedebant antequā uenirēt ad lucez. **Genua** mystice p̄fessionem humilitatis significare possunt. ut ē illud ap̄l̄i. **Flecto** inquit genua ad patres domini nostri ihesu xp̄i. **Hinc** & petrus p̄cidit ad genua ihesu dicens. **Exi**

a me dñe quia homo peccator sū. Aliquando
 autē genua significant virtutem fidei. De q̄
 vox diuina ī libro regum ad heliam p̄betā
 ait. Reliqui mihi septem milia viroz̄ qui nō
 curuauerūt genua sua ante baal. Item genua
 aliquādo p̄ membris xp̄i posita intelligūtur
 vt est illud in psalmo. Genua mea infirmata
 sūt pre ieiunio. cum euāgelio teste doceat.
 xl. diebus & xl. noctibus xp̄m dominum ie-
 iunasse. genua tamē eius infirmata esse non
 legimus. sed tātum esurisse declarat. Vnde
 si hanc esuriam ad genua referas id ē corpo-
 ris stabilitatē quibus semp̄ insistimus potest
 congruenter aptari minus ne si hoc scrupulum
 mouit melius genua ad ipsius membra refe-
 rantur. que reuera infirmata sūt. quādo apo-
 stoli eius passione dispersi sūt. Quid enī plus
 esse potuit infirmius q̄ vt petrus negaret.
 & reliqua fidelium turba latuisset. Talus di-
 ctus a talo. Nam talus est eminēs rotūditas
 Vnde & fastigium templi rotundi talus vo-
 catur. Talus autē sub crure est. sub talo cal-
 canei. Talus finem cuiuslibet rei significat.
 sicut ipse subē cruribus & eminentie corpo-
 ris. Vnde legit iacob filio suo ioseph tunicā
 talarem atq̄ pollimitā fecisse. hoc ē vario co-
 lore cōtextam. Ideo talaris tunica dicit̄ eoq̄
 vsq̄ ad talos descēderet & manibus artificis
 mira esset varietate distincta. Que etiam tu-
 nica secundum allegoriam varietatē populo-
 rum ex omnibus gentibus in corpore xp̄i cō-
 gregatam significauit. Item alio mō ioseph q̄
 inter fratres vndecim vsq̄ ad finem iustus p̄-
 seuerasse describit̄. solus talarem tunicā habu-
 isse describit̄. Quid est ergo talaris tunica ni-
 si actio cōsummata. Quasi enim p̄tenā tunica
 talum corporis cooperit cum bona actio ante
 dei oculos vsq̄ ad vite terminum nos tegit.
 Vnde & per moisen cauda hostie in altari of-
 ferri precipit̄ vt videlicet omne bonum qd̄ in-
 cipimus etiam perseuerati fine compleamus
 Pedes ex greca ethimologia nomen sortiti
 sūt. Hos enim greci podas dicūt quia alter-
 nis motibus solo incedūt fixi. Pedes cursum
 vite presentis significant stabilitatez̄ mentis
 ac fidei vt est illud in psalmo. Stantes erant
 pedes nostri in atriis tuis hierusalēz̄. hoc est
 gressus operū nostroz̄ firmiter p̄manent in
 fide & religione quā in p̄senti tempore san-
 cta tenet ecclesia. In contrariā partez̄ pedum
 significatio vertit̄. vt est illud p̄beticum te-
 stimoniū. Cur claudicatis vtroz̄ pede hoc ē
 sermone & opere estis instabiles & subuersi
 p̄niq̄ ad malū. Itē in psalmo de iudeis scrip-
 tum est. Veloces pedes eoz̄ ad effundendum
 sanguinem. Pedes appellat̄ cōsiliū p̄gressus q̄

bus de incepto p̄uehimur ad exitus rerum.
 Nam q̄ dixit veloces ostendit moderationis
 illis cōsilia defuisse ad effundendū sanguinem
 subaudiendum domini saluatoris vt scelera-
 te rei crescat immanitas actionis. Itēz̄ pedes
 cursus vite vel stabilitatem mentis aut fidei
 vt in psalmo. Perfice gressus meos in semi-
 tis tuis. Plante a planicie nūcupate. que
 nō rotunde vt in quadrupedibus ne stare non
 possit bipes homo sed plane atq̄ lōgiores for-
 mate sūt. vt stabile corpus efficerent. Sunt
 autem plante anteriores partes que etiā de
 multis ossibus cōstant. Significant plante ter-
 minum cōuersationis nostre. Vnde scriptū est
 in esaiā de iudaico populo. A planta pedis vsq̄
 q̄ ad verticem non est sanitas in eo. hoc est a
 summo vsq̄ ad summū. Tota enim eoz̄ cōuer-
 satio vicioz̄ & peccatoz̄ aculeis cōfossa erat
 nec sanitas vlla recte fidei & bonorum opez̄
 in eis apparebat. Vnde scriptum est in psal-
 mo de iuda p̄ditore. Qui edebat panes meos
 ampliauit aduersum me supplantationē. Qui
 enim panem doctrine ab ore saluatoris acce-
 pit & cōmuniter cum ceteris apl̄is apud eū
 vixit ignorantibus eis cum iudeis machina-
 tus est scelus p̄ditionis ita vt osculo eum tra-
 deret. O discipulum surdum o in docili cor-
 de durissimum. Quis enim eum a tanta pie-
 tate aliquid virtutis animo p̄cepisse credat.
 qui tā crudelis exstitit parricida. Calcis ps
 est plante a callo nomen illi impositū quo ter-
 ram calcamus. hinc & calcaneus. Solum infe-
 rior pars pedis inde ē dictum quia eo terre
 vestigia imprimimus. Sed & solum dicitur
 omne qd̄ aliquid sustinet quasi solidum. Vn-
 de & terra solum q̄ cuncta sustineat. & solū
 pedis q̄ totam corporis molē portat. Calca-
 neus supplantatio vicioz̄ est siue extremus
 cursus vite. De calcaneo enim ī psalterio de
 iniquis scriptum ē. Ipsi calcaneum meū ob-
 seruabunt. Mos iste diabolicus ē. vel eorum
 qui ministri ipsius esse noscunt̄ vt calcaneū.
 id ē vltima nostra insidiosa calliditate respi-
 ciant. sicut serpenti a domino p̄dictum ē. Illa
 tuum obseruabit caput & tu insidiaberis cal-
 caneo eius. Scit enim diabolus finitima nost-
 ra iudicari & ipsa vult euertere vt possimus
 ad reatus discrimina puenire. Vestigia enī
 quibus transeundo pedibus indicium transi-
 tus nostri relinquimus aliquādo stabilitatez̄
 virtutū mystice designant vt ē illud in psal-
 mo. Vt nō moueant̄ vestigia mea. Et in aliā
 partem translatum deuium peccatorum mō-
 strat vt est illud. Transit iter impioz̄ tanquā
 vestigium nauis. Neq̄ silendum arbitror q̄
 in corpore nostro est. Quedā tantū utilitatē

causa facta sunt ut viscera quedam & utilitas & decoris ut sensus in facie & in corpore manus ac pedes quorum membrorum & utilitas magna est & species decentissima, quedam tantum decoris ut mamille in viris & in utroque sexu umbilicus, quedam discretionis ut in viris genitalia barba plixa, pectus amplum in mulieribus lenes gene & angustum pectus ad concipiendos & portandos fetus renes & latera dilatata.

De situ & habitu humani corporis.

Stare hominis in fide consistere significat ut in aplo. **State in fide.** Ambulare ad deum tendere ut in psalmo. **Et ambulabam in latitudine.** Sedere in deo humiliter requiescere ut in euangelio. **Vos autem sedete in civitate.** Et in libro regum de dauid dicitur. **Seditque coram domino.** Iacere autem viciis aut temptationibus succubere. Unde legitur in euangelio. **Et inuenit eum iacentem in lecto.** Currere in operibus bonis prosperari. In aplo **Sic currite ut comprehendatis.** Et in malam partem. **Pedes eorum ad malum currunt.** Ascensus perfectus in domino. In psalmo ascensus in corde suo disposuit. Et in exodo. **Armati ascenderunt filii israel de egipto.** Item in mala partem ascensus superbie presumptio in euangelio **Qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit aliunde ille fur est & latro.** Descensus defectus a deo. In euangelio. **Homo quidam descendebat ab hierusalem in hiericho.** Et in esai. **Ve quia ascenditis equos ut descendatis in egiptum.**

Quomodo humana membra ascribantur diabolo
Sciendum vero est quod quando membra hominis & humani actus diabolo ascribuntur non secundum historiam sed secundum allegoriam accipienda sunt quia in multis locis scripture sacre huiusmodi species inveniuntur. Nam caput omnium malorum diabolus est. Unde legitur in abacuc. **Percussisti caput de domo impii.** Corpus vero diaboli reprobos homines. Unde de vebemoth legitur in libro beati iob. **Corpus eius sicut scuta fusilia.** Oculi eius videntes heretici. sive pravi omnes doctores. ut in predicto libro scriptum est. **Oculi eius sicut palpebre in circuitu dentium eius formido.** Nares diaboli inspirationes illius prave. ut in iob. **Et de naribus eius fumus procedit.** Os diaboli locutiones eius quibus corda hominum occultis cogitationibus alloquitur ut est illud in iob. **De ore eius flamma procedet.** Lingua diaboli sapientia seculi huius vel hereticorum dogma. ut est illud in iob. **Et fune ligabis linguam eius.** Ossa diaboli potentes quique & fortes in malicia sive heretici ut est illud in iob. **Ossa**

eius fistula eris. **Cartilago eius minus potentes quam hii qui ossa nominantur.** ut est illud in iob. **Cartilago eius sicut lamina ferrea.** Halitus diaboli inspiratio occulta per quam corda peccatorum amore carnali ardere facit. ut est illud in iob. **halitus eius prunas ardere facit.** **Facies diaboli antichristi aduentus.** vel aperta eius malitia ut est illud in iob. **Faciem eius prececidit egestas.** **Carnes diaboli infirmi quique in corpore eius & minus valentes peccare.** ut est illud in iob. **Membra carniuum eius coherentia sibi.** **Testiculi diaboli vel heretici vel prave cogitationes subtiliter vinculis peccatorum ligantes** ut est illud in iob. **Nervi testiculorum eius perplexi sunt.** **Cauda diaboli antichristus vel consuetudo peccandi** ut est illud. **Stringit caudam suam quasi cedrum.** **Dormire diabolum est in corde reproborum requiescere** ut est illud in iob. **Sub umbra dormit in secreto calami.** **Pascere diaboli est in peccatis impiorum delectari** ut est illud in iob. **Huic montes herbas ferunt.** **Quod ad hominem & ad partes attinet corporis ex parte iam superius dictum est.** nunc etates eius subiungamus.

Explicit liber sextus. Incipit liber septimus

De etatibus hominis.	i.
De generationis profapia.	ii.
De ordinibus filiorum.	iii.
De agnatis & cognatis.	iiii.
De coniugis.	v.
De portetis.	vi.
De pecoribus & iumentis.	vii.
	viii.

Radus etatis sex sunt in infantia pueritia adolescentia iuuentus gratia atque senectus. **Prima etas infantia est pueri nascentis ad lucem que porrigitur in septem annis.** **Secunda etas pueritia id est pura.** & nec dum ad generandum apta tendens usque ad xviii annum. **Tercia adolescentia ad gignendum adulta que porrigitur usque ad xxviii annos.** **Quarta iuuentus firmissima etatum omnium finiens in quinquagesimum annum.** **Quinta etas senioris id est gravitas que est declinatio a iuuentute in senectute non dum senectus sed iam non iuuentus quia senioris etas est. quam greci prespiten vocant.** Nam senex apud grecos non prespiter sed gereon dicitur. **Que etas a quinquagesimo anno incipiens septuagesimo anno terminatur.** **Sexta etas senectus que nullo annorum tempore finit sed post quinque illas etates quantumcumque vite est senectuti deputat.** **Senium autem pars ultima senectutis dicta quod sit terminus sexte etate**

tis. In hiis igitur sex spatiis phi vitam descrip-
 serunt humanam, in quibus mutat & currit.
 & ad terminum mortis puenit. Pergamus
 ergo breuiter per predictos gradus etatum ethi-
 mologias eorum in homine demonstrantes. In-
 fans dicitur homo prime etatis. Dicitur autem
 infans quia adhuc fari nescit, id est loqui non
 potest. Nondum enim bene ordinatis denti-
 bus plena est sermonis expressio. Infantes ma-
 licia paruulos mystice significat, ut in psalmo
 Ex ore infantium & lactentium proficisci laudem
 Lactentes in christi fide proficiscetes. Ablactatus
 christus de quo per esaiam dicitur Super foramina
 aspidis & in cauerna reguli qui ablactus fu-
 erit manum suam mittet. Ablactati perfe-
 cti quasi a simplici cibo doctrine abstracti.
 Vbi & supra Ablactatus a lacte expulsus ab
 vberibus. Paruulus mystice christus ut est illud
 esaiæ. Paruulus natus est nobis. Item puuli
 sancto spiritu humiles ut in psalmo. Custodi-
 ens paruulos dominus. Et in malam partem
 in osee. Paruuli eorum elidantur. Paruuli cogita-
 tiones prave priusquam in opere perficiantur ut
 in psalmo. Beatus qui tenebit & allidet paru-
 uulos tuos ad petram, hoc est ad christum. Puer a
 puricia vocatus quia purus est, & nec dum
 lanuginem floremque generum habens. Hii sunt
 effebi id est a febo dicti nec dum viri adole-
 tuli lenes. Puer autem tribus modis dicitur per na-
 tuitate ut esaias puer natus est nobis, per eta-
 te ut octennis decennis. Vnde est illud. Iam
 puerile regum tenera ceruice gerebat, per ob-
 sequio & fidei puritate, de quo dominus ad
 prophetam ait. Puer meus es tu, noli timere
 dum iam hieremias longe pueritie excessisset
 annos. Puer mystice christus intelligitur ut in euan-
 gelio. Puer autem iherosolymus crescebat. Item in ma-
 lam partem. Puer centum annorum id est pecca-
 tor per facte stulticie ut in esaiæ. Quonia puer
 centum annorum morietur. Pueri sancti appella-
 ti a puritate ut in esaiæ. Ecce ego & pueri quos
 dedit mihi dominus. Et in aliam partem. No-
 lite pueri effici sensibus & cetera. Puella est
 paruula quasi pupilla. Vnde pupillos non per con-
 ditione sed per etate puerili vocamus. Pupilli
 autem dicti quasi sine oculis hoc est a parietibus
 orbis. Hii autem vere pupilli dicuntur quorum pa-
 tres ante decesserunt quam ab hiis nomen acci-
 perent, ceteri orbis vocantur. Orphani id est qui
 & pupilli. Illud enim grecum nomen est, hoc lati-
 num. Nam & in psalmo vbi legitur, pupillo tu
 eris adiutor grecus habet orphano. Cuius
 sententie talis est sensus. Pupillum vero dicitur
 non cuius genitor carnalis occubuit sed cui pa-
 ter sepultus est mundus. Nam pupillos mul-
 tos inuenies orbatos patre visibili & sunt plas-

pbemi obligatores & quod in illa etate cre-
 berrimum est luxuriosi. Et hii a domino pro-
 bantur alieni. Sed ab illis pupillis diuidi non
 potest adiutorium dei, quorum pater diabolus in
 actione facinororum probatur extinctus. Et inten-
 de quod dicit tu eris adiutor, ut cum carnaliter
 affligi videas eos non dubites esse liberandos.
 Item in psalterio scriptum est. Pupillum & vidua
 am suscipiet, & viam peccatorum exterminabit.
 Pupillus & vidua sunt qui dominum pura men-
 te respiciunt humanis solaciis destituti, hos
 recipit christus suo munimine vindicandos. Sed
 cum istos per sua pietate receperit diabolus
 qui est via peccatorum exterminabit id est a ter-
 mino regni sui reddit alienum. Pregnantes
 anime fidelium verbum dei nunc concipientes
 & nec dum in opere periturientes, sicut in exo-
 do per prophetam doctoribus dicitur. Si duo vi-
 ri rixantes, & percusserit quis mulierem
 pregnantem & abortiuum fecerit id est fidei
 verbum perdidit. De hiis namque animabus fi-
 delium per amos de hereticis dicitur. Secuerunt
 pregnantem galaad. Item pregnantem anime
 peccatorum cupiditatum cogitationibus plene de-
 quibus in euangelio dicitur. Ve pregnantibus &
 nutrientibus in illis diebus. Pariens aure cor-
 dis fidei verba accipiens & in confessione vel
 opere generans, sicut in hieremia de fidelibus
 dicitur. Inter quos erit cecus & claudus preg-
 nans & pariens. In malam partem. Conceptit
 dolorem & peperit iniquitatem. Primogeni-
 tus christus de quo in lege. Omne primogenitum
 ad aperiens vuluam sanctum domino vocabi-
 tur. Item primogenitus populus iudeorum ut
 in propheta. Primogenitus meus israel. Pri-
 mogenita primitiua vita, per qua in lege scrip-
 tum est. Omnia primogenita filiorum tuorum
 redimes. Puberes a pube id est a pudenda cor-
 poris parte nuncupati, quod hec loca tunc pri-
 mum lanuginem ducunt. Quidam autem exan-
 nis pubertate existimant vocata id est eum pu-
 berem esse qui xiiii annos expleuerit quamuis
 tardissime pubescat. Certissimum puberem
 esse qui ex habitu corporis pubertatem osten-
 dit & generare iam possit. Puerpere sunt que
 annis puerilibus pariunt. Vnde & Horatius
 laudat. Prima ple puerpere nato. Et dicte
 puerpere vel quod partu grauentur vel quod primam
 pueros pariunt. Vnde de matre saluatoris ait
 poeta. Salue sancta paries enixa puerpera re-
 gem. Adolescens dicitur eorum sit ad gignendum
 adultus, siue a crescere & augeri. Adolescen-
 tes fideles siue operibus proficiscetes ut in epi-
 stola iohannis. Scribo vobis adolescentes qui
 vicistis malignum. Et in aliam partem adoles-
 centia enim & voluptas vana sunt. Iuuenis vo-

catus quod iuuare posse incipit. ut in bobus iuueni cum a vitulis discesserint. **E**st enim iuuenis in ipso etatis incremento positus & ad auxiliandum preparatus. **N**am iuuare hominis est opus. aliquid offerentis. **S**icut autem tricesimus perfecte etatis est annus in hominibus ita in pecudibus & in iumentis tunc robustissimus. **I**uuenes significant alacres in deum ut in epistola iohannis. **S**cribo vobis iuuenes quia fortes estis & verbum dei in vobis manet. **E**t in malam partem ut in psalmo. **I**uuenes eorum comedit ignis. **I**nfantēs enim & adoleſcentes atque iuuenes mystice significant eos qui crescunt in gratia dei & fortiter resistunt diabolo. **V**nde iohannes apostolus in epistola sua dicit. **S**cribo vobis adoleſcentes quonia vicistis malignum. **S**cribo vobis infantes quonia cognovistis patres. **S**cribo vobis iuuenes. quia fortes estis & vicistis malignum & verbum dei in vobis manet. **I**tem in mala partem puer adoleſcens & iuuenis positi reperiunt. quando stulticiam sensus aut peculantiā morum significant. **V**nde scriptum est. **S**ulticia ligata est in corde pueri & virga discipline fugabit eam. **V**nde in libro regum de roboam legitur. quod relicto senioꝝ consilio secutus sit adoleſcentium & iuuenum consilium. **H**inc & apostolus iubens ait. **N**olite pueri effici sensibus sed malicia paruuli estote. **P**aruulus enim intelligitur mente humilis & simplex ut est illud dominici testimonium in euangelio. **C**onfiteor tibi domine pater celi & terre. quia abscondisti hec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. **I**tem paruulus aliam significationem habet ubi dicit apostolus. **C**um essem paruulus loquebar ut paruulus. sapiebam ut paruulus. cogitabam ut paruulus. cum autem factus sum vir euacuavi que erant paruuli. **V**ir nuncupatur quod maior in eo vis est quam in feminis. **V**nde & virtus nomen accepit. siue quod vi agat feminam. **M**ystice enim vir aliquando intelligitur christus. cuius uxor est ecclesia. **V**nde dicit apostolus **V**iri diligite uxores vestras. sicut & christus dilexit ecclesiam. **I**tem vir intellectus spiritalis in historia scripturarum accipitur. **R**ursum vir spiritus intelligitur qui principatur in anima. **V**nde dominus ait ad mulierem samaritanam **V**ade voca virum tuum. hoc est redi ad intellectum tuum. **I**tem vir in contrariam partem ponitur ut est illud in penthatheuco bona facie valde virgo quam vir non cognouerat id est diabolus qui plerumque mentem cogitatione corrumpit. **I**tem vir christus intelligitur in illo zacharie testimonio. ecce veniet inquit vir cuius oriens nomen est. **E**t alibi. **R**euertimini filii reuertentes quia ego vir vester. **R**ursum vir & uxor

christus & ecclesia ut in apostolo. **P**ropter hoc relinquet homo patrem & matrem & adheret uxori sue & erunt duo in carne una. **E**go autem dico in christo & in ecclesia. **V**ir & uxor anima & caro. filii opera ab utroque genita ut in exodo. **S**eruiet tibi cum uxore & filiis. **I**tem vir & uxor diabolus & ciuitas babilonia hoc est conuentus omnium malorum. **M**ulier vero a mollicie tanquam mollier detracta. id est litera vel mutata appellata est mulier. **V**trique enim fortitudine & imbecillitate corporum separantur. **S**ed ideo maxima fortitudo viri. mulieris minor ut paciens viro esset. scilicet ne a feminis repugnantibus libido cogeret viros aliud appetere aut in alium sexum pruerere. **D**icit autem mulier secundum femininum sexum non secundum corruptionem integritatis & hoc ex lingua sacre scripture. **N**am eua statim facta de latere viri sui. non dum contacta a viro mulier appellata est dicente scriptura. **E**t formauit eum in mulierem. **M**ystice mulier autem ecclesiam significat propter filiorum generationem de qua legitur in peruerbis. **M**ulierem fortem quis inueniet. **H**ec etiam mulier septiformis tenet ecclesie sacramentum ut in esaiam apprehendit inquit septem mulieres virum unum. aut animam siue humanam carnem significat que imperio spiritus subiecta esse debet. & eius regimine gubernari. **V**nde dicit apostolus. **C**aput mulieris vir caput viri christus. **T**unc enim bene animam siue carnem regit spiritus. si ipse spiritu christi regitur. quia quicumque spiritu dei aguntur hi filii sunt dei. **Q**ui autem spiritum christi non habet hic non est eius. **I**tem mulieres anime fidelium sed infirme sicut in propheta de hereticis dicitur. **M**ulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum marie. **I**tem mulier vel uxor sapientia ut est illud. **L**etare cum muliere adoleſcentie tue. **H**ec mulier genuerat filios non filias hoc est virtutes non vicia. **R**ursum mulier in malam partem accipitur mulier vrbs babilonia que totius mundi gerit figuram. ut in apocalypsi. **V**idi mulierem ebriam de sanguine sanctorum. **I**tem mulier heretica prauitas ut in salomone. **M**ulier stulta & clamorosa plenaque illecebris. **I**tem mulieres due plebes iudaica atque heretica ut in zacharia. **E**cce mulieres due portantes amphoram. id est diabolus qui est caput totius iniquitatis. **A**dult diabolus vel demones ut in esaiam. **V**os autem accedite filii auguratrice semen adulteri & fornicarie. **F**ornicaria carnalis propagatio plebs iudea siue anima peccatrice. **M**eretrice anima peccatrix que derelicto celesti viro id est christo. adulterinos de diabolo iniquitatis fructus concipit. ut in hieremia. **F**rons meretricis facta est tibi. **L**upa

nar id ē locus meretriciosus consciētia homi-
nis peccatoris vel corpus in quo adulteros
cū demonibus ppetrat ocubitus. vt in eze-
chiele. **Et destruam lupanar tuum. Virago** a
viridiori etate dicta ē. sicut & virga sicut &
vitula. **Alias** ab incorruptione quasi virago
quā ignoret femineā passionē. **Virago** vocata
quia virum agit. hoc ē opera virilia facit. &
masculini vigoris ē. **Antiqui** enim fortes fe-
minas viragines vocabant. **Virgo** autē non
recte virago dicit si non viri officio fungitur
mulier vero si opera virilia facit. recte vir-
ago dicit vt amazona. **Que** vero nunc femina
antiquitus vira vocabat. sicut a seruo serua.
sicut a famulo famula. ita a viro vira. **Hinc**
& virginis nomē dictū quidam putant. **Vir**
go mystice aut sanctam ecclesiam catholicam
significat que fide ē incorrupta siue animam
fidelē que nō consentit contaminari suggestio-
nibus diaboli vel hereticorū erroribus corrū-
pi. **Cui** dicit apłus. **Despondi** enim vos vir-
ginem castam exhibere xpō **Virgines** anime
sanctorum a corruptione mundi p quinq; sen-
sus corporis se continent vt in euangelio. **Si**
mille est regnum celorū decem virginibus.
Item virgines anime continentium. non ppter
eternā retributionē. sed ppter fauorē laudis
humane. **Vnde** & supra **Et** quinq; fatue. **Et**
in amos ppheta. **In** die illa deficiēt virgines
pulcre. **Lampades** opera iusticie vt in euāge-
lio. **Accipientes** lampades suas exierūt obui-
am sponso & sponse **Sterilis** mystice sanctam
ecclesiam ante aduētum saluatoris nostri sig-
nificat. vt in esaia. **Lauda** sterilis que nō pa-
ris. **Et** in psalmo. **Qui** habitare facit sterilez
in domo. **Femina** vero a partibus femorū di-
cta vbi sexus species a viro distinguit. **Alii**
greca ethimologia feminā ab ignea vi dictā
putant. quia vebemēter occupat. **Libidini-**
osiores enim viris feminas esse. tam in homi-
nibus quā in animalibus. **Vnde** nimius amor
apud antiquos femineus vocabatur. **Femina**
quādo in bonam partē accipit significat ma-
riam matrē domini de qua ppheta ait. **Femi-**
na circumdabit virum. aut humilitatē subie-
ctorum. **Quando** autem in malam partē sig-
nificat libidinē luxuriosorū. **Senior** est ad huc
viridior. **Vnde** in sexto libro ovidius ait. **Se-**
nior inter iuuenemq; senēq;. **Senioris** autem
nomen aut dignitatē magisterii aut maturi-
tatem cōsiliū significat. **Vnde** in eplā sua pe-
trus apłus dicit. **Seniores** qui in vobis sūt.
obsecro senior & testis xpī passionum. **Et**
iobānes senior inqt electe dñe. **Et** semō gao
carissimo. **Senes** autē quidā dictos putant a
sensu diminutione eo quā iam pre vetustate

desipiat. **Nam** phisici dicūt stultos esse homi-
nes frigidioris sanguinis. **Prudentes** calidi
Vnde & senes in quibus iam friget. & pue-
ri in quibus nec dum calet minus sapiunt.
Inde ē quā cōuenit sibi infantū etas & senum
Senes enim p nimia etatem delirant pueri p
lasciuia & infantes ignorant quid agāt. **Se-**
nex autē tantum masculini generis est. sicut
anus feminini. **Senex** mystice quādo in bonā
partem accipit cōsummate iusticie significat
hominē & pbate sciētie. vt ē illud in genesi
Mortuus est abrahā senex & plenus dierum
Et in salomone. **Canis** sūt hominis sensus. &
etas senectutis vita immaculata. **Quando** ve-
ro in alterā partem ponit significat ebetudi-
nem sensus & insipientiā erroris. **Vnde** in sa-
lomone scriptū ē. **Cunq;** iā senex esset depra-
uatum ē cor eius. **Senectus** autē multa secū
& bona affert & mala. **Bona** quia nos a potē-
tissimis dominis liberat. voluptatibus impo-
nit modum libidinis frangit impetus auget
sapientiā dat maturiora cōsilia. **Mala** autem
quia senium miserimū est debilitate & odio
Subeunt enim morbi tristisq; senectus **Nam**
duo sūt quibus minuunt corpore vires sene-
ctus & morbus. **Senectus** aliquando incom-
moda presentis temporis significat. aliquan-
do candorē virtutū **Nam** ppheta dominum
precat in psalterio ita dicens. **Ne** picias me
in tempore senectutis. **Supplicat** ne tempo-
re senectutis sue piciatur a domino quando
fessa sit virtus corporis. plus indiget adiuua-
ri. **Sed** hanc senectutē non solum etatē fini-
tam debemus accipere. sed etiā cum tribula-
tionibus crebris atq; martiriis robur anime
cōsenescit. **Candorem** autē virtutū significat
illud vbi scriptum ē. **Senectus** mea in miseri-
cordia vberis. **Senectus** candidū caput habet
Que similitudo vt arbitror hic iuste dat ec-
clesie. quoniā omnia merita sanctorū tanquā
cani capitis purissima luce fulgebūt. **Nec** in-
cassum addidit mea. quia senectus humana
morbis grauissimis sauciata tēdit ad finē q-
relis onerosa colore deformis ē. **At** contra se-
nectus ecclesie ad vitā ducit ppetuam ad be-
atitudinem mirabilē. ad pulcritudinē singu-
larem vt luceat sicut angeli dei. **Hec** de sexu
hominum & gradibus etatū nūc dicti suffici-
ant iam de generatione serie dicēda sūt aliq;

De regenerationis pspia.

Mater ē a quo initium nascit generis.
Itaq; is paterfamilias vocitatur. **Pa-**
ter autē dictus eoquā patrione per
acta filium pcreet. **Patratiō** enim ē rei vene-
rie cōsummatio **Lucretius.** **Et** bene patratiō
patrū. **Genitores** autē a gignēdo. & paren-

res quasi parientes id ē & creatores. **C**remē
 tum enim ē semen masculi. vnde animalium
 & hominū corpora accipiunt. **H**inc creatores
 parentes dicunt. **M**ultis modis in scripturis
 pater posit⁹ reperit. quia aut naturaliter pa
 ter dicit. vt deus pater omnīū a quo sūt om
 nia. quia ab eo omnia originē habent aut ge
 neratōne sicut nominat ab eo qđ filium genu
 it. vt est illud **A**brabā genuit isaac isaac autē
 genuit iacob zē. aut posteritatē gētis ab eo
 orre. sicut in euangelio legit iudeos domino
 dixisse. **P**ater noster abraā est. & diues in in
 ferno posit⁹ patrē vocauit abraā. **P**ater ve
 ro homo primus adam intelligit. vt est illud
 esaie. **P**ater vester primus peccauit. **I**tem pa
 ter mūdus siue diabolus ē vt in euāgelio vos
 de patre diabolo estis. & in zacharia. **P**atres
 vestri vbi sūt. **R**ursum patres apli. siue pro
 phete vt in psalmo **P**ro patrib⁹ tuis nati sūt
 tibi filii. **E**t doctrina dicit pater sicut paul⁹
 aliquibus fidelib⁹ ait. **L**icet mltos magros ha
 be retis tamē n̄ multos patres. **E**go enim p
 euangelium in xp̄o vos genui. aut veneratōe
 sicut monastica disciplina docet monachos.
 vt illum qui super eos pastor cōstitutus ē ab
 batem & dominū vocēt. **S**ed querit cum do
 minus discipulis suis iusserit dicēs. patrē no
 lite vocare vobis sup̄ terram quia vnus est pa
 ter vester qui in celis ē. nec vocemini magis
 tri. quia magister vester vnus ē xp̄s. quare
 aduersum hoc preceptū doctorem gentium
 ap̄lus esse se dixerit. aut quomodo vulgato
 sermone maxime in palestine & egipti mona
 steriis se inuicem patres vocēt. **Q**uod sic sol
 uit aliud esse natura patrē vel magistrū ali
 ud indulgētia. **N**os si hominē patrem voca
 mus honorē etati deferimus. nō auctōrē no
 stre ostēdimus vite quia nec initiū vite ex eis
 habemus sed transitum vite p̄ eos accepim⁹
Magister qđ dicit ex consortio veri magis
 tri. **E**t ne infinita replicet quomodo vnus p
 naturam deus & vnus filius non p̄iudicat ce
 teris ne p̄ adoptionem dñi vocent & filii. ita
 & vnus pater & magister nō p̄iudicat aliis
 ne abusiue appellent patres & magistri **M**a
 ter dicit qđ exīde efficiat aliqd. **M**ater enī
 qđ materia. **N**ā causa pater ē **M**ater signifi
 cat eccl̄az vt ē illud psalmiste. **Q**ui habitare
 facit sterilem in domo matrē filioz letantez
Item mater ē celestis hierusalem vt in ap̄lo.
Que autē sursum ē libera ē que ē mater om
 nium nostrum. **I**terū mater sinagoga iudeo
 rum intelligit vt ē illud hieremie pp̄bete.
In sceleribus vestris dimisi matrē vestram.
Rursum pater vel mater babilonia siue gene
 ratio carnalis ē. vt psalmista dicit. **Q**uoniaz

p̄r meus & mat̄ mea dereliquerūt me. **P**ater
 familias autez dicitur qđ omnibus in familia
 sua positis seruis. tāquam pater filiis patria
 dilectione cōsulit. seruoꝝq; cōditionem a filio
 rum affectu nō discernit. sed quasi membrū
 vnum complectit. **H**inc enim exortum ē no
 men patrifamilias **Q**ui autē inique dominan
 tur in seruis hoc se nomine nequaquam pa
 rent appellari. **Q**ui sit autē paterfamilias mi
 stice intelligēdus parabola euāgelica docet.
 cum ibi ita legit. **S**imile ē regnum celorum
 patrifamilias qui exiit primo mane cōducere
 operarios in vineam suā. **Q**uis vero patrifam
 ilias similitudinē rectius tenet. quā condi
 tor noster qui regit quos cōdidit. & electos
 suos sic in hoc mūdo possidet quasi subiectos
 dominus ī domo **Q**ui habet vineā vniuersam
 scilicet ecclesiam quia ab abel iusto vsq; ad vl
 timum electum qui in fine mundi venturus
 est. quot sanctos p̄tulit quasi tot palmites
 misit. **M**atrēfamilias inde vocari quia per
 quandā iuris solēnitatem in familiam trāsit
Tabule enī matrimoniales instrumēta emp
 tionis sue sūt. **A**lias sicut matrona ē mater
 primi pueri id ē qđ mat̄ nati ita materfamili
 as illa ē que plures enixa ē. **N**am familia ex
 duobus esse incipit. **S**piritualiter autē mater
 omnīū fidelīū sancta ē ecclesia que quotidie
 deo filios generat p̄ sacramēta diuina & ver
 bum euāgelii. **I**te hierl̄m celestis mater n̄ra
 dicit. vt ē illud in ap̄lo. **I**lla ingt que sursum
 ē hierl̄m libera ē que ē mater n̄ra **N**am fami
 lia p̄ seruis abusiue nō pp̄rie dicit. **I**uxta al
 legoriā autē familia xp̄i plebs ē xp̄iana que
 in sancta versat eccl̄a vt sup̄ ostēdimus. **V**n
 de dicit in orōne sacerdotis ad dñm. **F**amili
 am tuā q̄sumus domine cōtinua pietate custo
 di. quia aliter illesa seruari nō potest. nisi ei⁹
 p̄tectione muniat. **A**uus patris pater est ab
 euo dicitur id ē ab antiq̄tate. **P**roauus aui pa
 ter ē quasi p̄pe auū. **A**bauus p̄pau pater iā
 longe ab auo. **A**tauus abau pater. **T**ritau⁹
 atau pater. qđ tetrauus. i. quartus sup̄ auū
Sed tritauus vltimū cogitatiois nomen est.

De ordinibus filioꝝ.

Quadrigitus ē autē ordo filioꝝ ita
 vngēnus. primogenitus. medi⁹. no
 uissimus. **P**rimogenitus ante quē n̄
 lus vngēnus post quē nullus. medius inter
 omnes. nouissimus post omnes. idē & minim⁹
 a monade. **N**ouissim⁹ autē p̄pter qđ nou⁹ q̄
 ceteri p̄cedendo antiquores existūt. **Q**uatu
 etiā modis filii appellant. **N**atura imitatioe
 adoptione doctrina. **N**atura veluti cū dñr.
 filii abrahe iudei. **I**mitatioe vt ipsius abrahe
 fidem imitātes ex gētibus dicēte euangelio

Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. vel sic eosdem iudeos dominus filios esse. dicit diaboli a quo non nati sunt que fuerat imitati. **A**doptio est que humana consuetudine nulli licet nescire vel sic nos deo non natura. sed ad optionem dicimus. **P**ater noster qui es in celis. **D**octrina sic apostolus filios suos appellat eos quibus euangelium predicavit. **F**ilii populi fideles per apostolorum predicacionem in ecclesia renati. sic ait apostolus. **I**n christo iesu per euangelium ego vos genui. **Q**uibus per psalmistam dominus dicit. **V**enite filii audite me. **F**ilii hereticorum discipuli ut in iob. **S**i multiplicati fuerint filii eius in gladio erunt. **F**ilii reipublice omnes. ut in epistola iohannis. **I**n hoc manifesti sunt filii dei & filii diaboli. **F**ilia anima fidelis siue ecclesia ut in psalmo. **A**udi filia & vide. **E**t in mala parte. **F**ilia babilonis misera. **F**ilie anime sanctorum ut in propheta. **E**ro vobis in pater. & vos eritis mihi in filios & filias. **I**tem filii reipublice omnes ut in esaiam. **P**reparate filios occisionis in iniquitate patrum suorum. **F**ilii autem ideo in legibus liberi appellantur ut isto vocabulo discernantur a seruis. quia sicut seruus in potestate est domini sic filius in potestate est patris. **I**nde etiam fit filio emancipatio ut sit liber a patre. sic fit seruo manu remissio ut sit libertus a domino. **I**tem liberi dicti qui ex libero sunt matremonio orti. **N**am filii ex libero & ancilla seruilis conditionis sunt. semper enim qui nascitur deterioris parentis status sumit. **N**aturales autem dicuntur ingenuorum concubinarum filii quos sola natura genuit non honestas coniugii idem pueri a pube. **A**doptiuus filius est qui aut patre iusto aut auo aut patre cuius potestate per emancipationem est traditus in alienam potestatem qui utriusque fert nomen ut fabius emilius vel scipio paulinus. **M**istice autem adoptiuus filii intelliguntur esse christiani quos deus pater mittens unigenitum filium suum immensa gratia per spiritum sancti donum in locum adoptauit filiorum. **V**nde & apostolus ad credentes ait. **A**t ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege. ut eos qui sub lege erant redimeret et ut adoptionem filiorum recipemus. **Q**uoniam autem estis filii dei. misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem abba pater. **I**taque iam non est seruus sed filius. **Q**uod si filius & heres per deum. **G**emini sunt non duo tantum simul nati. sed etiam plures. **D**e geminis autem unus abortiuus. aliter qui legitime natus fuerit volpicus nominatur. **G**emini autem in scripturis iuxta allegoriam duo populi intelliguntur hoc est iudeorum & gentilium. **H**os figurabat illi gemini rebecca. quos genuit isaac patriarche. **V**nde ipsa rebecca dum prexisset ut adoraret & consuleret dominum tale ab eo accepit responsum. **D**ue

gentes in utero tuo sunt. & duo populi ex ventre tuo diuidentur populusque populum superabit & maior seruiet minori. **Q**uod & aliter iuxta tropologiam intelligi potest. **S**iquidem & in singulis nobis hoc dici potest quod due gentes & duo populi sint intra nos vicioz scilicet atque virtutum. **S**ed iste minor est ille maior. **S**emper enim plures sunt mali quam boni & vitia numerosiora sunt virtutibus. sed tamen & in nobis gratia dei populus populum superat & maior seruiet minori. **S**eruiet enim caro spiritui. & vitia virtutibus cedunt. **P**ostumus vocatur eo qui post humationem patris nascitur id est post obitum. **I**ste & defuncti nomen accepit. **S**ic enim lex voluit. ut qui defuncto nascitur. defuncti nomine appelletur. **N**obis dicitur qui de patre nobili & matre ignobili gignitur. sic ex concubina. **E**st autem hoc nomen grecum & in latinitate defecit. **H**uic contrarius est spurius qui de matre nobili & patre ignobili nascitur. **I**tem spurius patre incerto matre vidua genitus. velut tantum spurii filius. quia muliebrem naturam veteres spuriam vocabant. **L**atine autem spurii quasi extra puritatem id est quasi inmundi. **L**egitur enim in libro regum. vir spurius nomine goliath de castris philistinorum processit se quem dauid vicit. atque percussit. quod significat redemptorem nostrum qui fortis manu goliath qui trans migras interpretatur & significat diaboli superbiam. singulari certamine congressum prostrasse ac populum dei a timore eius eripuisse. **N**e pos est qui ex filio natus est. **D**ictus autem quasi natus post. **P**rimus. n. filius nascitur. deinde nepos. **G**radus enim substitutionis est. **H**inc & posteritas quasi postera etas. **N**e pos autem utriusque sexus est. **N**am ut neptis dicimus in iure est propter discretionem successionis amissam. **P**ronepos est qui ex nepote conceptus natusque est & dictus pronepos quasi natus porro post. **E**x hoc quoque gradu incipit vocari & progenies quia non est in eis longa posteritas. **S**icut autem inferius longe editi progenies dicuntur. ita superius pauus attani qui & progenitores appellantur. quasi porro generantes. **P**ronepos dicitur quia prope non potest. **A**bnepos quia se iungit a nepote. **E**t enim inter illum & nepotem pronepos. **A**dnepos abnepotis filius. **T**rinepos adnepotis filius quia post nepotem quartus in ordine est. quasi tetranepos. **M**inores autem non dicimus nisi quantiens graduum deficit nomen ut puta filius. nepos pronepos abnepos atnepos trinepos. **V**bi isti gradus defecerint merito iam dicimus minores sic & maiores dicimus per patrem patris aui pauus abauus atauus tritauus vocabulum.

De agnatis & cognatis.

Agnati dicitur eo qui accedat per natis duos defuit filii. **Q**ui ideo prius in genere agnoscuntur quia veniunt per virilis sexus per

sonas. veluti frater eodē patre natus. vel fratris filius nepos vel ex eo itez patruus. Cognati dicti quia sunt & ipsi propinquitate cognationis coniuncti quia inde post agnatos habent. quia per feminam sexus personas veniunt. nec sunt agnati sed alias naturali iure cognati. Proximus propter proximitatem sanguinis appellatus. Consanguinei eorum ex uno sanguine. id est ex uno patris semine nati sunt. In scriptura ergo sacra non tantum illi cognati dicitur quia historialiter quidam proximitate consanguinitatis sociati videntur. sed etiam illi quos cognatio spiritalis in fide & bonis operibus coniungit. Quod ibi monstrat ubi fideles de gentibus semen abrahe nuncupant. Unde apostolus dicit. Non omnes qui ex abraha nati sunt filii dicuntur abraham. sed qui ex fide abrahe sunt illi estimantur in semine. quoniam qui ex fide sunt illi filii sunt abrahe. Proximi autem mystice fide propinqui intelliguntur. ut est illud in salomone. Venite & manducate & bibite & inebriamini proximi. Vicini propinqui ut in exodo. Assumet vicinum suum qui coniunctus est domui sue. Et in salomone. Melius est vicinus iuxta quam frater procul. Fratres dicti eorum sint ex eodem fructu. id est ex eodem nati semine. Germani vero de eadem genitrice manantes non ut multi dicunt de eodem germine. qui tantum fratres vocantur. Ergo fratres ex eodem fructu germani ex eadem genitrice manantes. Uterini vocati quia sint ex diversis patribus & utero uno editi nam uterus tantum mulieris est. Quatuor autem modis in scripturis diuinis fratres dici constat natura gentis cognatione affectu. Natura ut esau & iacob andreas & petrus iacobus & iohannes. Gente ut omnes iudei fratres inter se vocantur. Unde dicit in deuteronio. Si autem emeris fratrem tuum qui est hebreus. Et apostolus Optabam inquit ego anathema esse a christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt israelite. Porro cognatione fratres vocantur qui sunt de una familia. id est patria quos latini paternitates interpretantur. cum ex una radice multa generis terra diffunditur. Et in genesi dicitur abraham ad loth. Non sit rixa inter me & te. Et inter pastores tuos & pastores meos. quia omnes nos fratres sumus. Et certe loth non erat frater abrahe. sed filius fratris eius aaron. Quarto modo affectu fratres dici qui in duo scinduntur spiritale & commune. spiritale quoniam omnes christiani fratres vocamur. ut ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in unum in commune cum & omnes homines ex uno patre nati pari inter nos germanitate coniungimus scriptura loquente. Dicite hiis qui oderunt vos fratres nostri vos estis Germani ita intelligitur ut germanus eadem genitricem manans. Mystice christus frater est de quo in canticis canticorum dicit. Frater meus & ego

illi. Item fratres apostoli suae omnes sancti ut in psalmo. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et in alia parte ut in iob. Fratres mei propter erunt me sicut torrens. Amici apostoli vel omnes sancti. ut in euangelio. Nam si dico vos seruos & amicos. Et in alia parte. Amice quomodo huc intraisti si habes vestem nuptiale. Sodales apostoli ut in canticis canticorum. Ne vagari incipiam per greges sodalium tuorum. Soror autem ut frater. Nam soror est ex eodem semine dicta quia sola cum fratribus in sorte agnationis habeatur. Mystice autem sororis nomine sancta ecclesia vel anima fidelis accipi potest. Unde in canticis canticorum sponsus ad sponsam dicit. Quam pulcre sunt mammae tuae soror mea sponsa. Pulciora vbera tua vino & odor vngentorum tuorum super omnia aromata. In mammis sancti doctores intelliguntur propter consolationem infirmorum & paruulorum sustentationem que lacte exprimitur. In vberibus suauitas gratie designatur quae pulcor est austeritate legis. In odore vngentorum fama suauissima insinuat diffusio fidei quae per totum orbem spargitur. Hec quae legi veteri proferuntur quae in sola iudea coagustata diu latebat. Fratrum patruales dicti eorum patres eorum germani fratres inter se fuerunt. Consobrini vero vocati quia aut ex sorore & fratre. aut ex duabus sororibus sunt nati quasi sorini. Matruncles autem mater terere filii sunt. Sobrini sobrinorum filii. Patruus frater patris est quasi pater alius. Unde & moriēte patre pupillum pro patruus suscipit & quasi filium lege tue. Auunculus est frater matris. cuius nomen formam diminutiuam habere videtur quia ab auo venire monstrat. Amita est soror patris quasi alia mater. Matertera soror matris quasi altera mater. Socer qui filiam dedit. Genuer qui filiam duxit. Genuer autem dicitur quia ascendit ad augendum genus. Socer autem & socrus quia generum vel nurum sibi associat. Vitricus est qui uxorem ex alio viro filium aut filiam habentem duxit. & dicitur vitricus quasi nouitricus quia a matre superducatur nouus. Priuignus est qui ex alio patre natus est. & priuignus dici putatur quasi priuigenus quia prius genitus. Unde & vulgo antenatus dicitur. Vocabula haec a gente videntur declinata genitor genitrix. agnati agnate cognati cognate. progenitores progenitices. germani germane.

De coniugiis.

Vir sexum significat non coniugium nisi adiectis vir eius. Maritus vero etiam sine adiectione coniugis sonat & a mare maritus quasi mas. Est enim nomen prime positionis quod facit in diminutione masculus. in deriuatione maritus. Sponsus ab spondendo vocatus. Nam ante versus tabellarum matrimonii cautioes sibi inuicem emittebant in quibus spondebant se inuicem consentire in iura matrimonii et fidei iussores

dabant. **V**nde & admissum ē. vt sponsū dicam⁹
 virū ab spondēdo & sponsam sūr. **C**eterū pprie
 spōdere velle ē. **E**rgo sponsū n̄ q̄a pmittit. s̄ q̄a
 spōdet & spōsore dat. **S**pōsus x̄ps idō qd̄ a p̄re
 ab initio sit re pmissus vt in psalmo. **E**t ipse tan
 quā spōsus pcedēs de thalamo suo. **S**pōsa eccl̄a
 q̄ vtiq̄ diuinis spōsionib⁹ sit pmissa vt in cātico
 cāticoz. **V**eni a libano spōsa veni a libano. hoc ē
 a candore baptismatis. **N**uptie copulatio verbi
 dei & carnis vt in euāgelio. **S**imile ē regnū celo
 rum homini regi q̄ fecit nuptias filio suo. **I**tem
 nuptie societas anḡlorū & hominū p̄ d̄m cri
 stū facta vt ī euāgelio. **E**t vos similes hominib⁹
 expectātibus d̄m suū quādo reuertat̄ a nuptiis
Thalamus vterus virginis marie vt in psalmo.
Et ipse tanquā sponsus pcedēs de thalamo suo.
Thalami corda sanctorū vt in ezechiele. **O**sculū
 recōciliatio hoīs in deū. sic de pdigo filio dicit̄.
Et osculatus ē eū. **E**t in ap̄lo. **R**ecōciliati sum⁹
 deo p̄ mortē filii eius. **E**t in malā partem. **J**uda
 osculo filiū hoīs tradis. **R**isus gaudiū sempiter
 num sic in salomone pecc̄a dicit̄. **E**t ridebit in
 die nouissimo. **E**t in aliā partē. **E**go q̄p̄ interitu
 vestro ridebo. **A**rrabo dicit̄ q̄si arra bona. **Q**uā
 enī dat̄ p̄ coniugio bene dat̄ q̄a coniugium bonū est.
Quod v̄o causa fornicatōis aut adulterii malū
 ē idcirco arrobo nō ē. **D**icit̄ aut̄ arra a re p̄ qua
 tradit̄. **E**st aut̄ arra n̄ solū spōsio coniugalis. s̄ etiā
 p̄ qualibet pmissa re data vt compleat̄. **P**roci
 nuptiaz petitores a p̄cādo & petēdo dicit̄. **P**ro
 nuba dicit̄ eoꝝ nubētibus p̄est queq̄ nubentem
 viro coniungit ipsa ē & paranīpha. **N**am nimpha
 spōsa ī nuptiis & nimpha p̄labatōis officio qd̄
 & ad nomē nubētis alludit. **C**oniuces appellati
 p̄pter iugū qd̄ imponit̄ matrimonio coniugēdis
 iugo enī nubētes subici solēt p̄pter futurā cor
 diam ne separen̄t. **C**oniuces aut̄ verius appellā
 tur a p̄ma dispositionis fide quāuis adhuc inter
 eos ignoret̄ coniugalis ocubit⁹. sic maria coniunx io
 seph vocat̄ inter q̄s nec fuerat nec fut̄a erat car
 nis vlla omixtio. **M**atrona ē q̄ iam nupsit & di
 cta matrona q̄si mater nati. vel q̄a iā mater fieri
 potest. **V**nde & matrimoniū dicit̄. **D**istinguit̄
 autē inter matronā & matrēfamilias. **N**am ma
 trone q̄ iam in matrimoniū conuerūt m̄res q̄ ge
 nuerūt. matrēfamilie q̄ p̄ quandā iuris solēnita
 tem in familiā mariti transierūt. **M**onogamus di
 ctus q̄ vni tantū nupsit. **M**onos. n. apud grecos
 vnū dicit̄. gamos nuptie interpretant̄. **D**igamus
 aut̄ & trigamus a numero vxoz vocatus q̄si du
 arū vel triū maritus. **V**idua vocata qd̄ cū viro
 duo fuerūt. nec circa consortiū alteri⁹ viri post
 mortē coniugis p̄mi adhesionem. **N**am q̄ alteri post
 mortē prioris viri nupsit vidue n̄ dicunt̄. **I**tē
 vidua qd̄ sola sit nec circa consortiū alteri⁹ viri cō
 iugalia iura custodiat. **F**ratris vxor fratrisā vo
 cat̄. mariti frater leuir dicit̄. **D**uoꝝ inter se fra

trū vxores ianitrices vocant̄ q̄si eandē ianuā te
 rētes. vel p̄ eandē ianuā iter habētes. **V**iri foror
 g'os appellat̄. **S**ororis vic speciale nomē nō ha
 bet nec vxoris frat̄. **M**atrimoniū ē nubiliū iusta
 conuētio & conuētio. **C**oniuigiū ē legitimaꝝ p̄sonarū
 inter se coeūdi & copulādi nuptie. **T**ribus autē
 ob causis ducit̄ vxor. **P**rima ē causa plis de qua
 legit̄ in genesi & benedixit eos dicens. **C**rescite
 & multiplicamini. **S**ecūda causa adiutorii de q̄
 ibi in genesi dicit̄. **N**on ē bonū esse hoīem solum
 faciamus ei adiutoriū simile sibi. **T**ertia causa in
 cōtinētie. **V**nde dicit ap̄lus vt q̄ se n̄ otinet nu
 bat. **I**n eligēdo marito q̄tuor expectari solēt. vir
 tus genus pulcritudo sapiētia. **E**x his sapiētia
 potētior ē. **A**d amoris effectū refert̄ hec q̄tuor
 virgilius de enea qd̄ his dido impulsā ē. in amo
 rē eius pulcritudine. quā sese ore ferēs virtute
 quā forti pectore & armis oratōe. heu quib⁹ ille
 iactat̄ fatiscq̄ bella exhausta. canebat genere cre
 do eq̄dem nec vana fides genus esse deoz. **I**tem
 in eligēda vxore q̄tuor res impellūt hominē ad
 amorē. puēritudo gen⁹ diuitie mores. **M**elius
 tamē si in ea mores magis quā pulcritudo que
 rat̄. **N**unc aut̄ ille querunt̄ quas aut diuitie aut
 forme n̄ q̄s p̄bitas moꝝ omendat. **I**deo aut̄ femi
 ne sub viri potestate consistunt. q̄a leuitate animi
 plerūq̄ decipiunt̄. **V**nde & equum erat eas viri
 auctoritate rep̄mi. **P**roinde & veteres voluerūt
 feminas innuptas quāuis p̄fecte etatis essent p̄
 pter ipsam animi leuitatē in tutela consistere. **M**i
 stice aut̄ viri noīe aut x̄ps intelligit̄ q̄ ē sponsus
 eccl̄e aut spiritus hominis. i. mēs & ratio q̄ ani
 mā regit & in ea d̄natur. **N**am vir & vxor eius
 x̄ps & eccl̄a. **V**nde dicit ap̄ls. **V**iri diligite vx
 ores v̄ras sic & x̄ps dilexit eccl̄am. **S**imiliter &
 sponsus & spōsa eandē rē significāt. quoniā spō
 sus x̄ps inde ē dicit̄ vt sup̄ ostēdimus q̄a a p̄re
 ab initio fuit pmissus. **V**nde & in psalmo legit̄.
In sole tabernaculū suū & ipse tanquā spōsus p̄
 cedens de thalamo suo. **S**pōsa vero ei⁹ ē eccl̄a q̄
 vtiq̄ diuinis spōsionib⁹ fuit pmissa. **V**nde in cā
 tico cāticoz dicit̄. **V**eni de libano spōsa mea. ve
 ni de libano veni. **L**ibanus candor interpretat̄. i.
 anima bonis actibus candidata. **Q**uā tercio spon
 sus hortat̄ vt veniat. p̄mo viuentē in carne p̄ bo
 na opa. sc̄do absoluta carne ad p̄cipiendū vitā be
 atā. tercio recepto corpore ad p̄frueudū post re
 surrectionē gaudio p̄fecto. **I**tē in contrariā parte
 vir ponit̄. vt ē illud in genesi. **P**ulcra facie valde
 virgo quā vir n̄ conuenerat. i. diabolus q̄ plerūq̄
 mentē cogitatōe corrūpit. **C**oniuigiū vero spiri
 tale. hoc ē coniunctio x̄pi & eccl̄e m̄ta bona in se
 habet q̄a illud qd̄ dixim⁹ in viro eligendo max
 viget in x̄po hoc ē virtus & sapientia genus &
 pulc̄tudo. **D**e q̄ ait ap̄ls. **X̄pm** dico dei virtutē
 & dei sapientiā. **E**t p̄beta. **G**eneratōz inq̄t ei⁹
 q̄s enarrabit. **E**t in psalmo de ipso legit̄. **S**pecie

Hab'

sus forma p̄ filius hominū. In vxore aut̄ eius s̄r
i la q̄tuor q̄ ante numerauimus inueniunt̄ hoc ē
pulcritudo genus diuitie mores. Nam in canti
co canticor̄ de ei⁹ pulcritudine ita dicit̄. Pulcra
es amica mea suavis & decora sic hierl̄m De ge
nere q̄ eius dicit̄ beat⁹ petrus ap̄s. Vos genus
regiū & sacerdotale. De diuitiis illius scriptū est
In opibus manū illi⁹ diuitie multe. Honestatē
aut̄ mox̄ illi⁹ pene om̄s scriptura sacra p̄dicat
Vnde nō ē necesse aliq̄d exemplū inde ponere.
Hic ergo vir virgo ē in carne & monogamus in
spū q̄ aliā sp̄sam nescit p̄ter sanctā eccl̄am ca
tholicā. Cui ipsa sp̄sa dicit̄ in cātico canticor̄.
Dilectus me⁹ mihi & ego illi. Qui vxori sue do
tē dedit. quādo p̄cium sanguinis sui p̄ ea fudit
Arrā tribuit quādo gr̄am sp̄s sancti illi dās et̄
nam in celis hereditatē p̄misit. Vnde ap̄lus de
eodē spiritu ait. Ipse ē pignus hereditatis nr̄e.

De morte.

Mors dicta q̄ sit amara v̄l a marte q̄ ē ef
fector mortū siue a morsu hominis primi
q̄d vetite arboris pomū mordēs mortē inērit.
Tria sūt aut̄ genera mortis. acerba immafa na
turalis. Acerba infantū. imatura iuuenū meri
ta id ē naturalis senū. Viui aliquādo iusti intelli
gunt̄ q̄ consistūt in et̄na vita. Vnde ē illud. Place
bo dño in regione viuor̄. Et in aliā partē. Lau
daui magis mortuos quā viuētes. hoc ē bono fi
ne cōsumatos quā viuētes in peccatis. Mortui
enī aliquādo p̄ctores vel infideles significāt vt ē
in euāgelio. Sine mortuos vt sepeliāt mortuos
suos. Et in bonā partē. Beati mortui q̄ in dño
moriunt̄. Vnde scriptū ē in psalterio. Preciosa
ē in cōspectu domini mors sc̄tor̄ eius Et in ap̄lo
Mortui enī inq̄t estis & vita vestra abscondita ē
cū xp̄o in deo. Mors aut̄ n̄ solū carnis obitū sed
etiā interitū anime & dānatōz inferni significat
Vnde scriptū ē. Quocūq̄ die comederitis ex eo
morte moriemini Et alibi saluator ait. Si qs ser
monē meū seruauerit mortē n̄ videbit in eternū
Et rursum ego sū inq̄t resurrectio & vita q̄ cred̄
in me n̄ moriet̄ in eternū. Et in psalterio scriptū
ē. Mors peccator̄ pessima ē. Mortē p̄ctoz̄ illā
dicit̄ q̄ ab hoīe n̄ potest intueri quā n̄ solū malā
f̄ etiā pessimā eē p̄fitē. Reuera pessima quoniā
eā eterna pena comitat̄. Viuētes mūdo & mor
tui deo p̄ctores intelligunt̄ in psalmo. Descen
dūt in infernū viuētes Cadauer aut̄ ē. si insep̄
tum iacet. Nam cadauer nominatū a cadēdo q̄
iā stare nō potest. Quod dū portat̄ exeqas dici
m⁹ crematū reliq̄as cōditū iā sepultū Corp⁹ aut̄
cōsuetudine d̄r vt ē illud. Cum corpa luce caren
tū. Misticē cadauera infidelīū corpa significāt
vt ē illud in p̄pheta. Et impleā vallē iosaphat.
cadauerib⁹ mortuoz̄. Itē in aliā partē ponunt̄ vt
illud in psalterio. Posuerūt cadauera seruoꝝ tuo

rū. Defunctus vocat̄ q̄ cōpleuit vite officium.
Nam dicimus functos officio q̄ officia debita cō
pleuerūt. Vnde ē. Et honorib⁹ funct⁹. Hinc ḡ
defunctus q̄d ab officio sit vite deposit⁹. siue q̄si
diē funct⁹. Sepult⁹ aut̄ dictus eoꝝ iā sine pullū
& palpitātōe ē. i. sine motu. Sepelire ē aut̄ con
dere corpus. Nam humare obruere dicim⁹ hoc
ē humū micē Sepult⁹ aut̄ aut viciis obrutū aut
dānatū in inferno significat. Vnde d̄r. Mortu⁹
ē & diues & sepult⁹ ē i inferno. Sepulcrū vō al
legorice cōpus p̄ctoris intelligit̄ mortuā viciis
animā intrīsec⁹ retinēs Et in euāgelio d̄r. Quia
siles estis sepulcris dealbatis q̄ a foris parēt ho
mib⁹ speciosa int⁹ vō plena sūt ossib⁹ mortuoz̄.
Aliquādo tñ sepulcrū memoriā mortis & resur
rectiōis dñi significat. vt in esaiā. Et erit inq̄t
sepulcrū ei⁹ gloriosū.

De portētis.

Portēta esse varro ait q̄ cōtra nat̄am nata
vident̄. f̄ n̄ sūt cōtra nat̄am. q̄a diuina vo
lūtate fiūt. cum volūtate cātoris cuiusq̄
cōdite rei nat̄a sit. Vñ & ipsi gētilēs deū mō na
t̄am. mō deū appellāt. Portētū ḡ fit n̄ cōtra na
turā f̄ cōtra quā ē nota nat̄a. Portēta aut̄ & ostē
ta mōstra atq̄ p̄digia idō nūcupant̄ q̄d portēdē
atq̄ oñdere mōstrare ac p̄dicare aliq̄ fut̄a viden
tur. Nā portēta dicta p̄hibent̄ a portēdēdo. i.
postēdēdo. Ostēta aut̄ q̄d oñdere q̄cquā fut̄m
videant̄. Prodigia q̄d p̄oro dicāt. i. fut̄a p̄dicāt
Monstra vō a monitu dicta q̄d aliq̄d significādo
demonstrēt. siue q̄d statim mōstrent qd̄ appareat.
Et hoc p̄prietatis ē abusione tamen scriptorum
plerumq̄ corrūpit̄. Quedam autem portentoꝝ
creationes in significationibus fut̄is constitut̄a
vident̄. Vult. n. deus interdum ventura signifi
care p̄ aliqua nascentium noxia sicut per somnos
& per oracula qua premonet̄ & significet qui
busdam vel gentibus. vel hominibus fut̄am cla
dem q̄d plurimis etiam expimentis p̄batum ē.
Xersēs quippe vulpis ex equa cāta solui regnū
portendit. Alexandro ex muliere monstrū crea
tū q̄d superiores corpis p̄tes hoīs sed mortuas ha
buerit inferiores diuersaz̄ bestiarū sed viuētes
significasse repentiā regis interfectiōm supui
xerat. n. deteriora meliorib⁹. Sed hec mōstra q̄
in significatōib⁹ danē n̄ diu viuūt sed cōtinuo vt
nata fuerit occidūt Int̄ potētum aut̄ & porten
tuosū differt. Nā portēta sūt q̄ transfigurant̄ si
cut fert̄ in vmbria mulierē pepisse serpentē Vñ
de Lucanus. Matrēq̄ suos cōtēruit infans. Por
tētiosa vero leuē sumūt mutatōez̄. Et exempli
causa cū sex digitis nati Portēta igit̄ vel porten
tuosa existūt. alia magnitudine totius corporis
vltra comunē hominū modum quantus fuit ti
tan in nouem iugeribus iacens homero testante
Alia paruitate totius corporis vt nani. vel quos
greci pigmeos vocāt eoꝝ sint stature cubitales

Alia magnitudine partium veluti capite in formi aut superfluis membrorum partibus. ut bicipites & trimani vel cinodentas quibus gemini procedunt dentes. Alia defectu partium in quibus altera pars plurimum defecit ab altera. ut manus a manu. vel pedes a pede. Alia discessione ut sine manu aut capite generata quos grece sterelios vocant. Alia per numeria quando solum caput aut crus nascitur. Alia que in parte transfiguratur. qui leonis habet vultum vel canis. vel taurinum caput aut corpus ut erfasi dememorant genitum minor taurum quod greci etheromorfiam vocant. Alia que ex omni parte transfigatur in aliene creationis portentum ut ex muliere vitulum dicit historia generatum. Alia que sine transfiguratione mutationem habet locorum ut oculos in pectore vel in fronte: aures supra in tempore. vel sicut aristotiles tradidit quedam in sinistra parte iecur. in dextera parte splen habuisse. Alia secundum conaturationem: ut in alia manu digiti plures conaturati & coherentes reperiunt. in alia minus. siue in pedibus. Alia secundum immaturam & intemperatam creationem sicut hi qui dentati nascuntur. siue ebarbati vel cani. Alia complexu plurimarum differentiarum. sicut illud quod diximus in alexandro multiforme portentum. Alia commixtione generis ut androgeni & ermafrodite vocant. Ermafrodite autem nuncupati eorum in eis utrumque sexus appareat. Erma quippe apud grecos masculus afrodis femina nuncupatur. Hi dexteram mamillam virilem sinistram muliebrem habentes vicissim coeundo & gignunt & pariunt. Sicut autem in singulis gentibus quedam monstra sunt hominum: ita in universo genere humano quedam monstra sunt gentium ut gigantes cenoccephali ciclopes & cetera. Gigantes dictos iuxta greci sermonis ethimologiam qui eos gegines existimant. id est terrigenas eorum eos fabulose pariens terra imensa mole & similes sibi genuerit. Ge enim terra appellatur. genus. genus. licet & terre filios vulgus vocet quorum genus incertum est. Falso autem opinantur quidam impiti de scripturis sacris preuaricatores angelos cum filius abus hominum ante diluuium concubuisse & exinde natos gigantes id est nimium grades & fortes viros. de quibus terra completa est. Cenoccephali appellantur eorum canina capita habeant quos ipse latrat magis bestias quam homines confitetur hi in india nascuntur. Ciclopes quoque eadem india gignit & dicti ciclopes eorum unum habere oculum in fronte media perhibetur. Hi & agriofagite dicuntur propter solas ferarum carnes quas edunt. Lemnias in li-

bia credunt truncos sine capite nasci. & os & oculos habere in pectore. Alios sine ceruicibus gigni oculos habentes in humeris. In ultimo autem orientis monstruose gentium facies scribuntur. Alie sine naribus equali totius oris planicie informes habentes vultus. Alii labro subteriore adeo prominente ut in solis ardoribus totam ex eo faciem contegant dormientes. Aliis concreta ora esse modico tantum foramine. calamis auenarum haurientes pastus. Nonnulli sine liguis esse dicuntur in vicem sermonis utentes nutu siue motu. Panocios apud scythiam esse fertur tam diffusa magnitudine aurium ut omne corpus contegant. pan enim greco sermone omne orbem aures dicuntur. Arabatice in etiopia proni ut peccora ambulare dicuntur. Quadragesimum eui annum nullus supergreditur. Satiri homunciones sunt ad uncis naribus. cornua in frontibus & caprarum pedibus similes. qualem in solitudine automus sanctus vidit qui etiam interrogatus a dei seruo. respondisse fertur dicens. Mortalis ego sum vnus ex accolis heremi quos vario delusa errore gentilitas faunos satirosque colit. Dicunt quidam esse siluestres homines quos nonnulli fatuos ficarios vocant. Sciopodum ges fertur in ethiopia singulis cruribus & celeritate mirabili. quos inde sciopodas greci vocant eorum per estum in terra resupini iacentes pedum suorum magnitudine adumbrant. Antipodas in libia plantas versas habent per crura & octo digitos in plantis. Ippodes in scythia sunt humanam formam & equinos pedes habentes. In india ferunt esse gentem. qui macrobi nuncupantur. duodecim pedum staturam habentes. Est & gens ibi statura cubitalis. quos greci a cubito pigmeos vocant. quos vulgus septem caulinos vocant eorum septem sub vno caule requiescunt. de qua supra diximus. Hi montana idie tenent. quibus vicinus est oceanus. Perhibent & in eadem india esse gentem feminarum que quinquenes concipiunt & octauum vite annum non excedunt. Dicunt autem & alia hominum fabulose portenta que non sunt sed ficta in causis rerum interpretantur ut gerionem hispanie regem triplici forma proditum. fuerunt enim tres fratres tante cordie ut in tribus corporibus quasi vna anima esset. Gorgones quoque meretrices crinite os serpentes que aspicientes conuertebant in lapides. habentes vnum oculum quo inuicem utebantur. Fuerunt autem tres sorores vni pulchritudinis. quasi vni oculi que ita spectatores suos stupescere faciebant ut vertere eos putarent in lapides. Sirenas tres fingunt fuisse ex parte virgines. & ex parte volucres

hereditatis nr̄e quā p̄cepturi erim⁹ post babilonie id ē huius mundi captiuitatez. **Q**uod autem in p̄phetis legimus bigas & quadrigas iuxta allegoriam aut tempora regnorū. aut principatū vel actum ipsorū regum ostēdit. **N**am bigas in esaiā legimus. & in zacharia quadrigas. Ita q̄ ibi scriptum ē. **L**euauī oculos meos & vidi & ecce quatuor quadrigę egredientes de medio duorum montium & montes. montes erei. **I**n quadriga prima equi rufi & in quadriga secunda equi nigri. & in quadriga tertia equi albi. & in quadriga quarta equi varii fortes. **D**e quadriga p̄ma equi rufi erant & cruenti & sanguinarij & babilonie crudelitate terribiles in quadriga secūda equi nigri regnum medoꝝ & persarum qd bige sedens & egrediens p̄ assueri regis edictum mortem omniū iudeoz tristi nuntio referebat in quadriga tertia equi albi macedones sub quorū ip̄erio de antiocho machabeorum victoriam legimus. in quadriga quarta equi varii fortes. **S**cimus enim romanorum reges alios in gente iudea fuisse clemētes ut gaiū cesarem augustum & claudium p̄secutores alios atq; terribiles ut gaiū vel neronē vespasianū & adrianū. **P**ropheta ergo querente quid sibi angel⁹ qui loquebat̄ vellet significare quem cerneret. angelus q̄ loquebat̄ in eo respōdit & narrauit quatuor ventos esse celi id ē quatuor plagas mundi q̄ vocantur grece climata. qui assistunt & parent domini voluntati. **N**ihil enim hec quatuor regna que diximus absq; domini voluntate fecerūt. **I**ta iuxta allegoriam in quadriga duo testamēta siue ipsorum testamentoꝝ in p̄ceptis caritatis p̄dicatores. seu etiā duo populi vel ipsorū populoꝝ doctores possunt intelligi. hoc est iudeorū & gentium quibus xp̄i potētia p̄siciens regimē congruum prestat. **I**tem in quadriga quatuor euangeliste siue quatuor euangelia possunt accipi vel quatuor virtutes principales hoc ē prudentia iustitia fortitudo temporantia. **Q**ue currui domini bene conueniunt. quia per ipsas electos suos in viam iusticie dirigens p̄ducit ad regnum p̄petuum. **C**urrus autē a cursu dictus. vel quatuor rotas habere videtur. **C**urrus enim sanctoꝝ angelorum societate. aut sanctoꝝ hominum vnanimitate mystice designat. in quibus dominus voluntatis sue regimē exercet. **V**nde in curru igneo legit̄ belias sublatus in celum ut videlicet apte monstraret̄ quia homo pur⁹ adiutorio egebat alieno. **P**er angelos quippe facta illa & ostensa sūt adiumenta. quia nec ad celum quidem aereū per se ascendere potuit. quem nature sue infirmitas grauabat.

Redemptor autē noster non currū non ange-
 lis subleuatus legiē. quia is qui fecerat omnia
 nimirum super omnia sua virtute ferebatur
Illuc enim reuertebat vbi erat & inde redie-
 bat vbi remanebat. quia qui per humanitatē
 ascendebat in celū per diuinitatē & terram
 pariter continebat & celum. **I**tem legiē in psal-
 mo. **C**urrus dei decē milia multiplex milia
 letantium dominus in illis. **S**anctorum ergo
 vnaminitas virtus ē domini. quem ille velut
 auriga insidet & ad voluntatis sue ministeri-
 um moderat. **S**ed vt istum currum ostende-
 ret non equis deditum sed humanis cogitati-
 onibus adtributum ait decē milia multiplex
 quā bene ad innumeros populos nō ad equos
 noscitur pertinere. subiunxit milia letantium.
 quā vtique de fidelibus debet intelligi. **E**t vt
 ostenderet leticie plenitudo ait dominus in
 illis. qui magne exultationis est cumulus &
 bonorū omnium dulcedo mirabilis. **I**tem in
 aliam partem currus societas intelligiē im-
 piorum vinculo peccatorū alligata. de quo in
 exodi cantico scriptum ē vt supra ostendim⁹
Porro equites singulares ideo currere dicū-
 tur. quia singulariter vnusquisque cursum vi-
 te huius pagit atque trāsit alio tempore
 sequens alium per vnam tamen viam morta-
 litatis vsque ad propriam metam mortis. **E**qui-
 tes enim in bonam partē & in malam possunt
 accipi. **I**n bonā quādo domatores viciorū sig-
 nificant. in malam autē quādo superbi homi-
 nes in mundana potentia confidentes presi-
 gurantur. **M**ulus autē ex greco tractum vo-
 cabulum habet. **G**rece enim inde vocat quā
 iugo pistorum subactus tardas molendo du-
 cet in girum molas **I**udei asserunt quā ana ab
 nepos esau equarum greges ab asinis in de-
 serto ipse fecerit primus ascendi. vt mulorū
 inde noua contra naturam animalia nasceren-
 tur. **O**nagros quoque ob hoc missos esse ad asi-
 nas et temporum istiusmodi reperisse ocubi-
 tum vt velocissimi ex his asini nascentur.
Mulus enim quod oneriferum est animal sig-
 nificat stulticie secutores. **Q**uā absalon mu-
 lo sedens & seditionem contra patrē leuans
 secutus merito interit. **P**roinde psalmista
 auditores suos compescit dicens. **N**olite fie-
 ri sicut equus & mulus in quibus non est in-
 tellectus **I**n chamo & freno maxillas eorum
 constringe. **P**rohibet ergo huiuscemodi ho-
 mines diabolicis fraudibus insidari & vitio-
 rum oneribus pregrauari. ne male obedi-
 endo superbie magis partibus addicantur
Verum istis talibus quid dicit esse faciendū
 scilicet quā animalibus imprudentibus. **H**is
 enim comparationibus stultos homines veri

tati subicit inuitos. **N**am quā ait in freno ad
 equum pertinet. **F**renum enim a fero retinen-
 do dictum ē. **F**erum quippe antiqui caballū
 dixerunt. **I**n chamo ad mulū respicit. **E**rgo
 hec duo animalia supradicta cobibent ista re-
 tinacula. vt ad arbitrium iubentis incedant
 ne suis voluntatibus efferant. **M**axilla vero
 amnicula sūt animalium quibus esca mandā-
 tur vt corporis vita percuret. **I**psas ergo max-
 illas per figurā & allegoriam dicit inobedi-
 entibus debere constringi id ē copias victuales
 partius dari. vt ieiuniorū necessitate conclusi
 creatoris subdant imperio. **I**ndustria quippe
 humana diuersum animal coegit in coitu. sic
 quā adulterina conmixtione generū aliud repperit
 sicut in iacob contra naturam colorum simili-
 tudines percipuit. **N**am tales fetus oues illi
 us concipiebant. quales vmbra arietū desup
 ascenduntium in aquarū speculo contempla-
 bantur **D**enique & hoc ipsum in equarū gregi-
 bus fieri ferē vt generosos obiciat equos viti-
 bus occumbentium. quo eorum similes concipi-
 re & creare possunt. **N**am & columbarū spe-
 cies dilectores depictas ponunt pulcerrimas
 columbas huiusdem locis quibus ille versantē
 quo rapiente visu similes generent. **I**nde est
 quā quidam grauidas mulieres iubent vt nul-
 lius intueant pessimos animalium vultus vt
 cenocfalos & simias ne visibus occurrentes
 similes fetus pariant. **H**anc enim feminarū
 esse naturam dicunt vt quales aspexerint si-
 ue mēte conceperint in extremo voluptatis
 estu quādo concipiūt talem & sobolem percip-
 ent. **E**t enim animal in vsu veneno formas
 extrinsecus intus transmittit eorumque faciatā ti-
 pis rapit species in propriam qualitatem. **I**n a-
 mantibus bigenera dicuntur que ex diuersis
 nascunt vt mulus ex equa & asino. burdo ex
 equo & asina. ibride ex apris & porcis. tiri-
 rus ex oue & birco muscus ex capra & ariete
Est autem dux gregis.
ExPLICIT liber vii. INCIPIT liber viii.
De bestiis. .i.
De minutis animantibus .ii.
De serpentibus. .iii.
De vermibus. .iiii.
De piscibus. .v. **D**e auibus. .vi.
De minutis auibus. .vii.

Bestiarum vocabulū p-
 prie conuenit leonibus
 pardis. tigribus. lupis
 vulpibus. canibusque &
 simis. & ceteris que vl-
 ore vl vnguibus seuiūt
 exceptis serpentibus.
Bestie dicte a vi qua se

uunt . fere appellate eo q̄ naturali vtantur
 libertate & desiderio suo ferant . **S**unt enim
 libere eorum voluptates & huc atq̄ illuc va-
 gantur & quo animus duxerit eo feruntur
Leonis vocabulū ex greca origine inflexum
 est in latinū . **G**rece enī leon vocat̄ . & est no-
 men medium quia ex parte corruptū est . lee-
 na vero totum grecum est . sicut & dracena
Vt autem leena lea dicat̄ vsurpatū est a poe-
 tis . **L**eo autē grece latine rex interpretatur
 eo q̄ princeps sit omnium bestiarū **C**uius ge-
 nus trifariū dicit̄ e quibz breues & iuba cris-
 pa imbelles sūt . longi & coma simplici acres
Animos eoz̄ frons & cauda indicat . virtus
 eorum in pectore ē . firmitas in capite . **S**epti-
 a venatoribus terrā cōtuentur . quo minus cō-
 spectis venabilis terreat̄ . **R**otarū timent
 strepitus . sed ignes magis . **C**um dormierit
 vigilant oculi . cum ambulat cauda sua coo-
 periant vestigia sua . ne eos venator inueniat
Cum genuerit catulum tribus diebus & tri-
 bus noctibus . catulus dormire ferē . tunc de
 inde patris fremitu vel rugitu veluti treme-
 factus cubilis locus suscitare dicit̄ catulum
 dormientez . **C**irca hominē leonis natura mi-
 tis ē . vt nisi lesi nequiant irasci . **P**atet enim
 eoz̄ misericordia exemplis assiduis . **P**rostra-
 tis enim parcunt captiuos obuios patriā re-
 dire permittūt hominē nō nisi magna fame
 interimunt . **L**eo enim qui rex est bestiarum
 per fortitudinez tipum tenet xp̄i qui est rex
 regum & dominus dominantū de quo scrip-
 tum est in apocalipsi . **E**cce vicit leo de tribu
 iuda radix dauid apire librum & soluere sep-
 tem signacula eius . **V**nde & iacob patriarcha
 dixit in benedictione iude filiū sui . **C**atulus
 leonis iuda . **A**d predam filiū mī ascēdisti quo-
 niam xp̄s nascēdo paruulus factus ē et in cru-
 cem ascendens captiuos populos de potesta-
 te diaboli redemit . **Q**ui bene catulo dormiē-
 ti tribus diebus & tribus noctibus compara-
 tur . quia triduo in sepulcro iacens somnum
 mortis impleuit . & ipsa morte mortis impe-
 rium vicit **D**e quo in genesi scriptū est . **Q**ua-
 si catulus leonis quis suscitabit eum . **L**eonēs
 p̄positi ecclesie intelligunt̄ . **V**nde in templo
 domini leones cum bubo ex ere in basibus tē-
 pli fieri precipiunt̄ . **I**tem leo per figurā san-
 ctorum doctoꝝ impaudum cetum significat
 quorū rugitus hoc ē p̄dicationis vox terret
 aduersarios . **V**nde scriptum ē . **L**eo fortissi-
 mus bestiarū ad nullius pauebit occursum .
Et in amos . **L**eo rugiet quis nō timebit . **D**o-
 minus locutus ē quis nō p̄betauit . **I**tez leo
 an cōtrariam partē ponit̄ quādo seuitia eius
 demonstrat̄ vt ē illud petri apl̄i . **V**igilate in

quit & orate . quia aduersarius vester diabo-
 lus tanquā leo rugiens circuit querēs quem
 deuoret . **R**ursum in iob scriptū est . **R**ugit⁹
 leonis & vox leene & dentes catulorū leonū
 contriti sūt . **L**eene autem nomine aliquādo
 sancta ecclesia aliquādo babilonia designatur
Pro eo enim qd̄ contra aduersarios audax ē
 leena ecclesia dicit̄ sicut eiusdez beati iob vo-
 cibus approbat̄ qui derelictā ab ecclesia iude
 am indicans ait . **N**on calcauerūt eam filii in-
 stitorum nec p̄transibit per eam leena . **L**ee-
 na ecclesia in iob . **N**unquid capies leene pre-
 dam aut animas catulorū eius implebis . **C**a-
 tuli leene apostoli vbi & supra . **A**liquādo le-
 ene nomine hui⁹ mūdi ciuitas id ē babilonia
 exprimit̄ que contra vitam innocentū imma-
 nitate crudelitatis effrenat̄ . que antiq̄ hosti
 quasi seuisimo leoni sociata peruerse p̄suasio-
 nis eius semina cōcipit & re p̄bos ex se filios
 ad similitudinez illius quasi crudelis catulos
 gignit . **C**atuli autē leonum sunt quilibet re-
 p̄bi ad iniquam vitam malignoz̄ spirituum
 errore generati . q̄ & simul omēs vnīuersam
 mūdi ciuitatem quā prediximus babiloniā fa-
 ciunt & tamen idē singuli babilonie filii qua-
 si non leene plene catuli vocant̄ . **S**icut enim
 sion tota ecclesia dicit̄ . filii autē sion sanctoz̄
 singuli quicq̄ memorant̄ ita & filii babilonis
 singuli quicq̄ re p̄borum . & eadem babilonia
 simul omnes re p̄bi vocant̄ . **L**eo diabolus ob
 fortitudinem & crudelitatem vt in psalmo .
Ne quādo rapiat vt leo animā meā & alibi .
Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis si-
 cut leo in cubili suo . **L**eonēs sunt potestates
 huius seculi vt in hieremia . **G**rex dispersus
 populus meus . leonēs eiecerunt eos . **C**atuli
 leonū demones siue prauī homines vt in psal-
 mo . **I**n medio catulorū leonum dormiui con-
 turbatus . **E**t alibi **C**atuli leonum rugientes
 vt rapiant & querāt a deo escam sibi . **C**ubile
 leonum presens mundus . vel qd̄libet regnū
 huius mundi . vt in naum . **V**bi ē cubile leonū
 & pascua catuloꝝ leonum **I**tem cubile leonū
 corda re p̄borum vt in psalmo . **O**rtus ē sol et
 congregati sūt & in cubilibus suis se colloca-
 bunt . **T**igris vocata propter velocem fugā
Ita enim nominant̄ p̄se & medi sagittā . **E**st
 enim bestia variis distincta maculis virtute
 & velocitate mirabilis . **E**x cuius nomine flu-
 men tigris appellatur qd̄ is rapidissimus sit
 omnium fluuioꝝ **H**as magis bircania gignit
Tigris autē mystice significat astutiam dia-
 boli . **I**nde in iob scriptum ē . **T**igris perit eo
 q̄ non haberet predam & catuli leonum dis-
 sipati sūt **H**unc vocabulo tigridis repetit̄ quē
 leonis appellatione signauit **S**atan quippe &

ppter crudelitatem leo dicitur. & ppter multi-
 formis astutie varietatem non incongrue ti-
 gris vocatur. **M**odo enim se sicut est perditus
 humanis sensibus obicit. modo quasi angelum
 lucis ostendit modo stultorum mentes blandie-
 do persuadet. modo ad culpam terrendo pertra-
 hit. modo suadere vicia apte nititur. modo in
 suis suggestionibus sub virtutis specie pallia-
 tur. **H**ec itaque belua que tanta varietate re-
 spersa iure tigris vocatur. **Q**ue apud septua-
 ginta interpretes mirmicoleon dicitur quod vi-
 delicet animal absconsum puluere formicas
 ut diximus frumenta gestantes interficit quia
 nimirum apostata angelus in terram de celis
 proiecetus iustorum mentes que bonorum sibi
 operum perfectionem preparant in ipso actio-
 nis itinere obsidet cunctasque has per insidias superat
 quasi formicas frumenta gestantes impuisus
 necat. **P**anther dictus siue quod omnium anima-
 lium sit amicus excepto dracone siue quia et
 sui generis societate gaudet & ad eandem si-
 militudinem quicquid accipit reddit. **P**an enim
 grece omnem dicitur bestiam minutis orbiculis su-
 per picta. ita ut oculatis ex fuluo circulis ni-
 gra vel alba distinguatur varietate. **H**ec se-
 mel omnino parturit. **C**uius cause ratio ma-
 nifesta est. **N**am cum in utero matris coaluerit
 catuli maturisque ad nascendum viribus pollent
 odiuntque temporum moras. **I**taque oneratam
 fetibus vuluam tanquam obstantem partui vn-
 guibus lacerant. **E**ffundit illa partum seu poti-
 us dimittit dolore cogente. **I**ta postea corrup-
 tis & cicatricosis sedibus genitale semen in-
 fusum non erit acceptum sed irritum resilit.
Nam plinius dicit animalia cum acutis ungui-
 bus frequenter parere non posse. viciant enim
 intrinsecus se mouentibus catulis. **P**ardus
 secundus post pantheram genus est varium ac
 velocissimum. & preceps ad sanguinem. saltu
 enim ad mortem ruit. **P**ardus autem mystice
 significat diabolum diuersis viciis plenissimum
 vel peccatorem quemlibet maculis scelerum &
 diuersorum errorum aspersum. **V**nde dicitur pro-
 pheta. **E**thiops non mutauit pellem & par-
 dus varietatem suam. **I**teque pardus antichristus ma-
 licie varietate aspersus ut in apocalypsi. **E**t
 bestia que ascendebat de mari. similis erat par-
 do de illis dicitur qui in nigredine peccatorum
 & varietate perseuerant. **A**libi tamen scriptum
 est. **H**abitabit lupus cum agno & pardus cum
 hedo cubabit. **Q**uod in aduentu christi comple-
 tum est quando illi qui antea feroces fuerunt
 cum innocentibus vitam ducunt & qui erro-
 rum maculis polluti erant penitentiam agen-
 tes ad veritatem fidei conuertuntur. **L**eopardus
 ex adulterio leone & pardus nascitur & tertiam

originem efficit. sicut & plinius in naturalis
 historia dicit leonem cum pardo aut pardum
 cum leone concumbere & ex utroque coitu de
 genere partus creari ut mulus ex equo et ali-
 na. **R**inocerotus grece vocatur latine interpre-
 tatur in nare cornu. **H**ec & monoceron id est vni-
 cornis eo quod vnum cornu in media fronte ha-
 beat pedum quatuor ita acutum & validum ut
 quicquid impetierit aut ventilet aut proforet.
Nam & cum elefante semper certamen habet
 & in ventre vulneratum prosternit. **T**ante autem
 fortitudinis esse dicitur. ut nulla venarum vir-
 tute capiatur. sed sicut hii asserunt qui describere
 dis naturis animalium laboriosa inuestigatio-
 ne sudauerunt. virgo ei puella proponitur quo
 venienti illa sinum aperit in quo ille omni fero-
 citate postposita caput deponit. sicque sopora-
 tus ab eis a quibus capi queritur repetere velut
 in ermis inuenitur. **B**uxei quoque coloris esse descri-
 bitur. **Q**ui etiam cum elefantis quando certa-
 men aggreditur eo cornu quod in nare singulari-
 ter gestat ventrem aduersantiu ferire perbi-
 betur ut cum ea que molliora sunt vulnerat im-
 pugnantem se facile sternat. **P**otest ergo per
 hunc rinocerotam vel monocerotam scilicet vni-
 cornem ille populus intelligi qui dum de accep-
 ta lege non opera sed solam inter cunctos ho-
 mines elationem sumpsit quasi inter ceteras
 bestias cornu singulare gestauit. **V**nde passi-
 onem suam dominus propheta canente pronun-
 cians ait. **L**ibera me de ore leonis & a cornibus
 vnicornium humilitate mea. **T**ot quippe in illa
 gente vnicornes vel certe rinocerotes extite-
 runt quod contra predicamenta veritatis de legis
 operibus singulari & fatua elatione consili sunt.
Beato igitur iob sancte ecclesie tipum tenen-
 ti dicitur. **N**unquid volet rinoceros seruire tibi
Ac si apertius dicatur. **N**unquid illum populum
 quem superire in nece fidelium stulta sua elati-
 one consideras sub iure tue predicationis incli-
 nas subaudis ut ego qui & contra me illum sin-
 gulari cornu extolli conspicio et tamen mihi cum
 voluero potius subdo. **R**inocerotam ergo pau-
 lo apostolo per similitudinem comparare possu-
 mus qui prius persecutor & blasphemus exti-
 tit. sicut de eo scriptum est. **S**aulus adhuc spi-
 rans minarum & cedis in discipulos domini
 accessit ad principem sacerdotum & petiit ab
 eo epistolas in damascum ad sinagogas. ut si quis
 inuenisset huius vite viros ac mulieres vin-
 ctos produceret in hierusalem. **Q**ui diuine legis
 eruditione peditus dum aliorum ingluuiem re-
 darguit. cornu elefantis in ventre ferit. **I**n
 ventre quippe elefantos percusserat cum dicebat.
Multi ambulat quis sepe dicebat vobis nunc autem
 & flens dico inimicos crucis christi quorum finis

finis interitus quorū deus venter ē & gloria
 in confusione ipsorum. Et rursus huiusmodi
 inquit xpo domino non seruiūt sed suo vētri
Cornu suo igit̄ rinoceros iste. nō iam hōmi
 nes sed bestias pcutit. quando illo paulus do
 ctrine sue fortitudine nequaquā perimēdos
 humiles impetit. sed superbos ventris culto
 res occidit. **Q**ue ergo in paulo scripta cogno
 uimus. superē vt facta & in aliis credamus
Multi quippe ad humilitatis gratiā ex illi9
 populi elatione ouersi sūt quorum seuciā do
 minus dū subiugo inspirati timoris edomuit
 nimirū rinocerotis sibi fortitudinez subegit
Rinoceros xps dominus potest intelligi pp
 ter inuictam fortitudinē vt in deuteronio
Cuius fortitudo similis ē rinocerotis. **R**ino
 ceros vt supra diximus fortes q̄ sive potesta
 tes seculi huius in iob Nunquid volet rinoce
 ros seruire tibi. **M**onoceron hoc ē vnicornis
 xps est vt in psalmo. **E**t dilectus sicut filius
 vnicornium id ē singularis potentie & vnum
 sanctorū regnū. **V**nicornis superbi vel vnū
 habentes testamentū vt in psalmo. **E**t a cor
 nibus vnicornū humilitatē meam. **E**lefantē
 greci a magnitudine corporis vocatū putāt
 qd̄ formam montis pferat. **G**rece enim mōs
 elio dicit̄. **A**pud indos autē a voce barro vo
 catur. **V**nde & vox eius barritus & dentes
 ebur. **R**ostrum autē pmoscida dicit̄. quoniā
 illo pabulum ori admo ret. & ē angui similis
 vallo manitus eburneo. **H**os boues lucas di
 ctos ab antiquis romanis boues quia nullum
 animal grandius videbant. **L**ucas quia in lu
 cania illos primos pirrus in prelio obiecit ro
 manis. **N**am hoc genus animātis in reb9 bel
 licis aptum ē. **I**n eis enim persi & indi ligne
 is turribus collocatis de muro tanquā iacul
 dimicant. **I**n intellectu autē & memoria multa
 vigent. gregatim incedunt motu quo valēt
 saltant murem fugiunt auersi coeunt. **Q**uan
 do autē parturiunt. in aquis vel in insulis di
 mittunt fetus ppter dracones quia inimici
 sūt. & ab eis implicati necant̄. **B**iennio autē
 portant fetus nec amplius quā semel gignūt
 nec plures sed tantū vnum. **V**iuunt autē tre
 centos annos. **A**pud solam affricā & indiam
 elefanti prius nascebant̄. nunc sola india eos
 gignit. **E**lephas autē significat peccatorem
 immanem sceleribus & facino9 deformitate
 squalidum. attamen tales sepe ad xpm ouer
 tuntur. **V**nde scriptum ē in libro regum qd̄
 adducerent ad salomonē simie & elefanti. q̄
 ipse est pax nostra qui fecit vtrac9 vnum & i
 sanguine suo mundauit cōscientiam nostram
 ab operibus mortuo9. **G**ripbes vocat̄ qd̄ sit
 animal pennatū & quadrupes. **H**oc genus in

ipboreis nascit̄ mōtib9. **O**mni partē corpō
 ris leones sūt alis & facie aquilis similes eqs
 vebemēter infesti. **N**az & homines viuos dis
 cerpunt. **H**ii possunt significare ferocitate9
 psecutorū & elationē superborū qui infesti
 sūt hominibus qui simplicitatem xpianam se
 quunt̄ & rationabiliter viuūt. **C**ameleon nō
 habet vnum colorē sed diuersa ē varietate cō
 spersus vt pardus. **D**ictus autē ita qd̄ huius
 cameleontis corpusculum ad colores quos vi
 det facilima ouersione variat̄ qd̄ aliorum ani
 malium nō ē ita ad ouersionē facilis corpti
 lentia. **C**ameleopardus dicit̄ qd̄ dum sit vt
 pardus albis maculis aspsus collo equo simil
 pedibus bubalis capite tamē camelo est simi
 lis. **H**unc ethiopa gignit. **N**ec ab re ē qd̄ be
 stiarum harū color & factura ad significati
 onem vario9 errorum atq̄ viciorum transfe
 ratur. si alicubi in scripturis illius mentio fu
 erit reperta. **L**inx dicit̄ quia in lupōrum
 genere numeratur. bestia maculis terga di
 stincta vt pardus sed similis lupo. **H**uius
 vrinam ouertere se in duriciam lapidis preci
 osi dicunt qui ligurius appellat̄. qd̄ & ipsos
 lince sentire hoc documento pbatur. **N**am
 egestum liquorē arenis inquantū potuerint
 contegunt inuidia quadam naturali ne talis
 egestio transeat in vsū humanū. **L**ince di
 cit plinius secūdu9 extra vnum nō admitte
 re fetū. **S**imiliter & ista bestia tipum tenet
 inuidorum hominū atq̄ dolorū qui magis
 cupiunt nocere quā pdesse & tetrenis cupi
 ditatibus intēti ea que supflua sibi sūt & ce
 teris pdesse poterāt inutiliter seruāt. **C**asto
 res a castrando dicti sūt. **N**am testiculi eorū
 apti sūt medicaminibus. **P**ropter quos cum
 persenserint venatorē. ipsi se castrant & mor
 sibus vires suas amputāt. **D**e quibus cicero
 in scauriana. **R**edimunt se a parte corporis.
 ppter qd̄ maxime expetunt. **I**uuenalis. **Q**ui
 se eunuchum ipse facit cupiens euadere dam
 no testiculi. **I**psi sūt & fibri qui etiam & pō
 tici canes vocant̄. **M**ira ergo est animantiū
 quorūdam prudētia sed multo magis quoz
 clam hoīm stupēda ē dementia. qui creaturā
 dei in se cōditam estimant viciorū eē efficaciam
Inde quidem heretici extiterūt qui genita
 lia membra sibi amputauerūt quo facilius ser
 uare possent nubendi cōtinentiam illam sentē
 tiam domini male interpretates qua ait. **S**unt
 eunuchi qui se ipsos castrauerūt ppter regnū
 celo9. cum hoc magis intelligendum sit pti
 nere ad voluptatū & libidinis amputationē
 quā ad membrorū corporis detractionem
Tales ergo canonica auctoritas excōmunica
 re & ad penitentiā redigere f̄cepit. **V**rsus

fertur dictus qđ ore suos formet fetus quasi orsus. Nam aiūt eos informes generare partus. & carnem quādam nasci quā mater lambendo in mēbra cōponit. Vnde est illud. Sic format lingua fetus cū ptulit vrsa. Sed hoc immaturitas partus facit. Deniq; tricesimo die generat. Vnde euenit vt precipitata fecunditas informis pcreet. Vrsorum caput in ualidum vis maxima in brachiis & lumbis. Vnde interdū erecti insistant. Vrsus ergo aliquādo iuxta allegoriam significat diabolū insidiatorem gregis dei. aliquādo autem ducēs suos & crudeles. Vnde in libro regum scriptū est. qđ pueros qui beliseū pphetam irridebāt duo vrsi egressi de silua comederāt qđ significat duos principes romanoꝝ vespasianum videlicet & titum egressos de saltu gentium deuorare iudaicos pueros qui irriserunt saluatore nostrū in caluarie loco crucifixum. Et itez ibi. Veniebat leo & vrsus & tollebat arietem de grege. Lupus greca de riuatione ī linguā nostram transferē. Lupos enim illi licos dicunt. Licos aut grece a morsibus appellat qui rabie rapacitatis queq; inuenit trucidat. Alii lupos vocatos aiunt quasi leopos qđ quasi leoni ita sit illi virtus in pedibus. vnde & quicqđ presserit pede non viuit. Rapax autem bestia & cruores appetēs. De quo rustici aiunt vocē hominē perdere si eum lupus prior viderit. Vnde & subito tacenti dicit lupus in fabula. Certe si se preuisum senserit deponit ferocitatis audaciam. Lupi toto anno non amplius quā dies duodecim coeunt. Famen diu portāt & post longa ieiunia multum deuorāt. Lupos ethiopa gignit ceruice iubatos & tantū varios vt nullū coloreꝝ illis dicant abesse. Lupus ergo raro inuenit bonam significationē habere sed sepius contrariā. Nam aut diabolū significat vt ē illud in euangelio. lupus rapit & dispergit oues. aut hereticos vel dolosos homines de quibus dñs ait. Attendite a falsis pphetis qui veniūt ad vos in vestimētis ouiu. intrinsecus autē sūt lupi rapaces. Et itez. Videt lupum venientē. & dimittit oues & fugit. Legit tamē iacob patriarcha in benedictione beniamī filii sui dixisse ita. Beniamin lupus rapax mane comedet predā. vespere diuidet spolia. Quibus dictis apl's paulus de signat. de beniamin stirpe pgenit⁹. qui mane rapuit pdam id est in primordiis fideles quos potuit deuastauit. vespere autem spolia diuisit. quia fidelis postmodum factus sacra eloquia audientibus dispensatione miracula dispensauit. Canis nomen latinū grecam ethimologiam habere videt. Grece enim ci-

nos dicit. licet eum quidā a canore latratus appellatū existimēt eoꝝ insonat. inde & canere. Nihil autē sagacius canibus. Pius enī ceteris sensus animalibus habent. Namq; soli sua nomina recōgnoscunt dominos suos diligunt dominoꝝ tecta defendunt. p dominis suis morti se obiciūt voluntarie cum domino ad predam currūt. corpus domini sui etiam mortuū nō relinquūt. Quorum postremo natura est extra homines esse nō posse. In canibus duo sūt expectanda aut fortitudo aut velocitas. Canis autē diuersas significationes habet. Nam aut diabolū vel iudeum. siue gentilem populum significat. Vnde ppheta dominū precat dicens in psalmo. Frue a framea animam meā & de manu canis vnica m meā. Nam in meliore parte canis ponit vt in ecclesiaste vbi scriptum ē. melior est canis viuus leone mortuo. Hic leonem diabolū. canē vero gentilem vel hominem peccatore accipiendum puto. Qui ideo melior dicit. qđ ad fidē & penitentiam possit venire. Hinc de iudeis scriptum ē. Conuertantē ad vespere & fame patientē vt canes & circuibūt ciuitatem. Canes intelligunt muti sacerdotes vel impi. vt in esaia. Canes muti nō valentes latrare. Canes iudei. In psalmo. Quoniā circūdedērūt me canes multi. Canes poplus gentium vt in euangelio. Non ē bonū sumere panem filiorum & mittere canibus. Canes heretici vt in deuteronio. Non inferes preciū canis in domum dei tui. Et in aplo. Videte canes videte malos operarios. videte ocisiones. Canis vero voracissimū animal atq; importunū cōsuevit illas domus latratibus defendere in quibus edacitate suam nouit accepto pane sacciare. Hiis merito comparant iudei qui xpī ane fidei munere saginati ecclesiā dei clamosa predicatione defendere festinabunt. sicut paulo aplo contigit. vt qui ante fuit persecutor xpīani nominis postea diuino munere iugeret apl's. Canes homines rixosi vel detractores alterutro se lacerantes vt in apostulo. Quod si inuicē mordetis & comeditis. videte ne ab inuicem osumamini. Catuli abusive dicunt quālibet bestiarū filii. Nam pprie catuli canum sūt per diminutionē dicti. Lincisci vero dicuntur. vt ait plinius canes nati ex lupis & canibus cum intra se forte miscetur. Solent & inde feminas canes noctu in siluis alligatas admitti ad tigres bestias a quibus insiliri & nasci ex eodeꝝ fetu canes ad eoa acerrimos & fortes vt in complexu leones p sternant. Catuli ergo significāt gentiles. Vnde ē in euangelio. qđ sirophenissa mulier cui dominus ait non ē bonum sumere panē filioꝝ

mittere canibus. respondit ei dicens. etiam domine nam & catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. **Mensa** quippe est scriptura sacra que nobis panem vite ministrat. mices puerorum interna sunt misteria scripturarum quibus humilium solent corda puerorum refici. Non ergo crustas sed micas de pane puerorum edunt catelli. quia uersi ad fidem quierant despecti in gentibus non ad fidem quierant despecti in gentibus non litere superficiem in scripturis sed spirituum sensum. quia in bonis actibus proficere valeant inquirunt. **Vulpis** dicta quasi volupis. Est enim volubilibus pedibus & nunquam rectis itineribus. sed tortuosis amfra ctibus currit. fraudulentum animal insidiosis decipiens. Nam dum non habuerit escam fingit mortem. sicut descendentes quasi ad cadauer aues rapit & deuorat. **Vulpis** enim mystice diabolum dolosum vel hereticum callidum siue peccatorem hominem significat. Vnde de herode dominus ait in euangelio. **Ite** dicite vulpi illi. **Et** alibi. **Vulpes** inquit foueas habeant. & volucres celi nidus in vulpibus hereticos & in volucris celi malignos spiritus exprimens qui in pectoribus humanis sibi latibula querunt. ubi suggestiones suas pueras interferant & voluntates suas pessimas expleant. **Item** vulpes diabolus vel demones vt in psalmo. **Tradent** in manus gladii partes vulpium erunt. **Et** in heremia propter montem sion quia disperit. **Vulpes** ambulauerunt in eo. **Vulpes** heretici. in canticis canticorum. **Capite** nobis vulpes pusillas exterminantes vineas id est plebes fidelium. **Et** in libro iudicum de sampson dicit. **Apprehendit** trecentas vulpes & ligauit faculas in caudis eorum. **Simie** grecum nomen est id est pressis naribus. Vnde & simias dicimus quod suppre is naribus sint. & facie feda rugis turpiter follicantibus. licet & capellarum sit pressum habere nasum. **Alii** simias latino sermone vocatas arbitrantur eoque multa in eis similitudo rationis humane sentitur. sed falsum est. In elementorum cognitione sagaces. **Noua** luna exultant. media & calua tristant. fetus quos amant ante se gestant. neglecti circa matrem berent. **Harum** genera quinque sunt. **Ex** quibus circopetici caudas habent. **Simia** enim cum cauda est. quam quidam erura vocant. **Spinge** vello est sunt comis mammis prominentibus dociles ad feritatis obliuionem. **Cenocefali** & ipsi similes simiis sed facie in modum canis vnde & nuncupati. **Satici** facie ad modum grata & gesticulatis motibus in quieti. **Callitrices** toto aspectu a ceteris distant. **Sunt** enim in facie producta barba & lata cauda. **Simie** autem callidos mente &

peccatis fetidos homines significat. **Qui** alio quando per conuersionem & penitentiam ad pacificum nostrum deducunt. & eius agunt seruitium sicut supra dictum est de elephantis & simiis qui adducebant ad salomonez. **Enidros** bestiola ex eo nuncupata quod in aquis verset. & maxime in nilo. **Que** si inuenerit dormientem cocodrillum volutat se in luto primum et intrat per os eius in ventrem. & carpens omnia intranea eius sic morit. hinc enemon grece vocatus eo quod odore suo & salubria ciborum & venenosa perdantur. **De** quo dracontius ait. **Precidit** suillus vim cuiuscumque veneni. **Suillus** autem a fetis est nuncupatus. **Hic** etiam serpentes insequitur. **Qui** cum aduersus aspidem pugnat caudam erigit. quam aspis maxime incipit obseruare quasi minantem ad quam cum vim suam transfert decepta corripit. **Melo** vel quod sit rotundissimo membro vel quod fauos petat. & assidue mella captet. **Musio** appellatus quod muribus infestus sit. **Hunc** vulgus capum a captura vocat. **Alii** dicunt quod captat id est videat. **Nam** tam acute cernit vt fulgore luminis noctis tenebras superet. **Vnde** a greco venit catus id est ingeniosus. **Venator** christus est vt in esaiam secundum lxx. **Ecce** quem admodum leo aut catulus leonis in venatione quam capit ita veniet. **Venatores** apostoli vel ceteri predicatorum vt in hieremia. **Mittam** eis venatores & venabunt eos de omni monte. **Venator** diabolus in cuius figura nembroth ille gigas venator coram domino. vt in genesi. **Venatores** prauis homines vt in propheta. **Venantes** ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. **Lamia** diabolus vel demones vt in hieremia. **Sed** & lamia nudauit mamillam & lactauit catulos. **Item** lamia hereticus vel qui libet hypocrita vt esaias dicit. **Cubauit** lamia & inuenit sibi requiem.

De minutis animalibus

Mus pusillum animal grecum illi nomen est quicquid vero ex eo trahitur latinum fuit. **Alii** dicunt mures quod ex humore terre nascantur. **Nam** mus terra vnde & humus. **His** in plenilunio iecur crescit sicut quodam maritima augentur. que rursus minuetur luna deficiunt. **Sorex** latinum est eo quod rodatur & in modum ferre percidat. **Antiqui** autem sauricem dicebant. sic & clodum claudum. **Mustela** dicta quasi mus longus. **Nam** telum a longitudine dictum. **Hec** ingenio subdola in domibus ubi nutrit catulos suos transfert. mutatque sedem serpentes etiam & mures persequitur. **Duo** autem sunt genera mustelarum. **Alterum** enim siluestrum est distans magnitudine quod greci ictidas vocant. alterum in domibus

oberrans. Falso autē opinantē qui dicunt mustelam ore accipere aure effundere partum. **M**ustela est furti figura vt in leuitico demonstratur. **T**alpa dicta quā sit damnata cecitate perpetua tenebris. Est enim absq̄ oculis semper terram fodit & humū egerit. & radices sub frugibus comedit. **M**istice autē mures significant homines cupiditate terrena inbia ntes & predam de aliena substātia surripientes. mustela vero eos per figurā demonstrat qui ingenium naturale sub dolo malicie polluunt & totam vitam suam in insidiis & fraudibus ducunt. **T**alpa ergo que cecitate perpetua dānata ē. aut idola significat. ceca surda & muta aut etiam ipsos idolatras qui ignorantie et stultitie tenebris semper errāt. De quibus ī esaiā scriptum ē. **V**t adoretis talpas & vesperiliones hoc ē ceci cecos colāt. De quibus alibi scriptura dicit. **S**imiles illis fiant qui faciunt ea & omnes qui confidunt in eis. **A**ut etiā hereticos siue falsos xpianos p figurā demonstrat. quoniā sicut talpa absq̄ oculis semper terram fodit & humū egerit & radices sub frugibus comedit. sic & ipsi vere scientie lumine priuati terrenis actibus incubunt & desiderijs carnis & illecebris voluptatū deseruiunt. radicesq̄ bonorum operū in quibuscumq̄ possunt dente malicie corroderē & subuertere conant. **G**lires dicti sūt quia pigres eos efficit somnus. **N**am gliscere dicimus crescere. **H**ieme enim tota dormiūt & immobiles quasi mortui iacent. tempore estiuo reuiuiscunt. **I**sti ergo eos significare possunt. q̄ torpore pigricie mutiles fiunt & laborare vtiliter nolūt. de quibus scriptū est. **P**ropter frigus piger arare noluit. medicabit ergo estate & non dabit ei. quia qui nunc otiosus tempore presentis vite torpescit. frustra ī die iudicii quādo tēpus est messis medicabit. quia celestis vite gaudiū nullomō cum iustis habebit. **E**ricius animal spinis cooptum quā exinde dicit nominatū eo q̄ subrigit se quādo spinis suis claudit. quibus vndiq̄ pretectus est contra insidias. **N**am statim vt aliquid presenserit primū se subrigit atq̄ in globū ouersus in sua se arma recolligit. **H**uius prudentia queda ē. **N**am dum abscederit vnam de vite supinū sese volutat. sup eam & sic eam exhibet natis suis. **E**ritius enim mistice peccatores aculeis vicioꝝ plenos & astutia nequicie callentes significat. & fraudibus & rapinis qui per fraudem de alienis laboribus sibi partem querūt. De quibus scriptum ē. **I**bi habet foueā ericius & catulos suos nutrit. **I**teꝝ illud quā in psalmo scriptum ē. **P**etra refugium erinacius. **E**rinacius idem ē qui & ericiꝝ

animal omnino timidū natura prouidentē scilicet per armatū cuius cutē inuicē setarum sudes acutissime densissimeq̄ comuniunt. **C**ui tamē n̄ sufficit natiua munitio s̄ ne aliqua fraude possit intercepti refugium habet semper in saxis. **H**uic competēter aptat qui peccatis suis hispidus futura iudicia metuēs petram xp̄m firmissimū nosciē refugium habere. **G**rilus nomē a sono vocis habet. **H**ic retro ambulat terrā terebrat stridet noctibus. **V**enatur eaz formica circumligata capillo in cauernā eius cuncta afflato prius puluere ne se abscondat ita formice complexibus trahit. **F**ormica dicta ab eo quā ferat micas farris cuius solertia multa. **P**rouidet enim in futurū & preparat estate quā hieme comedat. **I**n messe autē elegit triticum hordeū nō tāgit. dum pluit eis super frumētum totum eicit. **D**icunt in ethiopia esse formice ad formā canis que barnas aureas pedibus eruiūt. quās custodiunt nequis auferat captatesq̄ ad necē psequunt. **I**uxta allegoriā formica prouidum hominē vel operariū vtilem significat. **V**nde salomon in puerbijs hortat dicens. **V**ade ad formicam o piger & considera vias eius & disce ab ea sapientia. **Q**ue cum nō habeat ducē nec pceptorē. nec principē parat estate cibum sibi & cōgregat in messe quā comedat. **H**inc hortat quemq̄ sui curam agere. & si tantillum animal siue pceptore sed sola natura duce sibi in posterum prouidere studet. quanto magis ille homo deo pceptore: & doctoribus ad monētibus debet in messe huiꝝ vite operum colligere fructus. & horreo vite recōdere vt habeat in die frigoris id est iudicii qua non potest laborare vnde viuat. **F**ormica leon ob hoc vocat quia ē vel formicaz leo. vel certe formica pariter & leo. **E**st enī parū animal formicis satis infestum quā se ī puluere abscondit. & formicas frumēta gestates interficit. **P**roinde autē leo & formica vocat quia alius animalibus vt formica est: formicis aut vt leo est. **R**ane a garrulitate vocate eoꝝ circa genitales strepūt paludes & sonum vocis ī portunis clamoribus reddūt. **R**ane demones. **I**n apocalipsi. **V**ide de ore draconis spiritꝝ tres imundos in modum ranarū. sunt autē spiritꝝ demoniorū. **R**ane heretici qui in sceno vilissimoz sensuū commorātes vana garrulitate latrare non desinūt. vt ī exodo legitur.

De serpentibus.

Anguis vocabulū serpentū genus quā plicari & cōtorqueri potest. & inde anguis quā angulosus sit & nunq̄ reclusus. **A**ngues autē apud gentiles pgenius lucoꝝ habitū semper. vnde ps̄us. **P**inge duos

anguis pueris acer est lucus. Colubru ab eo dictum q̄ colat umbras vel q̄ in lubricos tractus flexibus sinuosis labet. Nam lubricum dicitur quicquid labit dum tenetur vt piscis & serpens. Cerastes serpens dicitur eoq̄ in capite cornua habet similia arietu. Cerata grece cornua dicunt. Sunt autē illi q̄dragemina cornicula quoz ostētacōe veluti escas illiciēs sollicitat & animalia pimit. Totū enī corpus tegit arenis nec vllum iudiciū sui prebet. nisi ex ea parte qua inuitatas aues v̄ animalia capit. Est autē flexuosus plus quā alii serpētes ita vt spinam non habere videat. Colubri enī & cerastri nomine diabolus vel antixps significat vt est illud q̄ iacob patriarcha de dan filio suo p̄phetauit dicens. Fiat dan coluber in via & cerastes in semita mordens vngulas equi vt cadat ascensor eius retro. Non solum enim coluber antixps sed etiā cerastes vocat. Cerata enim grece dicuntur cornua serpētis hic cornutus esse vt supra memorauimus p̄hibetur. per quē digne aduentus anti xpi asserit. quia cōtra vitam fidelū cū morsu pestifere p̄dicationis armabit etiam cornibus potestatis. Quis autē nesciat semitam angustiorem esse quā viam. Fit ergo coluber in via. quia in presentis vite latitudinem eos ambulare puocat quibus parcēdo quasi blanditur. sed in via mordet quia eos quibus libertatem tribuit erroris sui veneno consumit. Fit iterū cerastes in semita. quia quos fides reperit & sese ad precepti celestis angusta itinera cōstringens nō solum nequicia calide p̄suasionis impedit. sed etiā terrore potestatis premit & in p̄secutiōis angore post beneficia fide dulcedinis exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hunc mundum in sinuat qui per elationē suam in cursu labentium temporū spumat. & quia antixps extrema mundi app̄hendere nitit. cerastes ille equi vngulas mordere p̄hibet. Vngulam quippe equi mordere ē extrema seculi feriendo cōtingere. Vt cadat ascensor eius retro. Ascensor equi ē quisquis extollit in dignitatibus mādi qui retro cadere dicit & nō in faciem. sicut saulus cecidisse memorat. In facie enim cadere est in hac vita suas vnunquēq̄ culpas cognoscere easq̄ penitendo delere. Retro vero quo non videt cadere est ex hac vita repente decedere & ad que supplicia ducat ignorare. Et quia iudea erroris sui laqueis capta pro xpo antixpm expectat. bene iacob eodē loco repente in electoz voce ouersus ē dicens. Salutare tuum expectabo domine. id ē non sic infideles antixpm sed eū qui in redēptionez nostrā venturus ē verum credo fideliter cri-

stum. Serpens autē nomē accepit quia occultis accessibus serpit. nō apertis passibus sed squamoꝝ minutissimis nisibus repit. Illa autē que quatuor pedibus nitunt. sicut lacerti & steiliones non serpētes sed reptilia nominant. Serpentes autē reptilia sūt quia pectore & ventre reptant quoz tot venena quot genera. tot p̄ncipes quot species. tot dolores quot colores habent. Serpens autē diabolū significat vt ē illud in genesi serpēs erat calidior cunctis animantibus terre aut maliciosos homines atq̄ hereticos de quibus psalmista ait. Acuerūt linguas suas sicut serpētes venenū aspidum sub labiis eorū. Pulcre hic malicia hereticorum dolusq̄ describitur. Lingue enim verba significant que nequicie cotibus expolita vulnerare cōtendunt corda simpliciu. Que merito serpentibus exequant. quia sermonibus suis virus euomūt. Vnde surdis aspidibus comparant. Tali enim p̄posito cōtendunt vt pertinacia mentis nunquā velint a veritate superari. Item in aliam partem serpentis significatio trahit vt ē illud in euangelio. Sicut exaltauit moyses serpentē in deserto ita exaltari oportet filiū hominis vt omnis qui credit in illum nō pereat sed habeat vitam eternā. Ibi enim significat serpens mortez xpi que saluauit geuus humanū q̄ astucia serpētis antiqui maligna suasionē salute a cōditore p̄cepta priuauit. Draco maior cum ceterorum serpentiu siue omniū animantium super terrā. Nunc greci dracontā vocant. Vnderiuatū ē in latinum vt draco dicere ē. Qui sepe ab speluncis abstractus fert in aerē concitatq̄ p̄pter eum aer. Est autem cristatus ore paruo & artis fistulis per quas trahit spiritum & linguam exert. Vim autē non in dentibus sed in cauda habet. & verberare potius quā rictu nocet. Innoxius autē est a venenis sed ideo huic ad mortē faciendā venena non esse necessaria. quia si quē ligarit occidit. A quo nec elefans tutus ē sui corporis magnitudine. Nam circa semitas delitescēs per quos elefanti soliti gradiunt crura eorū nodis illigat. ac suffocatos perimit. Gignēt autem in ethiopia & india in ipso incendio iugis estus. Mystice draco aut diabolū significat aut ministros eius vel etiam p̄secutores ecclesie homines nefandos cuius misterium in pluribus locis scripture inueniēt. Nā in psalterio de b̄ scriptū ē & in lib̄ iob nec nō & in apocalypsi iohannis. Deniq̄ psalmista dicit. Tu confirmasti in virtute tuā mare contribulasti capita draconum sup aquas. Confirmauit enim rubri muris liquidos abissos quando in duobus lateribus sic aqua diuisa ē vt mare nauis

gerā iter faceret esse terrenū . **C**ontriuu sti
capita draconū super aquas misteriu superio
ris miraculi decēter exponit . quia illa prefi
guratio transitus maris rubri aqs sancti bap
tismatis indicabat vbi capita draconū id ē spi
ritus inundoꝝ pducunt ad nihilum quan
do animas quas illi peccatoꝝ sordibus inqui
nant fons salutaris emūdat . **Q**uod aut addit
tu ofregisti caput draconis magni & cetera
cum superius dixerit plurali numero capita
draconum significare volens nequicias spiri
tales modo singulari numero ponit dracones
vt ipsum satan indicare videat qui quantum
fortior tantum nequior . & cum singulari nu
mero ponit inter malignos spiritus habitare
penitus abnegat . **C**ontractum ē enim caput
eius quādo superbia eius de celo eiecta est &
natiuam claritatē retinere nō meruit qui se
voluntaria obscuritate maculauit . **A**ddidit
dedisti eū in escam populo ethiopum . **E**thio
pes bene pectores aduertim⁹ qui ante fuerit
tenebrosa mente teterrimi sed ad deum con
uersi eum ceperūt escam habere cum de eius
detractione faciant . Nam hodieq; quē pess
imum intelligi volum⁹ diabolū nominam⁹
Omnibus enīz culpis exsufflator admissis to
tius auctor erroris & sicut ille xpianos inse
quitur . ita ab omnibus execrabili errore dis
cerpit . **S**ic fit vt qui paganis ante venerabil
nunc a xpianis detractioꝝ moribus corro
datur . **S**ive ouerſi iam fideles escam possunt
habere diabolū quādo p ipsius machinamē
ta temptationeſq; pficiunt . **I**pso enim perse
quēte martires fiunt ipso affligēte paciētie
munere coronant . **Q**uā ppter merito diabo
lus illoꝝ esca dicit . quos fatigationibus cre
bris ad desideria nociua pducit . **A**spis vocat
qd̄ morſu venena immittat & spargat . **I**os
enim greci venenum vocāt . & inde aspis qd̄
morſu venenato interimat . **H**ui⁹ diuerſa ge
nera et species & dispar effectus ad nocendū
Fertur autē aspis cum ceperit pati in canta
torem qui eam quibusdā carminibus ppriis
euocat vt eam de cauerna pducat illa cū exi
re noluerit vnā aurem in terram premit al
teram cauda obturat & operit atq; ita voces
illas magicas nō audiēs n̄ exit ad incantantē
De quo dicit psalmista . **I**ra illis secundū simi
litudinē serpentis sicut aspidis surde & obtu
rantis aures suas que nō exaudiet vocem in
cantantium & veneficia que incantant a sa
piente . **C**ui serpenti ira iudeoꝝ p similitudi
nem nimis aptissimā diffiniēt . **O**bstinatorum
quippe hominum ira irreuocabilis ē . qui ne
docentiū pdicationes exaudiāt pcurant sibi
voluntariam surditatē . **C**ui malo consueta

do aspidis comparat que ne verba incantantis
exaudiat suaſq; latebras derelinquat vnā au
rem caude sue inflexione dicit obturare . alte
ram vero in terrā deprimere . **C**ui merito iu
dei comparati sūt qui cordis auribus obtura
tis sancte scripture audire noluerūt saluber
rimā iuſſionē . **O**bturare enim a sacerdotib⁹
tractum ē qui aures suas ture replebant ne
pegrinis verbis intercedētibus ofusa carni
num memoria turbaret . **D**ipsa genus aspidis
qui latine situla dicit quia quē momorderit
siti perit . **I**pnalis genus aspidis qd̄ somno ne
cat . **H**anc sibi cleopatra apposuit & ita mor
te quasi somno soluta ē . **E**morrois aspis nun
cupatur qd̄ sanguinē sugat qui ab eo morſ⁹
fuerit . ita vt dissolutis venis quicqd̄ vite est
per sanguinem euomet . **G**rece enim sanguis
emath dicit . **P**rester aspis semp ore patentē
& vaporanti currit cuius poetā sic meminit .
Oraq; distendens auidus fumantia prester .
Hic quem pculſerit distendit enormiq; cor
pulentia necatur . **E**xuberatū enim putredo
sequit . **S**pectabilis aspis qui dum momor
derit hominem statim eum ofumit ita vt liq
fiat totus more serpentis . **B**asiliscus grece
latine interpretat regulus eo q; rex serpen
tium sit adeo vt eum videntes fugiant quia
olfactu suo eos necat . **N**am & homines si vel
aspiciat interimat . **S**iquidez & eius aspectū
nulla auis volans illesa trāsit sed quā pculſit
eius ore combusta deuorat . **A** mustelis tamē
vincit quas illic homines inferūt cauernis in
quibus deliteſcunt . **I**taq; ea visa fugit . **Q**ue
illa psequitur & occidit . **N**ihil enim parens
ille rerum sine remedio oftituit . **E**st autē lon
gitudine semipedalis albis maculis lineatus .
Reguli autez sicut scorpiones arentia queq;
sectant & postquā ad aquas venerit idropha
bas & limphaticos faciūt . **S**ibilus idem est
qui & regulus . sibilus enim occidit antequam
mordeat vel exurat . **B**asiliscus autem diabo
lū significat qui nequicie sue veneno palam
interficat incautos . sed idem superat cum ce
teris noxiis animatibus a milite xpi spem su
am totam in ipso ponēte . cuius virtus omnes
aduersarias potestates superat atq; cōculcat
De hoc q; ppbeta in psalmis dicit . **S**uper as
pidem & basiliscū ambulabis & cōculcabis leo
nem & draconem . **H**ic iam diuina virtus ex
primit que tantis rebus seuientibus impera
bit . **N**am omnia ista nomina diabolo ofgruen
ter aptant . **A**spis est dum occulte perimit .
Basiliscus cū palam venena disseminat . **L**eo
dum psequit innocētes . **D**raco cum negligē
tes impia voracitate deglutit . **V**erū hec om
nia in glorioso aduetu domini pedibus ipsi⁹

pstrata iacuerunt. Solus enim tam ferocia va-
 luit subdere qui patri coeternus & substan-
 tialis secundum diuinitatem pbatur existere.
 Hec si diligenter sanctorum patrum predica-
 tione tractemus. nec aliqua dementium hereti-
 ca prauitate turbemur. & omnia nobis sicut
 dicta sunt absoluta veritate constabunt. Scorpio
 vermis terrenus qui potius vermibus aptatur
 animal armatum aculeo & ex eo grece vo-
 catum est quod cauda figat arcuato vulnere ve-
 nena diffundat. Proprium est autem scorpionis
 quod manus palmam non feriat. Scorpius diabo-
 lum significat vel ministros eius. Unde est illud
 domini in euangelio. Ecce inquit dedi vo-
 bis potestatem calcandi super serpentes & scor-
 piones & super omnem virtutem inimici. Nam
 & alibi dominus in euangelio ait. Quis enim
 est ex vobis quem si peccerit filius suus panem
 nunquid lapidem dabit illi. Aut si peccerit ouem
 nunquid porriget ei scorpionem. Aut si pisces
 petit. nunquid serpentem dabit illi. Tria sunt
 nobis maxime necessaria id est fides spes ca-
 ritas fides vt recte credamus spes vt sem-
 per eum bona patientia dei prestolemur p-
 missa. caritas vt sedulo eum diligamus ex to-
 to corde tota mente tota virtute & proximos
 nostros sicut nos metipsum. In fide piscis sig-
 natur in spe ouum in caritate panis. & econ-
 trario in lapide duritia in serpente infidelitas
 & in scorpione desperatio exprimit. In bap-
 tismo fides accipit vna viuunt in seculo. spes in
 ovo quia ovo non dum pullus videtur hinc speratur
sis ducem sollicitare generis externi pro que caueat prima discrimina. **Cibus** gratissimos habent semina venenorum. **Quam ob causam eas veteres vesci interdixerunt.** **Solum enim hoc animal sic & homo caducum morbum patitur.** **Coturnices** que in esu filiorum israel date sunt legis historie vt quidam volunt figuram habere de qua legitur in exodo. **Passeres** sunt volatilia a paruitate vocata. vnde & pusilli & parui. **De quo in psalmo scriptum est.** **Passer** inuenit sibi domum. **Et alibi.** **Sicut passer** vnicus in edificio. **Et in aliam partem in psalmo.** **Transmigra** in montes sic passer. **Item passeres sancti.** **In psalterio** **Illic passeres** nidificabunt. **Passer** est nimia velocitate celerrimus que in siluis habitare non patitur sed domum sibi in parietum foraminibus desiderat exquirat. quia dum inuenit nimio gaudio letus exultat. que se diuersarum aduersitatum vite rursus patere non credit insidiis. **Sic anima iocundatur dum in celorum regno mansionem suam senserit esse preparatam.** **Item passeres illi que in emundatione leuitico offerri iussi sunt sacramentum passionis christi in quo a sordibus peccatorum mundamur designant.** **Quod ostendit paulus dicens.** **Quicumque** in christo baptizati sumus. in morte ipsius baptizati sumus. **In hoc enim viuens passer & lignum cedrinum & coccinum tortum & isopus tinguntur.** **Omnia enim hec comprehenduntur in virtute baptismatis quod diximus dominice esse passionis figuram significationemque.** **Sed viuens passer** quem in vniuersi necessitate diuinitate accipimus in sanguine etiam hic occisi passeris & aqua tinguntur id est in gratia baptismatis. quia non in hominis passione sed dei & hominis baptizantur. **Deinde post hoc viuens passer in agrum vt volet dimittitur.** **Ergo impassibilis diuinitas.** & inseparabilis erat a carne que passa est. **Vnde & inseparabilis in sanguine baptizatur.** vt impassibilis viuens in agrum auolet ad latitudinem vicis contemplationis emittitur que illum dimittente nostro videlicet intellectu sub huius enim contemplatione tenetur. **Est & alia passeris significatio vt super diximus.** **Vnde legitur.** **Transmigra** in montem sic passer. **Passerum** que plura sunt genera. **Alii gaudent ad foramina parietum.** **Alii valles roscidas requirunt non nulli montes appetunt squalentes.** **Sed de illis nunc dicitur quia ad altissima loca terrarum leuissima voluntate rapiuntur vt hiis merito similes estimantur que ad nequissimas predicationes leuitate incostantis animi transferuntur.** **Nam in psalmo propheta ita dicit.** **Similis factus sum pellicano in solitudine factus sum sic nocticornax in domicilio.** **Vigilavi & factus sum sic passer vnicus in edificio.** **Per hec nomina volucrum vt arbitror diuersa nobis penitentium genera declarant.** **Pellicanus** enim avis egyptia est ciconiis corporis

graditate cōsimilis q̄ nā tali macie semp affe-
cta ē. quoniā sic phisologi volūt tēso intesti-
no p uiscera qcq̄d escarū accipit sine aliq̄ de-
coctione trāsmittit. **H**inc fit vt adipe pprio
minime farciat̄ qa paruissimo ciboꝝ succo re-
ficiē. que nō gregatiz vt cetera aues volāt &
delectatione se solitaria cōsolat̄. **E**oꝝ vnū ge-
nus dicit̄ esse qd̄ stagnis inhabitat. aliud sic
dictū ē qd̄ in desertis locis secretisq̄ versat̄.
Per hoc igit̄ auiū gen⁹ pulchrime significant̄
heremite q̄ hominū cōsortio derelicto timore
dñi remota se afflictione discruciat̄. **S**equit̄
Factus sū sic nocticorax in domicilio. **A**liud
gn̄s introducit̄ penitētis. **N**octicorax greco
vocabulo dicit̄ noctis coruus que qdaz bubo
nem. qdaz noctuā esse dixerūt. alii magis cō-
uo magnitudine & colore cōsimilem que spe-
cialiter in asie partibus inuenire posse testan-
tur. **I**stū sic diei fulgor abscondit. ita aduēt⁹
noctis pducit. & cōtra cōsuetudines auiū tūc
magis vigilare & escas q̄rere incipit. quādo
se in soporē animāria cūcta cōponunt. **I**ta &
penitēs iste nocturno tēpora escas aīe sollici-
ta curiositate p̄quirat mō psalmodie operam
dādo. mō elemosinas faciēdo. mō carceres oc-
culte visitādo solū deū vult habere tēstē. cui
caligo noctiū n̄ tollit aspectū. **E**t nota qa sic
pellican⁹ designat heremitā atq̄ solitariū
ita nocticorax illū declarat. q̄ se domicilio re-
tinēs a publica visione remot⁹ ē. **P**otest etiā
nocticorax xpm v̄l virū sanctū significare in
fidelibus despicabilē. **P**asser ē auis parua vt
sup̄ diximus. sed nimia sagacitate sollicita q̄
nec facile laq̄is irretit̄. n̄ p̄ gluuie v̄tris es-
carū ambitione decipit̄. **H**ec p̄pter infirmi-
tatē suā ne aut ipsa a p̄datore capiat̄. aut fe-
tus eius serpētinis deuorēt̄ insidius inter a-
ues vnica cautioe munita ad domoꝝ fastigia
cella occurrit. vt a suspectis casib⁹ reddat̄ ali-
ena. que multis piculis p̄bat̄ obnoxia. **H**uic
merito cōparat̄ q̄ diaboli insidias formidans
specialiter ad eccl̄e septa se cōferens in eius
fastigio vigilās tutissime p̄euerat. **V**nicum
dixit p̄pter caritatē que ex multis vnū facit
in edificio p̄pter altitudinē fidei & fortitu-
dinē mentis. **C**onsiderandū ē etiā quēadmo-
dum iste supplicās a maioribus auiibus pelli-
cano & nocticorace cepit & peruenit vsq̄ ad
passeris minutissimā paruitatē. quoniā gra-
datim penitēdo descēdens primo loco gran-
dis ē. secūdo mediocris. tercio cōsuetudine ip-
sa omnino tollerabilis. **H**ec aut̄ aues p̄ figu-
ram sūt parabole hominib⁹ genere discrepā-
tes. sed cōsuetudinū q̄litate cōsimiles. **H**irūdo
dicta qd̄ cibos nō sumet residens. sed in aerē
capiat̄ escas & edat̄. garrula auis & p̄ tortu

olos orbes & flexuosos circuitus puolans &
in nidis est uēdis educādilq̄ fetibus soler-
tissima habēs etiā qd̄daz p̄scium qd̄ lapsura
deserat nec appetat culmina ab aliis q̄ aui-
b⁹ nō impetit̄ nec vnq̄ p̄da ē. **M**aria trāsuolat
ibiq̄ hieme cōmorat̄. **H**irūdo aut̄ penitentiū
p̄ peccatis suis tipū tenet. q̄ stridore vocis
ploratū magis quā mēdiā sonat & p̄ cantu
gemitus edere solet sic & colūba. **V**nde eze-
chias in oratione sua ait. **S**icut pullus hirūdi-
nis sic clamabo. meditabor vt colūba. **L**acri-
mis ergo suis penitēs pascit̄ & ad sup̄na cor-
eleuās celestis cibi pabulū sibi querit. **V**nde
& p̄pheta ait. **F**uerūt mibi lacrimę mee pā-
nes die ac nocte dū dicit̄ mibi q̄ttidie vbi ē
deus tuus. **E**t itez sic cinerē inq̄ens mādura
bam panē meū. & potū cum fletu tēparabā
a facie ire & indignatōis tue qa eleuās elisi-
me **V**pupam greci appellāt eo q̄ stercora hu-
mana cōsiderat & fetētū pascit̄ fimo auis spur-
cissima cristis extantib⁹ galeata. semp in se-
pulcris & humano stercore cōmorans. **H**ec
auis sceleratos & p̄ctores homiēs significat
q̄ sordibus p̄ctōꝝ immorari assidue delectan-
tur. **C**orvus siue corax nomē a sono gutturis
habet qd̄ voce crocitet. **F**ert̄ hec auis qd̄ edi-
tis pullis escā plene nō p̄beat prius quā in eis
p̄ pennaz nigredinē similitudinē pprii colo-
ris agnoscat. **P**ostquā v̄o eos tetros plumis
aspexerit in toto. agnitos abūdantius pascit̄
Hic prior in cadauerib⁹ oculū petit. **C**orvus
nigredinē p̄ctōꝝ v̄l demonū significat. vt ē
illud in salomone. **E**ssodiat̄ eā corui de qual-
lib⁹. **I**tē coru⁹ gentiē populū significat vt
ē illud in iob. **Q**uis p̄parat coruo escā suam
quādo pulli ei⁹ ad dñm clamāt vagantes eo
q̄ nō habeāt cibos. **P**ullis vero coruoꝝ filis
scilicet gentiū esca dat̄. cum eoꝝ desiderium
n̄ra ouersione reficiē. **R**ursum in bonā partē
ponit̄ vt ē illud in canticis canticōꝝ de spon-
so. **C**rimēs eius vt abietes nigri sic cōui. **C**or-
uus xps ē in mēbris eius hoc ē sanctis. vt in
canticis canticorum. **C**ome eius sicut elate
palmarum nigre q̄si coru⁹. **C**orvus nigredo
peccati v̄l infidelitatis vt in psalmo. **E**t pulli
coruorū inuocātibus eū. **C**orvus peccatoris
tarditas ad penitētiā & vana spe de die in
diem differēs vt in sophoua. **V**ox cantātis ī
fenestra coruus in sup̄liminaribus eius. **C**or-
nix annoſa auis apud latinos greco nomē ap-
pellat̄ quā aiūt augures hominū curas signi-
ficationibus agere insidiaz vias mōstrare fu-
tura p̄dicere. **M**agnū ergo nefas ē. hec cre-
dere vt deus cōsilia sua cornicibus m̄ndet.
Huic inter m̄lta auspicia tribuūt etiā p̄ uui-
as portēdere vocibus. **V**nde est illud. **T**unc

cornix plena pluuia vocat in pba voce. Sed
 hec incerta mittentes de certioribus scribere
 temptemus. **Miluus** mollis & viribus & vola-
 tu quasi mollis auis. **Vnde** & nuncupatus rapa-
 cissimus tamen & domesticis semper auibus in-
 sidiat. **Miluus** significat utpote rapacem vel
 elatum hominem ut est illud in psalmo secundum hebre-
 os. **Milui** abies domus eius. **Accipiter** auis
 animo plus armata quam unguis virtutem maio-
 rem in minori corpore gestas. **Hic** ab accipiendo.
 i. a capiendo nomen superest. **Est** enim auis rapiens
 aliis auibus auda ideoque vocatur accipiter hoc est
 raptor. **Vnde** & paulus dicit. **Sustinetis** enim si
 quis accipit. **Ut** enim dicit si quis rapit. dixit si quis
 accipit. **Ferunt** autem accipitres circa pullos suos
 impios esse. **Nam** cum viderint eos posse temptare
 volatus nullas eis prebent escas. sed verberant
 penis & a nido precipitant atque teneros com-
 pellunt ad pedes ne forte adulti pigrescant. **Ac-
 cipiter** interdum sanctum virum significat. utpote
 rapiens regnum dei. **De** quo scriptum est in iob.
Nunquam in sapientia tua plumescit accipiter
 expandens alas suas ad austrum. id est nunquam cum
 libet electo tu intelligentiam contulisti ut flante
 sancto spiritu cogitationum alas expandat quae
 riuus potera vetuste conuersationis abiciat. &
 virtutum plumas in usum noui volatus sumat.
Potest etiam per hunc accipitrem renouata gentili-
 tas designari. **Capus** italica lingua dicitur a ca-
 piendo. **Hanc** enim falconem vocant quae & alio nomine
 dicitur herodius. **Hec** auis etiam rapaces homines
 significare potest. **Quod** autem in leuitico & in deu-
 tronomio quaedam aues per immundas deputantur
 ostendit scriptura dominus. **Omnes** aues mundas co-
 medite. immundas ne comedatis aquilam scilicet &
 grifem. & alietum ixonem & vulturum. ac miluum iux-
 ta genus suum. & omne coruini generis. strutio-
 nem ac noctuam & larum atque accipitrem iuxta ge-
 nus suum herodium & cignum & ibidem & mergulam
 porphirionem. & nicticoracem onacracalum & ca-
 radrium singula in genere suo. ut pupam quae & ves-
 pilionem & omne quod reptat & penulas habet
 immundum erit nec comedat. **Inter** illicita atque
 nimis euitanda connumerandum contemplationi vacan-
 tem quaeque tales habentem maculas quales per
 enumeratas aues legislator significat. **Ait**
 enim. **Aquilam** & grifem & alietum & miluum ac
 vulturum iuxta genus suum. **Rapaces** & cibum
 alienum male sectantes questibusque iniustis gau-
 detes per predicta significat. **Quia** enim quidam in-
 ueniunt in ecclesiis inter eos qui putant contemplationi
 operam dare. qui non quemadmodum debent ad
 hoc vacant. sed frustra inflant audi paulum dicen-
 tem. **Si** quis alia docet & non adhaerescit sanis ser-
 monibus domini nostri ihesu christi. & ei qui secundum pie-
 tatem est doctrine. superbus est nihil sciens. sed la-

guens circa questiones & pugnas verborum ex quibus
 oriuntur inuidiae contumelias. blasphemias super-
 spitiones male afflictiones hominum mente cor-
 ruptorum et quae veritate periti sunt existimantes
 questum esse pietatem. **Hos** ergo significat ea quae
 nunc enumerata sunt animalia victum ex rapina
 conuerentia. **Quaedam** autem ex his alias aues inua-
 dunt & ex venationibus earum nutriuntur. **Alia** vero
 in domos ingrediuntur diripiunt quae reperint.
 nequidem gerentium se obsonis parcetia. **Qui-**
bus sunt filiae quaedam quae penetrant domos & cap-
 tiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis quos
 paulus arguit. **Vult** rixis & bellis gaudet pro-
 pter cadavera priorum intantum ut etiam sequatur
 exercitum. **Non** ergo oportet aliorum casibus pas-
 ci atque nutriri eum qui contemplationi datur operam. **Cor-**
uini ergo generis animalia sunt affectiois ex-
 ceptia. quod manifestum est ex eo. quod emissus a noxe
 ex prima eum coruus auolatione transgressus est
Cui similis iudas circa suum magistrum fuit &
 dominum. **Strutio** auis quaedam est. sed volare non potest
 totamque vitam suam circa terram occupat quales sunt
 quidam deo militantes & seculi negotiis se im-
 plicantes. **Noctuam** vero per qua lxx. glaucum dix-
 erunt. hanc asserunt in nocte acuti esse visus. **So-**
le autem apparere minus utilitate oculorum frui
Tales sunt qui legis gloriantur contemplatione & sci-
 entia. lucem euangelice conuersationis capere non va-
 lent. **Larus** est animal in utroque visus id est aequum
 & terra. qui sicut auis quidem volat ut aequile
 autem natat. **Cui** non male comparant huius qui similes cir-
 cuncisionem venerant & baptismum. **Ad** quos paulus
 dicit. **Si** circuncidimini christus vobis nihil prodest
Accipiter autem inter rapaces aues est. **Habet**
 autem quiddam aliud propter quod a legis latore posi-
 tus est. **Mansuescit** quippe & cooperat ad rapacita-
 tem. **Quem** imitant huius qui mansueti quod videntur
 esse. & sensu tranquilli. sunt autem cum potentibus
 & auaris atque rapacibus. **Nicticorax** animal est
 quod in nocte tantummodo rapit atque operatur. sic sunt
 gentes in intelligibilibus noctis operibus occupa-
 te. quae sunt fornicatio. immundicia. impudicitia.
 idolorum cultus & huiusmodi similia. **Ibis** & porphirion
 & quae lxx. nominant pellicanus & cignus &
 herodius & caradrius longi esse colli. trahere
 quod cibum ex altitudine terre atque aquarum dicunt
Quae animalia imitari non debemus nec de in-
 ferioribus euellere cibum sed de caelestibus. **Ille**
 siquidem contemplationi vacat qui ad superiora mente
 extendit & non solum intelligibile. sed & sensibile
 cibum a deo expectat. **Vnde** ait dominus. **Nolite** sol-
 citi esse anime vestre quod manducetis neque corpori
 vestro quod induamini. **Scit** enim pater vestre cele-
 stis quia omnibus huiusmodi necesse habetis. **Vt** pupa
 lugubre animal amansque luctum est. **Seculi** autem
 tristitia morte operatur. **Propter** quod oportet

eū q̄ diligit deū semp gaudere. sine intermissio-
ne orare in omnibz gratias agere. q̄a gaudium
spiritus fructus ē. **V**espiliones circa terrā vo-
lant. ita vt p̄nis p̄ pedibus vtant quādoambu-
lant q̄ indignū ē in eis q̄ cōtemplationi dāt opam
Quorū enī ē volatus circa terrā hoz etia cōtem-
platio p̄cul dubio ī terrēis occupat. **N**on ergo ī
credulū sis nec dubites q̄ etia hec q̄ nūc denu-
merata sūt animalia ad ostensionē figurāq̄ eoz
a q̄bus abstinere debēt cōtemplationi vacātes posu-
it legislator. **S**ed inges. **Q**uomō hoz animalū
nō cibis sed imitatio p̄bibet cū pellicano & ni-
cticoraci dauid p̄beta semetipsū cōparauerit
dñs similis factus sū pellicano in solitudine. fa-
ctus sū sic nicticorax in domicilio. **P**er aqlā aut
moyses ipsū significat deū dicentē ad isrl. **Q**uo-
mō portaueri vos sup alas aqlaz. **N**az & p̄be-
te leonē xpm appellat. **L**eonē aut ediuerso esse
petr9 diabolū dicit. nec tñ scdm hoc leo xps se-
cundū q̄ diabolus dr. absit a nobis absit ista im-
pietas. **S**ed q̄a simul regiū nec n̄ rapax atq̄ imi-
te ē animal cūq̄ dignitatē laudabilē. v. tupapilē
tñ opationē gerat q̄ q̄dez laudabile habet hoc
in xpi regno accipit. q̄ aut vitupabile in diabo-
lo id ē rapacitas imānietudo. **Q**uod & in aqlā
cōsiderātes. sine aliq̄ dubietate repimus. **P**ropt̄
altitudinē enī volatus figurā eius in deū moyses
sūpsit. **Q**uia vero rapax a cibo eius abstinēdum
dixit. **P**ropha aut dauid lugēs hominē in pecto-
cōstitutū nocticoraci hūc sic in nocte viuētē cō-
parauit. **P**er pellicanum aut vtpote p̄ animal a
mās solitudinē figurauit eū q̄ forsan amicis de-
solatus est. aut cōgnatis aliozq̄ similiū societate
destitutus. **A**ugures aut dicūt & in gestu & in
motu & ī volatu & ī voce auū signa eē cōstituta
Oscines aues vocāt q̄ ore cātuzq̄ aspiciū faciūt
vt coru9 cornix picus. **A**lites q̄ volatu ostēdere
futura vident q̄ si aduerse sūt inbebe dñr q̄ in-
bibeāt. i. vetāt si p̄pe p̄petes. & idō p̄petes q̄a
oēs aues p̄ora petūt volātes. **T**ertiā faciūt sp̄ti-
em augurioz in auibz quā cōmunē vocāt ex vtro-
q̄ p̄mixtā. i. aues q̄ ex ore & volatu auguria fa-
ciunt. sed fides xpi hec n̄ habz. **O**mnū aut ge-
nera volucrū. bis nascunt. **P**rimū enī cui gignunt.
Inde calore materni corporis formant &
animant. **Q**ua aut dicta ab eo q̄ sint vuida. **V**n-
de & vua eo q̄ intrīsecus humore sit plena. **N**az
humidū ē. q̄ exterioris humore habet. vuidum
q̄ interi9. **Q**uidā aut putāt ouū grecā habere
originē nominis. **I**lli aut dicūt oia. v. literata ab
lata. **Q**ua aut quedā inani v̄eto cōcipiunt. sed nō
sūt generabilia nisi q̄ fuerint cōcubitu masculino
cōcepta & seminali spiritu penetrata. **Q**uoz vim
tantā dicūt vt lignū pfusum eo n̄ ardeat. ac ne
vestis q̄dez cōticta adurat. admixta q̄ calce glu-
tinare ferē vitri fragmēta. **D**e apibus.

Apes dicte vel q̄ se pedibz inuicē alligēt
vel p̄ eo q̄ sine pedibus nascunt. **N**am
postea & pedes & pennas accipiūt. **H**ec
sollertes ī generādi mellis officio assignatas īco-
lūt sedes. domicilia inenarrabili arte cōponūt.
ex variis floribus fauū cōdunt textisq̄ ceris innu-
mera ple castra replēt exercitū & reges habent
p̄lia mouēt. fumū fugiunt. tumultu exaspant.
Nam pleriq̄ expti sūt de boū cadaueribus nasci
Has p̄ hiis creādis vituloz occisoz carnes ver-
berant vt ex putrefacto cruore vermes creent
q̄ postea efficiunt apes. **P**roprie tñ apes vocant
orte de bubus sicuti scrabrones de eqs. fuci de
mulis vespe de asinis. **C**ostros greci appellāt q̄
in extremis fauorū partibus maiores creant q̄s
aliq̄ reges putāt. dicti q̄ castra ducāt. **F**ucus ē
maior ape. scrabrone minor. **D**ictus aut fucus
q̄ alienos labores edat q̄si fagus. **D**epascit enī
q̄ n̄ laborauit. **D**e quo virgili9. **I**gnauū pecus
fucus a p̄sepibus arcet. **A**pes formā virginitatis
siue sapiētie tenēt vt ē illud in salomone. **V**ade
ad apē & disce qlis opatrix sit. **A**liā aut signifi-
cationē habz vbi in p̄beta legit. **S**ibilauit dñs
mūce q̄ est in extremo flumis egipti in deserto
& api q̄ ē in terra assur. **I**bi enī tipice p̄ muscam
pharaonē & p̄ apē nabuchodonosor demonstrat.
q̄ poplū iudeoz peccātez dignis flagellis casti-
gauert. **E**t in psalmo legit. **C**ircūdederūt me sic
apes & exarserūt sic ignis in spinis. **A**pes enī fa-
uū circūdant. quādo p̄ domos cereas liq̄res dul-
cissimos recōdunt. & cū sibi putāt victualia re-
ponere faciūt vnde homiēs possint sua desideria
faciare. **Q**uod iudeos implese manifestū ē. quā-
do rē cūcto orbi dulcissimā amaris conatibus af-
fecerūt. **S**pine seculi peccata designāt q̄bus iude-
orū populus ferociter incitatus in delictis suis
velut ignis cōcrepans estuauit. **S**ed in eis q̄ gra-
tia dñi vindicatū ē quādo de illo melle quē cōdi-
derāt nesci ouerū ad dñm suauissime sūt repleti
Fuci enī q̄ alienos labores edūt ignauos & ocio-
torpentes homines significāt. q̄ magis ex aliorū
opibus sibi pastū quā de p̄prio sudore exhiberi
expetūt. **D**e q̄bus ad thesalonicēses paulus scri-
bens ait. **A**udiuimus aut quosdā inter vos am-
bulātes in quiete nihil operātes sed curiose agē-
tes. **H**is aut q̄ eiusmodi sūt denūtiāmus & ob-
secramus in domino ihu xpo vt cū silentio opā-
tes suū panē māducent. **S**crabrones vocati a ca-
bo id ē caballo q̄ ex eis creenter vt q̄dam esti-
māt **S**icut aut scrabrones nascunt de equoz car-
nibus putridis. ita ex eis itez sepe nascunt scara-
bei vnde & cōgnominari sūt. **T**auri sūt scarabei
tērestres siue siluestres ricio siles **V**espe aut siue
scrabrones significāt hostes p̄sequētes vel timo-
res hostiū vt ē illud dominicū p̄missum in lege
q̄ ad israhel p̄ moisen ait. **M**ittet dñs ante in-

troitū tuū añcessores tuos vespas q̄ extimāt ca-
 naneū eueū atq̄ ferezeū. **Nō** legit̄ alicubi histo-
 ria vetis testamēti qđ scabrones vel vespas mi-
 serit dñs ante filios israhel in hostes eoz̄. sed p̄
 bec animalia q̄ aculeis pugnat̄ designat̄ timores
 opūctionis in hostes eoz̄ quo terebant̄ atq̄ fuga-
 bant̄. **De** scarabeo aut̄ in p̄beta ita scriptū est
Et scarabeus de ligno clamauit. qđ putat̄ qđaz
 de dño dictū q̄ in cruce suspēsus p̄ p̄secutoribus
 exorauit dicēs. pater ignosce illis q̄a nesciūt qđ
 faciūt. v̄l de latrone q̄ i cruce ad xp̄m clamauit
 dicēs. **Memēto** mei dñe dum veneris in regnū
 tuū. **Locusta** qđ pedibus sit longis velut̄ basta.
Vndē & eam greci tam maritimā quā terrestre
 astaco appellant. **Locusta** aliquando populos
 significat̄ instabiles & vagos vt̄ ē illud in euāge-
 lio de iohāne. **Esca** aut̄ eius erat locusta & mel
 siluestre. q̄a de ouersione populoz̄ ad fidem xp̄i
 pastus ei fiebat delectabilis atq̄ suauis. **Item** in
 exodo octaua plaga legit̄ locusta missa eē i egip-
 tum p̄ qđ genus plage putat̄ a q̄busdaz̄ dissidē-
 tis aīe & discordātis humani generis icōstātia
 ofutari. **Locusta** populus gentiū. vt̄ in salomo-
 ne. **Locusta** regē nō habet & egredit̄ vniuersa p̄
 turmas. **Item** locuste demones. vt̄ in apocalip̄i
Et de fumo egressē sūt locuste. **Et** in libro iudi-
 cum. **Camei** eoz̄ vt̄ locuste. **Locusta** supbia vel
 vagatio mētis vt̄ in iohel. **Residuū** eruce come-
 det locusta. **Alio** q̄ sensu locuste p̄ mobilitate le-
 uitatis accipiende sūt tanquā vage & salientes
 anime in seculi voluptates. **Ite** p̄ significatio-
 nem locuste que plus quā cetera minuta queq̄
 animātia humanis frugibus nocēt lingue adula-
 tium exprimunt̄. que terrenoz̄ hominū mētes.
 siquādo bona aliqua p̄ferre aspiciūt. bec in mo-
 derati⁹ laudādo corrūpunt. **Fructus** q̄ppe egip-
 tioz̄ ē opa cenodoxoz̄ quā locuste extimāt. dū
 adulates lingue ad appetēdas laudes t̄ālitōrial
 cor opantis inclinant. **Herbas** vero locuste ome-
 dunt quādo adulatores quicq̄ verba loquētium
 fauoribus extollūt. **Poma** q̄ arboz̄ deuorat̄ quā-
 do vanis laudibus q̄rundam iam q̄si fortū opa
 eneuat̄. **Musca** ex greco venit sic & mus. **Hee**
 sic & apes necate in aqua aliq̄tiens post vni⁹
 hore spatium reuiuiscūt. **Cinomia** grece vocat̄
 id ē musca canina. **Nam** tino grece canis vocat̄.
Musce in mūdōs spiritus vel p̄tores squalores
 vitioz̄ sectātes significāt q̄ sordibz̄ scelerū oleū
 misericōdie atq̄ caritatis corrūpūt. **Vndē** in ec-
 clesiaste scriptū ē. **Musce** moriētes exterminant
 suauitatē vngēti q̄a malus mixtus bonis otami-
 nat plurimos quomō musce si moriant̄ in vngēto
 pdunt odorē & saporē illius. sic & calliditas sa-
 pientiā & prudentiā malitia sordidat. **Quarto**
 aut̄ loco egiptus muscis p̄cutit̄. **Musca** enī insolē-
 les & inq̄tū animal ē. **In** q̄ qđ aliud quā insolē-

tes cure de siderioz̄ carnaliū designant̄. **Egiptus**
 ergo muscis p̄cutit̄ q̄a eoz̄ corda q̄ hoc seculū nō
 diligūt desiderioz̄ suoz̄ inq̄tudinibus feriant̄.
Porro lxx. interp̄tes cinomia id ē caninā muscā
 posuerūt p̄ quā canini mores significant̄. in q̄bus
 humane mentis volūtas & libido carnis arguit̄.
Potest q̄dem hoc loco significari etiā p̄ muscā
 caninā forēsis hominū eloquētia q̄ velut̄ canes al-
 terutro se lacerāt. **Culex** ab aculeo dictus quod
 sanguinē sugit. **Habet** enī in ore fistulā in modū
 stimuli. quā carnē terebrat vt̄ sanguinē bibat.
Scinifes musce minutissime sūt aculeis p̄mole-
 ste. quā tertia plaga sup̄bus egiptioz̄ populus
 cesus ē. **Hoc** animal p̄nis quidē suspendit̄ p̄ ae-
 ra volitās. sed ita subtile & minutū vt̄ oculi visū
 nisi acute cernētis effugiat. **Corpus** aut̄ cum in-
 sederit acerbissimo terebrat stimulo. ita vt̄ quē
 volantē videre q̄s nō valeat sentiat statim adue-
 nientē. **Hoc** ergo animalis genus subtilitati be-
 retice comparat̄ que subtilibus verboz̄ stimulis
 animas terebrat tātaq̄ calliditate circūuenit vt̄
 deceptus q̄sq̄ nec videat nec intelligat vnde de-
 cipiat̄. sed in trinitate blasphemātes totius mū-
 di dissipāt fidē. **Bruchus** ingluues ventris. **Vn-**
de & supra. **Residuū** eruce comedit bruchus.
Rubigo iracūdia cordis. **In** iohel. **Residuū** bru-
 chi comedit rubigo. **Eruca** prurigo luxurie. **De**
 quo & sup̄. **Residuū** eruce comedit locusta.

De at̄homis.		i
De elementis.		ii
De celo		iii
De partibus celi		iiii
De ianuis celi		v
De cardinibus		vi
De lucē		vii
De luminaribus		viii
De sole	.ix.	De luna.
De sideribus		xi
De pliadibus & arturo		xii
De arturo		xiii
De ozione & biadibus		xiiii
De lucifero		xv
De vespe	xvi.	De aere
De nubis		xvii
De tonitru & fulgore atq̄ chorufca tōibz̄.		xviii
De arcu celesti		xx
De igne		xxi
De pruna		xxii
De carbonibus		xxiii
De cineribus		xxiiii
De ventis		xxv
De aura & altano		xxvi
De turbine		xxvii
De tempesta tibus		xxviii
De p̄cella		xxviiii

Incipit liber nonus. De mundo & quatuor plagis eius

In sacro ergo eloquio intelligencie magne distreccioe. **S**epe enim in quibusdam locis illi & historia seruanda est & allegoria & sepe in quibusdam sola exquirenda est allegoria aliquando vero sola necesse est vt teneat historia. **N**am in quibusdam locis sicut diximus historia simul tenenda & allegoria vt & tardiores pascantur p historiam & velociores ingenio per allegoriam. **V**nde cu loquente deo ppl's lampades & sonitu bucine & montem fumigantem cereret pterit? peccit vt eis p moy sen dominus loqueret. **V**nde scriptum est. **S**teti populus de longe moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Turba quippe populi allegorizans caliginem no valet penetrare quia valde paucorum e spiritalit in intellectu rimare. **Q**uia eni mentes carnalium sola sepe historia pascunt loquente deo stetit populus a longe quia vero spiritales quicq allegoriarum nubem penetrant. vt spiritalit dei verba cognoscant. moyses accessit ad caliginem in qua erat deus. idcirco nos in hoc opere vbi de rerum varietate varia significacione scribere disposuimus res ipsas pmum notamus deinde significacionem earum breuiter differemus ita vt a mundo incipientes patres eius subsequenter differendo ponamus. **M**undus est celum & terra mare & que in eis opa dei sunt. **D**e quo dicitur. **E**t mundus per eum factus est. **M**undus latine a philosophis dicitur qd i sempiterno motu. sit ut. celum. sol. luna. aer maria. **N**ulla enim requies eius elemētis cōcessa est. ideoq; semper immotu est. **G**reci vero nomen mūdo de ornamento accommodauerunt ppter diuersitatem elemētorum & pulcritudinem syderum. **A**ppellatur enim apud eos cosmos quod significat ornamentum. **N**ihil enim mundo pulchrius oculis carnis aspiciunt. **M**undus enim aliquando historialiter id e vniuersorum elemētorum cōpactio accipit aliquando vero iuxta allegoriam in bonam partē & aliquando in contrariā ponitur. **N**am mundus historialiter in eo intelligit vbi euāgelista dicit. **I**nmundo erat & mundus per eum factus est. **E**t illud vbi dñs ait. **E**go lux in hūc mundum veni. **I**nmundo quippe erat & mundus per ipsū factus est. quia deus erat. totus vbi q; quia sue presētia maiestatis sine labore regens sine onere continens quod fecit. **I**n quo etiā mundo quem prius p diuinitatē creauit postmodum homo natus apparuit. **Q**uod autē sequit & mundus eum no cognouit significat

homines mundi amore deceptos atq; inherendo creature ab agnoscēda creatoris sui maiestate reflexos. **D**uobus autem modis vt diximus mundus intelligitur aliter in peccatoribus aliter i sanctis. **Q**uod autem dñs dicit ad patrem vt mundus credat quia tu me misisti & alibi vt cognoscat mundus quia diligo patrem hic nominat mundum eos qui credituri erant vel quia tunc credebant xpm filium dei esse ad salutē humani generis missum a patre in mundum. **Q**uod autem ait pater iuste mundus te no cognouit ego autem cognoui te ideo no cognouit quia dāpnatus est per iusticiam ille vero qui saluandus erat mundus per misericordiam te cognouit vtiq; ipse xps reconciliauit pater no merito sed grā. **H**inc dicitur ihesus saluator mundi hoc est ecclesie catholice quia ipse saluator omnium & maxime fidelium. **Q**uod enim legitur dñs dixisse venit enim princeps huius mundi & in me no inuenit quicq; hic ostendit diabolum principem esse peccatorum hominum no creaturarum dei & quocienscumq; mundi figura in mala significacione ponitur nihil ostendit nisi mundi illius amatores & no dei. **A**bsit enim vt credamus illum principem esse celi & terre & creaturarum omnium que generaliter mundi nomine appellantur totus itaq; suo seruit creatori no deceptori redemptori no intemptori & regit dispensacione diuina no inimici versucia subuertitur preter homines partis illius qui ppria voluntate no necessitate aliqua se subiciunt diabolo. **A**liquando etiam ipsa ambicio terrenarum rerum mundi nomine designat. **V**nde dicit iohannes apłus. **N**olite diligere mundum neq; ea que in mundo sunt. **S**i quis diligit mundum no est caritas patris in eo. quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis est. concupiscentia oculorum & superbia vite. **O**mne quod in mundo dicit omnes qui mente inhabitant mundum qui amore incolunt mundum sicut celum inhabitant quorum cor sursum est quamuis carne ambulent in terra. **O**mne qd in mundo est id e mundi amatores no habent nisi concupiscentiam carnis & oculorum & superbiam vite. **Q**uibus viciorum vocabulis oia viciorum genera cōprehendit. **C**oncupiscentia carnis est omne quod ad voluptatem & delicias corporis pertinet in quibus sunt maxima cibus & potus & concubitus que tria salemon sanguisugis cōparat. **C**oncupiscentia oculorum que fit indiscendis artibus nefariis in contemplantis spectacul turpibus vel supuacuis in adquirendis rebus tēporalibus indinoscendis & carpendis pximorum vicis. **S**uperbia vite est cum se quis iactat in honoribus. **P**er h'c tria cupiditas humana temptat p bec adā & dñs

iple temptatus est. Quatuor autem esse climata mundi aiunt id est plagas orientem & occidentem septentrionem & meridiem. Oriens ab exortu solis est nuncupatus. Occidens quod diem faciat occidere atque intire. Absconditi enim lumen mundo & tenebras super inducit. Septentrio autem a septem stellis axis vocatur que in ipso reuolute rotantur. Hic prope vertex dicitur eo quod vertitur sicut poeta ait. Vertitur interea celum. Meridies vel quia ibi sol faciat medium diem quasi medidies. Vnde quia tunc purius mitat ether. Merum enim purum dicitur. Mistice autem oriens dominum significat saluatorem de quo in luca scriptum est. Visitauit nos oriens ex alto. Et in bacharia propheta Ecce vir oriens nomen eius. Oriens populi iudeorum siue illuminatio fidei sicut in esaiia ecclesia dicitur. Ab oriente adducam semem tuum Occidens populi gentium. Vbi & super. Et ab occidente congregabo te. Occidens autem significat vite melioris defectum vel occasum mortis. Vnde de peccatoribus in propheta scriptum est. Occidet vobis sol in meridie. Et psalmista tunc inquit facite ei qui ascendit super occasum dominus nomen est ei. Item occasus significat post temptationis ardorem incentiue libidinis refrigerationem sicut in deuteronio peo qui nocturno polluitur somno hoc est occulta cogitatione ut non reuertatur prius in castra quam lauet vestimenta sua & occidat sol. Rursum oriens designat inicium bone vite nostre. occasus male conuersationis affectus ut est illud in psalmo. Quantum distat oriens ab occasu elongabit a nobis iniquitates nostras. In occasu enim eramus cum peccati vinculo tenebamur astricte in oriente autem sumus quando per aquam regenerationis nos verus sol inuisitat & tenebras facit nostrorum discedere peccatorum. Tantum ergo iniquitates nostre longe sunt cum nobis peccata nostra donantur quantum potest clara dies a tenebrosa nocte distare. Siue per orientem significat regnum dei per occasum vero gehennam que tantum a beatorum sede dissociata est quantum dicit abraham loquens ad diuitem. Inter nos & vos chaos magni firmatum est. Septentrionalis autem pars mundi vnde gelu & siccitas procedunt per figuram ostendit dyabolum vel frigus infidelitatis de quo scriptum est. Aquilonem & mare tu creasti. Thabor & hermon in nomine tuo exultabunt tuum brachium cum potencia per aquilonem designas diabolum qui dixit. Ponam sedem meam in aquilone & ero similis altissimo. Vnde alibi legitur. Aquilo durus est ventus qui alio nomine dexter vocatur eo quod diabolus nomen sibi dextri presumat tanquam boni siue quod occidentem id est

peccatum respicientibus dextra fiat. Aquilo significat populum gentium ut in esaiia. Discite aquiloni da. Et in psalterio. Latera aquilonis ciuitas regis magni. Et in iob. Ab aquilone aurum venit. Meridiana autem plaga mundi que & australis ab austro vento vocatur calore suo frigus dissipat & glaciem soluit. significans gratiam spiritus sancti qui caritatis ardore frigus infidelitatis expellit & peccatorum duriciam dissoluit. Vnde scriptum est. Conuertere domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro. Qui etiam ventus significat populum iudaicum lumen sciencie in scripturis legis prophetarum habentem sicut aquilo gentilem in tenebris infidelitatis & stulticia erroris degentem. Has quoque ambas gentes christi gratia per euangelium ad se conuocauit. Item in aquilone aduersa mundi in austro blandimenta designantur. Qua gemina expugnatione probatur ecclesia & per constantiam fidei mirum odorem virtutum dispergit. Vnde sponsa in cantico canticorum dicit. Surge aquilo & veni auster per flumina ortum meum & fluant aromata illius. Consurge per mittentis vox est non imperatis. Item in contrariam partem meridies accipitur ut est illud in psalmo. Aruma & demonio meridiano. Demonium meridianum est inmane periculum feruore persecutionis accensum ubi ruina plerumque metuitur. Auster ecclesia que ex iudeis prior in christo credidit ut in propheta. Qui habitatis in terra austri ferte aquam scienti id est baptismum credentibus. Et in iob. Ab aquilone aurum venit & ab austro formidolosa laudatio. Auster sancta ecclesia est fidei calore accensa.

De atomis

Philosophi atomos vocant quedam in mundo corporum partes tantum minutissimas ut nec visui pateant. nec thomen id est seccionem recipiant. Vnde & atomi dicte sunt. He per mane totius mundi in quietis motibus volitant & huc atque illuc ferri dicuntur. sic tenuissimi pulueres quam fusi per fenestras radiis solis videntur. Ex his arbores & herbas & fruges omnes oriri & ex his ignem & aquam vniuersa gigni atque consistare quidam philosophi gentium pictauerunt. Sed autem atomi aut in corpore aut in tempore aut in numero. In corpore ut lapis. Diuidis eum in partes & partes ipsas diuidis in grana velut sunt arene rursum super ipsa arene grana diuide in minutissimum puluerem donec si possis puenias ad aliquam minuciam que non sit iam diuidi potest vel secari potest. Hec est atomus incorporibus. In tempore. vero sic intelligitur atomus. Annum verbi gratia diuidis in menses. menses in dies. dies in horas adhuc partes.

admittunt diuisionem quousq; venias ad tantum temporis punctum & quendam momenti particulam talem que per nullam morulam produci possit & ideo iam diuidi non potest. Hec est atomus temporis. Innumeris ut puta octo diuidunt in quatuor rursus quatuor in duos inde duo in unum. Vnde autem atomus est quia inseparabilis est sic & lutea. Nam oratione diuidis in verba, verba in syllabas syllabam in litteras. Littera pars minima atomus est nec diuidi potest. Atomus ergo est quod diuidi non potest ut in geometria punctus. Nam atomus diuisio dicitur grece atomus indiuisio. Nam quantum indiuisibilis vnitas valeat in rebus ad ostendendam mysticam significacionem manifeste scripta designat quia ipsam omnium rerum iucium esse demonstrat apud dicente vnus deus vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater omnium qui est super omnes & per omnia & in omnibus nobis, qui est benedictus in secula. Vnde idem iubet nos sollicitos seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis ut fiat vnus corpus & cuius spiritus sicut vocati sumus in vna spe vocacionis nostre.

De elementis

Elen greci rerum quandam primam materiam dicunt nullo prorsus modo formatam sed omnium corporalium formarum capacem ex qua visibilia hec elementa formata sunt. Vnde & ex eius deriuacione vocabulum acceperunt. Hanc ylen latini materiam appellauerunt, ideo quia omne in forme vnde aliquid faciendum est semper materiam nuncupatur. Prouide & eam poete siluam nominauerunt. Nec incongrue, quia materie siluarum sunt. Greci autem elimeta yctoxa nuncupant, eo quod sibi societatis concordia & comunione quadam conueniant. Nam sicca inter se naturali quadam ratione iuncta dicunt, ut intro originem ab igne repetentes usque ad terram intro a terra usque ad ignem, ut ignis qui dem in area desinat aer in aquam densetur aq; in terram crassescat, rursusque terra diluatur in aqua aqua rarescat in aerem aer in ignem extenuetur. Qua propter omnia elementa omnibus in esse sed vnum quodque eorum ex eo quod amplius habet accepisse vocabulum. Sunt autem diuina prouidencia propriis aminutibus distributa. Nam celum angelis aerem volucris maribus, terram hominibus ecclesiisque animantibus creator ipse impleuit.

De celo

Celum dictum eo quod tamquam celatum vas impressa lumina habeat stellarum veluti signa. Celum autem in scripturis sanctis ideo firmamentum vocatum quod sit

curfus siderum & ratis legibus fixisque firmatum. Interdum & celum per aere accipitur ubi venti & nubes & procelle & turbines fiunt. In scriptura sacra plerumque & ea que accipi secundum historiam possunt spiritualiter intelligenda sunt ait & fides habeatur in veritate historie & spiritualis intellegencie captatur in mysteriis allegorie sicut hoc quoque nouimus quod psalmista ait quomodo videbo celos opa digitorum tuorum lunam & stellas quos tu fundasti. Ecce enim iuxta veritatem historie stat sermo rationis, quia & celi opera dei sunt & luna ac stelle ab eo create atque fundate sunt. Sed si hoc psalmista iuxta solam historiam & non etiam secundum intellectum mysticum asserit qui celos opera dei esse professus est dicitur lunam & stellas, cur non etiam solem quem scimus quia eius opus est pariter enumerare. Si enim iuxta solam historiam loquebatur dicitur luminare minus, prius luminare maius dicere debuit ut ante solem & post lunam atque stellas fundatas esse prohiberet. Sed quia iuxta intellectum mysticum loquebatur ut lunam sanctam ecclesiam & stellas homines sanctos accipere deberemus solem nominare noluit, quia videlicet ipsi eterno soli loquebatur de quo scriptum est, Vobis autem qui timetis dominum morietur sol iusticie. Celum autem iuxta allegoria aliquando ipsum dominum saluatorem significat ut est illud, celum celi domino quia sanctus sanctorum & deus deorum, ita etiam celum celorum recte ipse dicitur in quo plenitudo diuinitatis in habitat. Aliquando vero angelicas potestates significat ut est illud in genesi In principio fecit deus celum & terram quod per vocauit firmamentum quia celi fuerunt hi qui prius bene conditi sunt sed postmodum firmamentum appellati sunt quia omnino iam ne caderent virtutem incommutabilitatis accipiunt. Ad quos per prophetam alibi dicitur, Audire celi quia dominus locutus est. Item celi nomine prophete & apostoli & sancti viri exprimunt ut est beatus Celi enarrant gloriam dei quia ipsi de aduentu christi differendo orbem terrarum sanctis ad monitionibus impleuerunt. De quibus celis alibi dicitur, Verbo domini celi firmati sunt & spiritu oris eius omnis virtus eorum quia christo post ascensionem desuper mittente spiritum sanctum apostoli in fide & sciencia confortati sunt. Igitur in principio fecit deus celum id est spirituales que celestia meditantur & querunt in ipso fecit & carnales qui terrenum hominem nec dum posuerunt. Aliquando etiam contemplacionem supernorum celum significat ut est illud, Ascendunt usque ad celos & descendunt usque ad abyssos. Usque ad celos quippe ascendimus cum summa pene-

eramus sed abissos vsq; descendimus cum repente a cōtemplacionis culmine p turpia tēp tamenta deicimur. **P**lerumq; ergo in sancto euangelio regnum celorū presens ecclesia nominat. **C**ongregacio quippe iustorum regnū celorum dicit. **Q**uia enim per pp̄ham dominus dicit celum michi sedes est. terra autē scabellum pedū mcorū & salomō ait anima iusti sedes sapiencie. paulus etiā dicit xpm dei virtutē & dei sapienciā liquido op̄batur deum & hoc est regnare & iudicia sua decernere. **N**am celū & aer iste vt supra dixim⁹ agnoscitur in quo celo hoc est aere belias rapt⁹ describitur. & quod ap̄lus de inmundis spiritibus loquitur non est nob̄ colluctacio aduersus carnem & sanguinem sed cōtra spiritalia nequicie in celestibus & alius ap̄lus. celi autē qui nunc sūt & terra eodē verbo repositi sūt igni seruati in diem iudicii. **A**liquando ergo in celi nomine sacra scriptura designatur de qua dicitur. **E**xtendens celum sicut pellem ex qua nob̄ & sol sapiencie & luna sciencie & ex antiquis patribus stelle exēploꝝ atq; virtutes lucent. **Q**uod sicut pellis extenditur. quia per scriptores suos carnis lingua formatum ante oculo nostros per verba doctorum exponēdo displicat. **C**uius celi superiora dominus i aquis tegit quia alta sacri eloquiū id est ea que de natura diuinitatis v̄l de eternis gaudiis narrat nob̄ adhuc nescientibus solis āgelis in secreto sūt cognita. **N**am alibi in psalterio legitur. **L**audate eū celi celoz; & aque que sup celos sūt laudēt nomē domini. **Q**uāuis ingenesi vnum celum fabricatum esse legerimus tamē eos plurali numero & paulus ap̄lus appellauit qui refert in terciū se celū raptum ibiq; talia cognouisse que homini nō licebat effari & hic plurali numero nuncupatur. **Q**uod tali forsitan racione cōcordat. **D**icimus vnum esse palacium quod multis mēbris multisq; spatiis ambiatur. ita forsitan & celi partes dicimus celos dum cōplexio atq; finis eius vnus esse monstretur. **A**quas vero super celos esse genesis refert. **A**it enī diuisitq; aqs que erant sub firmamento ab his que erant super firmamētum. **F**irmamētum enim in ecclesia scripture diuine intelligunt. quia celum plicabitur sicut liber discreuitq; sup hoc firmamēto aquas id est celestes populos angelorum qui nō opus habent hoc suscipere firmamentum. vt legē legentes audiant verbum dei. **V**idēt enim eum semper & diligunt sed super posuit ipsū firmamentum legis sue super infirmitatem inferiorum populorum vt sibi suscipientes cognoscant qualiter discernāt. inter carnalia & spiritalia q̄i

inter aquas superiores & inferiores.

De partibus celi

Appellatur autem idem loc⁹ ethra in quo sidera sūt & significat eum ignem qui a toto mundo in altū se paratus est. **S**ane ether ē ipsū elemētū etheris vero splendor etheris est. **C**onsistunt enim luminaria. in firmamento celi hoc ē in firmamento legis dei infixā euāgeliste videlicet & doctores scripture sancte disputando coherētes & omnibus inferioribus lumē sapiencie demonstrantes. **P**rodit etiam simul & c̄ micacium siderum turba id est diuersarum virtutum in ecclesia numerositas que in huius vite obscuritate tāq; in nocte refulgentes diuidant in hoc firmamēto scripture sensibilia & intelligibilia q̄si inter lucem perfectorum & tenebras populorum & sunt insignia virtutū & miraculorum.

De ianuis celi

Ianue celi duo sūt oriens & occasus. **N**ā vna porta sol p̄cedit alia se recipit. **S**ignificant autem ianue celi testamēta diuina. **V**nde psalmista ait. **M**andauit nubibus desuper & ianuas celi apuit. **M**andatum est enim nubibus id est predicatoribus vt per ianuas celi hoc ē scripturas sanctas predicacione gloriosa aduentum saluatoris dñi nunciarent. qui veremanna sumitur quando adorabili cōmunicacione gustatur.

De cardinibus

Cardines autem mundi duo septētrio & meridies. **I**n ipsis enim voluit celū. **S**ignificant autem cardines ipsi presentis ecclesie cōuersacionem que per totum orbem dilatatur & in duobus testamentis siue in duobus preceptis caritatis cōuersans ad futuram patriam tendendo cursū presentis vite dirigit. **V**nde scriptum est. **D**ñi enim sūt cardines terre & posuit super eos orbē.

De luce

Lux post creacionē celi & terre a creatore primum formata est ad manifestanda & declaranda opa dei. **L**ux ipsa substantia est lumē a luce manat id ē candor lucis. sed hoc cōfundunt auctores. lucis ergo nomine diuerse significaciones exprimitur. **A**liquādo enim ipsū deū id est totā siml̄ sanctam trinitatem ostendit. aliquando filiū dei. aliquando sanctos viros significat. aliquā scripturam sacram aliquando predicacionem euāgelii. aliquando sanctam ecclesiam. **S**ciēdum nobis est hoc nomen luminis tocus trinitatis esse cōmune. **L**egitur enim. **D**e⁹ lux est & tenebre in eo nulle sūt. **E**rgo quia pater & filius & spūs sanctus vnus est deus. recte

animaduertimus de tota trinitate esse dictū deus lux est. & tenebre in eo nulle sūt. Vnde versus iste merito de saluatore dicit. In lumine tuo videbimus lumen. Quod autem x̄pus vera lux sit ostendit ipse in euangelio dicens Ego sū lux mūdi. Qui sequitur me nō ambulabit in tenebris sed habebit lumē vite. De q̄ iohannes euāgelista ait. Erat lux vera que illuminat omnem venientem in mundum. omnem videlicet qui inluminatur siue naturali ingenio seu sapientia diuina. Sicut enim nemo a se ipso esse ita etiam nemo a se ipso sapiēs esse potest. sed illo illustrante de q̄ scriptū ē Omnis sapientia a domino deo ē. Sancti quidem homines lux sūt recte vocati dicente ad eos dominus vos estis lux mūdi. & ap̄lo paulo fuistis aliquando tenebre nūc autem lux in dño sed multū distat inter lucē que mihi luminatur & lucem que illuminat. inter eos q̄ participatione vere lucis accipiunt vt luceant. & ipsam lucem perpetuam que nō solum lucere in se ipsa sed & sua presencia quoscumq̄ attigerit illustrare sufficit. Aliquando autē scripturam sacram lucem intellegimus vt ē illud. Lucerna pedibus meis verbum tuum dñe & lumē semitis meis. Sciens ergo hui⁹ sc̄pi noctem diuersis offensionibus irretitā vt alibi laqueos. alibi scopulos alibi cōtineat p̄fundissimas vastitates. pedibus suis verbum dñi lucere testatur ne absencia veri luminis incidat ruinam quam p̄ suam p̄uidenciam vitare nō poterat. Sed hoc verbum illud debet intellegi quod per scripturas sacras p̄phetarum ore seminatum est. Quod verbum bene appellauit lucernam que humanis vsibus data est ad depellendam noctis p̄fundissime cecitatem sicut petrus ap̄ls dicit. Habemus ceterum p̄pheticum sermonem cui bene facit intendentes velut lucerne lucenti in obscuro loco. Item lumen illuminatio fidei ē vlt̄ donum spiritus sancti vt in psalmo signatum est super nos lumen vultus tui dñe. Item lux & tenebre electi & reprobi vt in iob. Nūqd̄ nosti q̄ locus sit lucis & tenebrarū ducas vnū quodq̄ ad terminos suos. Itē lux & tenebre iusticia & iniquitas vt in ap̄lo. Qui diligit proximum suum in lumine est. qui autem odit in tenebris ambulat. Item predicacionē euāgelii lucerna significat. Vnde saluator ait. Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio sed sup̄ candelabrum vt luceat omnib⁹ qui in domo sūt. Ponere ergo est lucernā sub modio superiora facere cōporis cōmoda quā predicacionem veritatis vt ideo quisq̄ veritatem non predicet dum timet ne aliquid in rebus coporalibus & temporalibus molestie

paciat. Potest & lucerna hec super humanitate saluatoris interpretari. Ipse quippe lucernam accendat qui testam humane nature flamma sue diuinitatis impleuit quā p̄fecto lucernam n̄ crdentibus abscondere nec modo sup̄ponere hoc est sub mensura legis includere vel intra vnus iudee gentis terminos voluit cobibere. Candelabrum ecclesiam dicit. Cui lucernam super posuit quia nostris in frontibus fide sue incarnationis affixerūt vt qui ecclesiam fideliter ingredi voluerint lumē veritatis palam queant intueri. Nam & sancta ecclesia luminis vocabulo designat vt ē illud. Amictus lumine sicut vestimento. Lumen enim eccliam significat de qua scriptum est. Que est ista que ascendit dealbata. Dealbata enim intelligitur inluminata. Que te velut vestis aduertitur domini saluatoris nō habent maculam aut rugam. Ipsa est enī candida hoc est dealbata omni decore virtutum adornata. Ad quam dicit ap̄ls. Omnes qui in x̄po baptisati estis x̄pm induistis hanc etiam tunica illa significauit que non potuit diuidi tempore passionis. Hec ē de qua dicit Amict⁹ lue sicut vestimentū

De luminariibus

Luminaria autem que in celo sunt posita diem noctemq̄ illuminant secūdu creatoris sui dispositionem. & cursus sui officia per agunt hoc est sol luna & stelle iuxta qualitatem suam significaciones allegoricas habent que ad laudandum dñm postq̄ angelicas virtutes ad laudem dei psalmista. incitauit subsequenter prouocans ait. Laudate eum sol & luna laudate eum omnes stelle & lumen

De sole

Sol ergo & luna ac stelle vt quidam dicunt & si aliquo proprio regantur tamen quia carnalib⁹ ocul⁹ patescūt inferiores esse virtutibus que nō vident non absurda estimacione colligitur quamuis celi speciem decore lumine ornare videant. Nā illa ad que peruenit noster aspect⁹ licz sint lucida atq̄ subtilia tamen corpora esse manifestum est & necesse est vt illis cedant que inuisibili virtute subsistunt. Qua propter solē lunam & stellas siue per propriam rationem siue per alias sensibiles & iudicabiles substācias propheta laudare precepit dñm quia creatoris beneficio existere meruerunt. Cōsiderata enim tot lumina ingentes admiraciones possunt cōmouere quādo & mortales oculos videre faciunt & ipsa vitam splendida claritate cōsistunt. Igitur sol in scriptura sacra aliquando significat dñm saluatorem aliquādo

sanctorum suorum claritatem. aliquando sapientie fulgorem. aliquando decorem virtutum & econtrario aliquando estum persecutionis & tribulationem presentis vite. Nam sol saluatorem in eo exprimit quod sicut ipse sine aliorum ad mimiculo ceteris sideribus b^o est luna & stellis ut quidam ferunt fulgorē prestat ita & xp̄us ppria virtute splendens & nullius ope indigens sancte ecclesie. quibus q̄ virtutem sanctis splendorem sapientie. & virtutum tribuit. Vnde in propheta scriptū est. Orietur vobis timentibus dominū sol iusticie & sanitas in pennis eius & alibi ex persona peccatorum dicitur. Sol iusticie non est ortus nobis. Quod autem splendorem claritatis sanctorum resurrectionem sol significat ostendit ipsa veritas in euāgelio dicens. Tūc fulgebunt iusti sol sicut in regno patris eorū Nam solem sapientiam significare testat psal mista dicens. Solem in potestate diei quoniam in seculum misericordia eius. Quod spiritualit̄ ita intelligi potest ut solem sapientie dñs sanctis suis miseratus infundat quatinus illa videant que ad ipsius certum est pertinere iustionem. Decorem autem virtutum & bonorum opm solē significare illa dñi sentēcia demonstrat qua ad ap̄los loquens ait. Sicut luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cel̄ est. Sol significat acumen sapientie sicut in iob quibusdam sapientibus. sed re p̄bis p̄ dyabolo dicitur. Radii sol sub ipso erunt subauditur eccl̄ie fides de quo per iobel p̄phetam dicitur sol cōuertetur in tenebras quia fides eccl̄ie nouissima persecutione in re p̄borum cordibus per infidelitatem obscurabitur. Sol manifesta opacio est sicut in psalterio dicitur p̄ corpore assumpto. In sole posuit tabernaculum suum. Deniq̄ incōtrariam partem sol significacionem platā ostendit illa euāgelica parabola quam de sementis diuersitate dominus ptulit dicens. Alia aut̄ ceciderunt in petrosa vbi nō habebant terrā multam & cōtinuo exorta sūt quia nō habebant altitudinē terre sole autem orto estua uerunt & quia nō habebant radicem aruerūt petrosa vero loca que tenui cespite contacta susceptum semen cito germinare queunt sed vim radicis figende nō habent illa nimirum sūt precordia que nullis discipline studiis erudita nullas temptationū p̄bacionibus emolita dulcedine tantum auditi sermonis ac p̄missis celestibus ad horam delectantur sed in tempore temptationis recedunt. Sol prosperitas est & luna aduersitas mundi. Ut in psalterio per diem sol nō vret te neque luna per

De luna noctem
Luna autem que mensuris temporibus crescit & decrescit & nō proprio lumine lucet s̄ sol mutuo splendore illustratur. aliquādo in scripturis significat hanc mortalem vitam & miseram aliquando presentem eccl̄iam Vnde in euāgelica parabola legitur quod homo ab iherl̄m descendens in biericho incidisset in latrones qui etiam dispoliauerunt eum plagis inpositis abierūt semiuuo relicto. Hic ergo homo adā intelligit̄ cum omni genere humano. iherl̄m autē ciuitas illa celestis accipitur a cuius beatitudine adam lapsus per priuacionē & eiectus in hanc mortalem vitam & miseram quam bene biericho que luna interpretat̄ significat variis. videlicet defectuū laboribus instabil̄ semper & caduca. Latrones autem demones intelligere possumus qui se ducendo adam despoliauerunt eum gloria beate immortalitatis & innocencie veste p̄uarent. Lunam autem figurare eccl̄iam ostēdit ille versus. Fecit lunā in tempore sol cognouit occasū suum. Luna eccl̄ia est quam in temporibus factam aliquā minui cōtingit aliquando crescere que tamē sic minuitur ut semper redeunte integritate reparatur. Solem vero in hoc loco merito accipimus dominum saluatorem. Iste ergo cognouit occasum suum id est gloriam sue passionis agnouit cum discipul̄ suis diceret. Venit hora & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Item luna significat martirum passionem ut per iobel p̄phetam dicitur. Et luna vertetur in sanguinem hoc est martirū suorum cruore perfusa. Item luna presens seculum significat eo quod semper miteat. De quo in apocalipsi dicitur de eccl̄ia. Et luna subedibus suis. Aliquādo autem luna instabilem mentis humane qualitatem in scripturis reprehēdit ut est illud sapientie stult⁹ ut luna mittatur. quia vir duplici animo incōstās est in omnibus viis suis. Sed & hoc notandū quod luna tempus paschal̄ festiuitatis maxima ex parte ordinate. que solemnitas tunc maxime celebrat̄ cū sol iuuē animos p̄ficiēs incremento primam sumit de noctis vmbra victoriam. Deinde mēsem primum anni qui & nouarum vocatur ī quo pascha celebrem⁹ attendimus. Ipse autem est mēsis in quo mundus iste formatus & homo est primus in paradisi sede locatus. quia per huius mysteria solemnitatis primam nos stolam recepturos. primum superne beatitudinis regnum a quo in longinquam regionem discessimus nos recepturos esse speram⁹. De cui⁹ gloria regni beatus ap̄l̄s petr⁹ celos autem nouos inquit

& terram nouam & pmissa ipsi expectam⁹
 in quibus iusticia habitat. Sed & iohānes in
 apocalipsi sua. Et dixit qui sedebat in thro-
 no. Ecce facio omnia noua. Deinde etiā ter-
 ciam mensis eiusdē septimanam in pascha ob-
 seruamus quod resurrectionis dominice gau-
 diis aptissime congruit quia & eadem sacro-
 sancta eius resurrectio tertia die facta est &
 tercio tempore seculi id ē cum gracie celestis
 aduentu tota eius in carne dispensacio que p
 resurrectionis consumata est gloriā mundo
 apparuit. Prima namque seculi tempora lege
 naturali per patres. media lege literal per
 prophetas. Extrema charismate spiritali p se
 ipsū ueniens illustrare dignatus est. Sed &
 ipsa tunc lune conuersio pulcherimū nobis sa-
 cramenti celestis spectaculum prebet. Namque
 luna que rotūdi facta stibematis a sole lumē
 ut supra diximus accipit ideoque semper ex di-
 midio orbe quem ad solem habet lucida ē. ex
 altero autem dimidio semper obscura. A pma
 usque ad quintā decimā lucis clementum a d
 terras. defectum uero habet ad celos. a quin-
 ta decima autem usque ad nouissimam cremen-
 tum eiusdem sue lucis a terrenis auersū pau-
 latim ad celestia reuertit. Que nimirum ei⁹
 conuersio recte paschal gaudii mysteria signat
 quibus omnem mentis nostre gloria a visibi-
 libus auertere deliciis caducisque fauoribus
 atque ad solam celestis gracie lucem suspendē
 cōtemplando docemur. ut si utramque eius cō-
 uersionem in bonū delectat interpretari pos-
 sumus intelligere quod crescēs ad oculos hu-
 manos lumen lune uirtutum graciā quibus
 apprensus in carne dominus mundo illuxit in-
 sinuet de quibus dicitur & ihesus p̄ficiēbat
 sapiēcia & erate & graciā apud deū & ho-
 mines recrescens uero ad celos resurrectiois
 ascensionisque illius gloriā designet que in se
 quidem ipsa mox perfecta puenit sed in ani-
 mo fidelium quibus dea lucis sue p̄fectibus
 usque ad finem seculi crescere nō desinit. Re-
 surgens enim dominus a mortuis primo sin-
 gulis ac binis ac deinde pluribus. modo sep-
 tem. modo undecim. & plusquam quingētis fra-
 tribus simul ad ultimum discipulū omnibus
 apparuit. quibus uidentibus ascensur⁹ in ce-
 lum precepit eos sue dispensaciōis esse testes
 in hierl̄m & in omni samaria & usque ad ulti-
 mum terre. Et bene luna cum nostros crescēt
 ad oculos paulatim a sole recedit. cum uero
 ad celos. paribus ad eum spaciis redit. Hoc
 est enim quod ipse dicit. Exiui a patre & ue-
 ni in mundum. iterum relinquo mundum &
 uado ad patrem. Et quod de illo psalm⁹ ait.
 A fumo celo egressio eius & occurfus eius us-

que ad sūmum eius. Quia ergo luna eo sue lu-
 cis in clemento quod exiens a sole ad nostros
 euoluit optutus. domini saluatoris in carne
 usque ad tempora passionis doctrinā uirtutes
 que significat eo autem quo ad solē rediēs pau-
 latim ad inuisibilem nobis celi faciem recollig-
 git. resurrectionis illi⁹ ac posteriores glorie
 miracula demonstrat merito a quinta decima
 paschal nō gaudiis apta predicatur. His qui
 dem paschal temporis a legis obseruacione
 sumptis iudiciis heredes noui testamēti etiā
 diem dominicam quā scriptura unam siue p-
 mam sabbati cognominat annectimus. Nec
 in merito que & condictioe primitiue lucis
 excellens & triumpho dominice resurrectio-
 nis in signis & nostra quoque nobis resurrectioe
 manet semper exoptabil. Septem quoque dies
 lune id ē a quinta decima usque ad uicesimam
 primam p quos ea dominica naturali ordine
 discurret uniuersitatem ecclie que p totum
 mundum paschalibus est redempta mysteriis
 a parte denunciant. Nam & septenario sepe
 numero uniuersitatē designare scriptura cō-
 sueuit. Unde quod ait p̄pha sepcies i die lau-
 dem dixi tibi. nil melius intelligitur quam
 quod alibi ait semper laus eius in ore meo.
 Et specialiter totā catholice ecclie p̄fectio-
 nem eo figurari iohānes testatur. qui ad sep-
 tem asie scribens ecclias uniuersalis p orbem
 ecclie mysteria pate facit. Unde & per om-
 nia quęsingul septem scribit horrenta hunc
 versiculum intexere curauit. Qui habet au-
 res audiēdi. audiat quid spūs dicat ecclis.
 Quod uni cuiuslibet dixerat hoc oibus se dixit
 se pbat ecclesiis. Nec minus etiam moralem
 nobis cōmendat paschalia tēpora sensū. i noīe
 quidem pasche ut de uiciis ad uirtutes tran-
 situm cotidie faciamus spiritalem. In mense
 autem nouarum in quo ad ulti fruct⁹ aduen-
 tu suo p̄nunciāt ueterem cessacionem ut ex-
 uentes ueterem hominem cum actibus eius
 renouemur spū mentis nostre & induamus
 nouum hominem qui secūdum dñm creatus
 est in iusticia & sanctitate & ueritate. & ut
 uergetati diuersarū uarietate uirtutū earūque
 uolus ueluti amoene arboris ad umbracione
 uelati tamquam lete atque fructiffere segetes
 pullulemus in pleni lunio ut p̄fectum splen-
 dorem fidei & sensus gerentes a peccati te-
 nebris segregemur. in reuersa eadem luce lu-
 nari ad celos quod a quinta decima luna fieri
 incipit ut quāto magni sum⁹ humiliem⁹ i om-
 nibus dicentes cū ap̄lo singuli graciā autem
 dei sū id ē quod sū. Que p̄fecto graciā mu-
 neris superni quia tertia tempore seculi ma-
 nifestus effusa est. pulcherima figurarū con-

sequencia tertia lane ebdomade lumen ipsi9
quod eatenus ad terras creuerat ad celestia
iam crescere inchoat pulchre hanc in pascha
obseruare precipimur. vt gracie quam acci-
pimus nunquam oblitū p singulos gradus spi-
ritalis transitus largitori illius obediēdo vi-
cem rependere meminerim9. vel certe incre-
scente ad homines luna vite nob actiue. in r-
uerfa vero ad celos speculatiue typus osten-
ditur vel in hac nobis cōuersione dilectio px-
imi in illa nostri signatur auctoris aut huc cō-
uers9 lucis ei9 pfect9 vt bona foras opemur
admon9 porro illuc vt eadē bona opa solo su-
perne mercedis intuitu geramus. huc vt lu-
ceat lux nostra corā hominibus vt videāt bo-
na nostra opera illuc vt glorificēt patrem no-
strum qui in celis est

xii

De syderibus

Sidera & astrorum hec distancia est
Stelle g° & sidera & astra. ita int se
differunt Nam stella est quelibz sin-
gularis. sidera vero sūt stellis plurimis facta
vt hiades pliades astra autē stelle grādes vt
orion boetes. Sed hec nomina scriptores cō-
fundunt & astra p stellis & stellas p syderi-
bus ponunt. Et stellas nō habere pprium lu-
men sed a sole illuminari dicuntur sicut & lu-
na. Sidera vero aliquando in bonam partem
aliquando in contrariā accipiuntur. In bonā
ergo partē accipiūtur quādo sanctos & elec-
tos dei significant qui sunt in ecclia. Vnde est
illud quod ad abraham dominus ait. Multi-
plicabo semen tuum sicut stellas celi. & apo-
stol9 stella inquit ab stella differt in claritate
sic erit & resurrectio mortuorum. Stella xps
est vt in apocalipsi. Ego sū stella splendida &
matutina & alibi orietur stella ex iacob. & i
apocalipsi septē inquit stelle angeli sūt sep-
tem ecclesiarū. Nam & apłs paulus septem
scribit ecclesiis nō tamē hisdem quibus iohā-
nes. & septem loca figura sūt tocius ecclesie
que septiformis spūs sancti grāciam habet.
Hinc & psalmista de creatoris ope ait lunam
& stellas in potestatem noctis quoniā in se-
culum misericordia ei9. Lunā vt iam dixim9
ecclesiam debemus accipere. stellas diuersos
eius ordines sanctitate pollentes vt sūt epi-
scopi pspiteri diaconi & ceteri qui velut stel-
le celesti noscuntur cōuersione radiare. Hc
omnia in potestate noctis. id ē in seculi istius
tenebris data sūt vt p eos caliginosa reluce-
ant corda mortalium. Item stelle sūt sancti si-
ue docti eo quod virtutum operibus in hoc
mundo resplendent vt in psalterio. qui nu-
merat multitudinem stellarum & omnibus eis
nomina vocat. Astra sūt sancti angli vt i iob

Cū me laudarēt astra matutina. In contrariā
ergo significacionem ponuntur sidera quan-
do aut puerfos angelos significant aut here-
ticos. siue hypocritas. Peruersos g° angelos
de celo cecidisse testatur apocalipsi dum di-
cit draconem tertiā partē syderū secū trax-
isse in terram. Hereticos autem sub siderum
nomine denotat iudas apłs in epistola sua di-
cens Sidera errancia quib9 pcella tenebraz
in eternum seruata est. Hypocrite autem qui
p fictas species virtutum sanctos imitari vi-
dentur tamē ipsi velut stelle de celo in terrā
cadunt dum a sanctorum cōsorcio sequestra-
ti inter peccatores ascribūt

xiii

De pliadibus

Pliades autem & arcturus quid sig-
nificent in sententia qua dominus ad
beatum iob locutus est animaduerti
potest. Ait enim. Nunquid iūgere valebis i-
micātes stellas pliades aut girum arcturi po-
teris dissipare. Pliades stelle a potu plista id
est a pluralitate vocate sūt ita autē vicine si-
bi & diuise sūt condite. vt & simul sint & ta-
men coniugi nequaquam possint quatinus
in ciuitate quidem coniuncte sint sed tactu
disiuncte.

xiiii

De arcturo

Arcurus vero ita nocturna tempo-
ra illustrat vt in celi axe positus pdi-
uerfa se vertat nec tamē occidat. Ne-
q̄ enim extra currens voluitur sed in loco si-
tus in cunctis mundi partib9 nequāquā casu-
rus inclinatur. Quid enim micātes pliades q̄
& septem sūt aliud quam sanctos omnes de-
nūciant qui inter presentis vite tenebras spi-
ritus septiformis gracie nos lumine illustrāt
quia ab ipsa mundi origine vsq̄ ad ei9 termi-
num diuersis temporib9 ad ppbetādū missi
iuxta aliquid sibi coniuncti sūt & iuxta aliqd
nō cōiuncti. Stelle enim pliades sic supra dic-
tum est in ciuitate sibi coniuncte sūt tactu dis-
iuncte. simul quidē site sūt & tamē lucis sue
vicinitatis radios fūdūt. Ita sancti omnes aliis
atq̄ aliis ad predicandum temporibus appa-
rentes. & disiuncte sūt pusionem sue mag-
nus & coniuncti p intencionem mētis. Siml-
micant quia vnum pdicant sed nō semetipso
tangūt quia diuersis temporibus paciuntur
Quam diuersis temporibus abel esaias. & io-
hānes apparuerūt diuisi quidem tēpore fue-
runt sed nō predicacione. In arcturo autē qui
p girum suum nocturna spacia nō occasurus
illustrat nequaquam particulatim edita vita
sanctorum sed tota simul ecclesia designatur
que fatigaciones quidem patitur nec tamen
ad defectum pprii status inclinatur. Gyrum

laborum tollerant sed ad occasum cum temporibus non festinat. Neque enim ad ima poli arcturus cum nocturno tempore ducitur sed dum ipsa voluitur nox finitur, quia nimirum dum sancta ecclesia innumeris tribulationibus quaeritur presentis vite umbra terminatur eaque statim te nox preterit quia illa in sua incolomitate perdurante mortalitatis huius vita percurrit. Potest ergo per arcturum qui a plagas frigoris nascitur lex per pliaades vero que ab oriente surgunt testamenti noui gracia designari. Quasi enim ab aquilone lex venerat que tanta subditos rigiditatis asperitate terrebat, dum proculis suis alios preciperet lapidibus obrui aliis os gladii morte mulctari. Pliaades vero que ipse quoque sicut superius diximus septem sunt testamenti noui gracia tanto apertius indicant quanto cuncti liquido cernimus quod per illud fidelis suos sanctus spiritus septiformis muneris lumine illustrat. Quamquam ergo se arcturus vertit pliaades ostendit quia per omne quod testamentum veteris loquitur testamenti noui opera nunciantur sub textu enim littere legit mysterium prophetie.

De orione & hiadibus .xv

De orione autem & hiadibus similiter beatus iob significacionem mysticam expressit dicens. Qui fecit arcturum & orionem & hiades & interiora austri. Oriones quippe in ipso pondere temporis hiemalis oriuntur suoque ortu tempestates excitant & maria terrasque perturbant. Quid ergo post arcturum per orionem nisi martires designantur, qui dum sancta ecclesia ad statum predicationis erigitur pondus per sequentium molestias & passuri ad celi faciem quasi in hieme veniunt. Bene autem subdidit per hiades que iuuenescente verno ad celi faciem prodeunt & cum sol iam caloris sui vires ex erit extenduntur. Illius quippe signi vicis inheret quod sapientes seculi taurum vocant ex quo augeri sol incipit atque ad extendenda diei spacia feruencior exurgit. Qui itaque post orionem hiadum nomine nisi doctores sancte ecclesie designantur qui sub ductis martiribus eo iam tempore ad mundi noticiam venerunt quo fides clarius elucet & repressa infidelitatis hieme alcius precordia fidelium sol veritatis calet qui immota tempestate persecutionis expletis longis noctibus infidelitatis, tunc sancte ecclesie orti sunt cum ei iam per credulitatis vernum lucidior annus aperitur. Nec in merito sancti doctores hiadum nuncupacione signantur. Greco quoque per eloquio hiadas pluuia vocatur, & hiades nomine a pluuibus acceperunt quia oriente perculdibus imbres ferunt. Bene ergo hiadum appella-

tionem expressi sunt quia ad statum vniuersalium ecclesie quasi in celi faciem deducti super arentem terram humani pectoris sancte predicationis imbres fuderunt. Cum enim dixisset qui fecit arcturum & orionem & hiades peritus addidit & interiora austri. Quid namque hoc in loco austri nomine nisi feruor sancti spiritus designatur. Quo dum repletus quisque fuerit ad amorem patrie spiritalis ignescit. Interiora ergo austri sunt occulti illi angelorum ordines & sacratissimi patrie celestis sinus quos impetral calor spiritus sancti. Illuc quippe sanctorum anime & nunc corporibus exite & post corporibus restitute perueniunt & quasi in austri abditis occultantur.

De lucifero .xvi

Lucifer ergo aliquando in bonam partem significacionem trahit aliquando in contrariam. Tunc enim in bonam partem ponitur, quando aut dominum saluatorem aut lumen vere sapientie significat. Nam dominum saluatorem illa sententia libri iob denotat qua dicitur. Nunquid perducas luciferum in tempore suo. Luciferum ergo se christus innotuit quia diluculo a morte resurrexit & fulgore sui luminis mortalitatis nostre caliginem pressit. Cui bene per iobanem dicitur. Stella splendida & matutina. Vixit quippe apparere post mortem matutina nobis stella factus est, quia dum in semetipso exemplum nobis resurrectionis prebuit que lux sequatur indicauit lucem ergo sapientie & boni intellectus illa sententia beati petri ostendit qua ait. Habemus firmiorem prophetiam cum sermonem, cui bene facitis attendentes donec dies luceat & lucifer oriatur in cordibus vestris lucifer ipse clarus intellectus noster est qui illustrabitur lumine vere sapientie perfecte caritatis. In contrariam vero ponitur lucifer ubi per elaiam prophetam in onere babilonis sub typo regis babilonie ad apostatam angelum dicitur quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris &c. Nam ibi ruina eius declaritate eterna in infernales tenebras ostenditur.

De vespere .xvii

Vespere vero autem finem mundi & aduentum anticristi significat aut occubitum mortis redemptoris nostri aduentum anticristi vespere significat in illa superiora sententia iob qua post perductionem luciferi subsequenter legitur. Et vespere super filios terre consurgere facis. Vespere vero super terre filios dominus consurgere facit quia infidelibus iudeorum cordibus dominari anticristum eorum merito exigente permittit. Qui idcirco a domino

huic vesperi iuste subdantur quia ipsi sponte sua filii terre esse voluerunt. Terrena quippe & non celestia requirentes a prospiciendo luciferi nostri claritatem cecati sunt. & dum pro esse sibi vesperum expetunt subsequentes dampnationis pena merguntur.

De aere .xviii.

Aer est inanis lumen plurimum habens ad mixtum raritatis quam cetera elementa. De quo virgilius longum

primam fecutus. Aer dicitur

ab eo quod ferat terram vel quod ab ea ferat. Hic autem partim ad terrenam, partim ad celestem materiam pertinet. Nam illa subtilis ubi ventosi ac percussivi motus non possunt existere ad celestem pertinet partem iste vero turbulencior qui exaltationibus humilis corpore scit terre deputatur quique ex se multas species reddit. Nam commotus ventos facit, vehementius commotus ignes & tonitrua, commotus nubila, cum spissatus pluuiam, congelantibus nebulis niuem. Turbulent congelantibus densioribus nubibus grandinem, distemus serenum efficit. Nam aerem densum nubem esse, nubem rare factam & solutam aerem. Aer autem significat inanitem cuiuslibet rei. Vnde apostolus ait Sic pungo non quasi aerem verberans id est non inania commotans. Item aer significat tenuitatem mentium secularium ut est illud in iob. Subito aer cogetur in nubes & ventus transiens fugabit eas. Quid ergo pro aerem nisi mentes secularium designantur que in numeris huius vite desiderii de dicitur huc illucque more aeris fluide dissipantur. Sed aer in nubes cogit cum fluxu mentes presumpti spectus gratiam virtutis soliditate roborantur ventus ergo transiens nubes fugat quia mortalis vita per currens predicatores sanctos a nostris oculis corporaliter occultat. Aliquando autem predicatores diuini verbi aer significat ut est illud psalmiste. Tenebrosa aqua in nubibus aeris idem in prophetis predictoribus verbi quia quamuis se aliquis putet dicta eorum intelligere ad ipsam sicuti est virtutem dictorum in totum vix peruenire potest sicut dicit apostolus. Videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem quando ipsum videt quod credidit ipsum cognoscitur respicere quod sperauit.

De nubibus .xviii.

Nubes dicte ab nubendo idem operiēdo celum vnde & nupte quod vultus suos velēt vnde & neptunus quod nubat id est mare & terram tegat. Nubes autem aeris densitas facit. Venti enim aerem commovent nubesque faciunt. Vnde est illud Atque in

quando incarnationem christi significant nullo nubem cogitur aer. Nubes autem mystice aspectu peccati potest grauatam siue virginem mariam aliquando protectionem spiritus sancti, aliquando prophetas & predicatores sanctos. Nam incarnationem christi significat illud esaię ecce dominus ascendet super nubem leuem & descendet in egyptum & illud in exodo dominus inquit feedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis & per noctem in columna ignis. Nubes enim ista procedens christus idem etiam columna quia rectus & firmus & fulciens infirmitatem nostram per noctem lucens, per diem non lucens ut qui non vident videant & qui vident ceci fiant. Potest & sic non in congrue accipi quod christi sacramentum tanquam in die manifestum est in carne velut in nube, in iudicio vero tanquam in interiore nocturno quia tunc erit magna tribulatio seculi tanquam ignis & lucebit iustis et ardebit in iustis. Illud autem quod in euangelio legitur ubi dominus coram tribus discipulis transfiguratus est in monte & ecce nubes lucida obumbravit eos quia materiale tabernaculum petrus quesivit nubis accipit umbraculum ut discat in resurrectione non tegmine domorum sed spiritus sancti gloria sanctos esse protegendos. Et notandum quod sic domino in iordane baptisato sic & in monte clarificato totius sanctę trinitatis misterium de claratur. Nam ubi pater in voce filius in baptisate, & spiritus sanctus incolūba ostensus est, hic vero pater in voce filius in clarificatione spiritus sanctus in nube demonstratur quod quia nimirum gloriam eius quam in baptismo credentes confitemur in resurrectione videntes cum laudabimus. Quod autem nubes prophetas siue predicatores diuini eloqui significet ostendit illud in psalmo multitudo sonitus aquarum vocem dederunt nubes quasi mater confragosa ita in sanctis ecclesiis resonant diuina vota populi sed quare sit sonitus factus multitudinis aquarum pulchre subicit quia vocem dederunt nubes. Nubes predicatorum significari sepe iam diximus de quibus scriptum est mandabo nubibus ne pluant eam super imbrem qui vocem suam magnam dederunt cum precepta domini vulgauerunt in toto orbe terrarum sicut & alius psalmus ante predicauit. In omnem terram exiit sonus eorum & in fines orbis terre verba eorum. Nubes est protectio diuina sicut in exodo legitur tabernaculum federis nubes obumbrasse. Nubes obscuritas est scripturarum ut in psalterio. Qui operit celum nubibus

De tonitru. Et fulgore. Et cationibus

Tonitruum dictum quod sonus eius terreat. Nam tonus sonus qui ideo interdum tam grauer cōcutit oīa ita vt celum debircisse videatur quia cum p̄ celle vebementissimi venti nubibus se repēte in miserint turbine in valescente exitū que rēte nubem quam excauauit impetu magno rescindit ac sic cum horrendo labore defert ad aures. Tonitruū aliquādo in scripturis diuinam vocem significat vt est illud. in tonuit de celo dominus & altissimus dedit vocē suam. q̄ppe q̄ erat ingencia sacramenta locutus ait enim in euāgelio vox omnipotis patris. & clarificauit & iterum clarificabo vñ multi sicut ibi legitur tonitruū fuisse creditū. Altissimus autem dedit vocem suam quādo dictum est hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. aliquando vero p̄dicationem designat euāgelij vt est illud vox tonitruū tui ī rota. In rota 8^o idē ī mūdo vox tonitruū eius egressa est quādo predicatorēs xp̄i circulum totius orbis verbis tonantibus impleuerunt. Cum tonitruo autem simul & fulgur exp̄mitur sed illud celerius videtur quia clarum est. hoc autē idē tonitruum ad aures tardius puenit. Fulgor & fulmenictus celestis iaculi aferiendo dicti. fulgi enim ferire est atq; pcutere. fulmina autē colisa lumina faciunt. Nam omnium rerum colisio ignem creat vt in lapidibus cernim⁹ vñ a territu rotarum simili mō in nubibus ignis vnde & prius nubilia sūt deinde ignis. ex v̄to autem & igne fulmina in nubibus fieri & in pulsu ventorum emitti. Ideo autem fulminis ignem vim habere maiorem qui subtilioribus elemētis factus est quam noster id est qui nobis in vsu est. Tria sūt autem ei⁹ nomina fulgur quia t̄git fulgor quia icendit & vrit fulmē quia findit ideo & cum ternis radiis pingitur fulgora autē siue coruscaciōis mystice diuinos in scripturis exp̄mūt terrores que in miracul coruscantibus fiunt vel cōmunicaciōes que scripta sūt in lege diuina vt est illud. Illuxerunt coruscaciōes tue orbi terre vidit & cōmota est terra. Coruscaciōnes diuina p̄cepta dic^t veritatis lumine radiancia. que tenebras hominū p̄totum mundū saluari illuminatione fugauerunt. Et alibi ita dicitur fulgora multiplicauit & cōturbauit eos id est miracula multa fecit que sic corda viuencium pmouerunt quemadmodum crebra solent fulgora visa terreri. Conturbabauit eos de his dicit qui tunc conturbati sūt quādo eum resurrexisse manifestis p̄bacionibus agnouerūt

De arcu celesti ca. xxi.

Arcus celestis dictus a similitudine curuati arcus. Iris huic nomen pp̄ū est & dicitur iris q̄si aeris id est q̄d p̄ aerem ad terram descendat. Hic autem a sole resplendet dum caue nubes ex aduerso radium solis accipiūt & arcus speciem fingūt Cui vari⁹ color est quia aqua tenuis aer lucidus & nubes caligantes in radiate illi varios creant colores. Arcus autem celestis est signum testamēti quod posuit deus inter se & homines atq; omnē animam iuuam ne pdat eam diluuiō. Nam quod ille apparet in nubibus & nūquam nisi de sole resplendet significat quia illi nō pereūt diluuiō qui in p̄phetis & omnibus scripturis diuinis tanquam dei nubibus virtutem agnoscūt xp̄i. Nam quod in eodem arcu color aque & ignis simul ostēdit quia ex parte ceruleus est & ex parte rubicundus apparet quod vtriusq; iudiciū testis sit vnius videlicet faciendi & alterius facti id ē quia mund⁹ iudiciū igne cremabitur nō aqua diluuiū vltra delebitur. Iris id est arcus duorum iudiciorum dei figuram habere dicitur hoc est primi quod p̄ diluuiū secūdi quod p̄ ignem vt est illud in apocalipsi. Et iris incircuitu eius. Serenitas ē indulgencia delictorū p̄ sanguinē ihu xp̄i p̄ tenebras peccatorum data vt ē illud ī euāgelio Fact⁹ vespe dicitis serenum erit rubicundū est enim celū

De igne ca. xxii.

Ignis ergo qui quartum mūdi est elemētum aliquando exp̄mit zelum dei. aliquando spiritum sanctum. aliquando caritatem aliquando cupiditatem. aliquando maliciam. aliquando intellectum. aliquando tribulacionem. aliquando iram. aliquando voluptatem. zelum enim dei illa sentēcia notat qua dicitur. Deus noster ignis cōsumēs est. Nam sp̄m sanctum demōstrat quia in die p̄tecostes. in linguis igneis super ap̄los apparuit vbi eos luce sapiēcie illuminauit. & zelo iusticie corda eorum accendit. Caritatem autē significat vbi feruorem dilectiōis exprimit vt est illud in euāgelio. Ignē veni mittere in terrā. & q̄d volo nisi vt ardeat. Cupiditatem autem significat quādo ambitionem nimiam terrenarum rez denotat. Vnde in exodo dñs p̄cepit de obseruacione sabbati nō suscendetis inquit ignem in omnibus habitaculis vestris p̄ diem sabbati b^o est ignē cupiditatis tā incorporibus humanis quam eciam in cōuenticulis vniuersis vetat incendere. Maliciam autē significat ignis q̄n cor malum ad inferiora semper incuruatum demōstrat. De quo igne dicitur. Nūc ignis aduersarium cōsumet quia pessimum cor ex sua malicia tabescit sicut autem ignis

amoris mētē erigit ita ignis malicie inuoluit
Tribulacionem autem ignis significat vt est
 illud in psalmo. **I**gne nos examinasti sicut ig-
 ne examinatur argentū. **T**unc autem irā sig-
 nificat quādo vindictam celestem ostēdit vt
 est illud. **C**onsumam eos igne ire mee ait do-
 min⁹ & alibi quia ignis inquit exarsit ab ira
 mea & ardebit vsq; ad inferos deorsū. **T**unc
 autem voluptatem ignis significat quando
 libidinis ardorem ostendit vt est illud. omēs
 adulterātes sicut carbo ignis ardēs corda eo-
 rum **Q**uibus nisi subuenerit penitencie re-
 medium ignis pene perpetue subēquet vbi
 erit fletus & stridordēcium & cruciatus
 sempitern⁹. **D**e quo ī isaia scriptum ē. Ecce
 omnes vos accensi igne accincti flammis. am-
 bulate in lumine ignis vestri. **H**abēt enī pec-
 catores in se fenū. ligua stipulam. spinas &
 tribulos solumq; que eterno tradūtur incen-
 dio. **H**i tamen puocant ad salutem. dicit q̄
 eis ambulate in lumine ignis vestri & flam-
 mis & reliqua vt in penis & suplicis distant
 dei potenciam & redeant ad salutem. **I**tem
 ignis intellectus in sacris eloquiis accipitur
 bonus vel malus sic in leuitico de filiis aaron
 dicit qui ignem alienū ī cōspectu domini ob-
 tulerūt & ibi cōsumpti sūt. **F**um⁹ autem ali-
 quando in bonā partem. aliq̄ in contrariam
 ponitur. **N**am quod dicit psalmista ascendit
 fum⁹ in ira ei⁹ & ignis a facie ei⁹ exardescit
 fum⁹ hic in bono positus est quia sicut iste t̄-
 ren⁹ mutiles lacrimas mouet. ita & ille peni-
 tencie calore susensus fructuose pfundit flu-
 enta lacrimarū in ira ei⁹. hoc est tempore q̄
 hic peccatores futuri iudicii timore contur-
 bat vt eos ad ad remedium cōuersionis addu-
 cat. **I**gnis autem est caritas dei virtutum p-
 gressionibus crescens que quanto magis cō-
 cupiscitur tanto efficacior ampliat. **B**ene autē
 dixit a facie eius quoniam ipsi⁹ illuminacio-
 ne caritas cōcedit eis qui peccata relinquūt.
Quod autem alibi de peccatoribus dicit. sic
 defecit fum⁹ deficient hic peccatorum pena
 predicti. **F**um⁹ enim est ex flamma ista cor-
 ruptibili surgens tenebrosa conglobacō que
 q̄ntū plus extollitur tantum p inania tenuat.
Huic peccatores merito cōparantur quō ex
 flamma nequicie sue pducunt fumiferas ac-
 ciones que licet ad alciora superbia faciente
 cū surgant necesse est vt sua magis velut fu-
 m⁹ elacione deficient

De prunis / ca. xxiii.

Prunes autem significant illicitas cō-
 cupiscencias anime que pollūt gres-
 sus operum humanarum. **V**nde est il-
 lud dum ambulat super prunas plante eius

nō cōburentur. **H**nic in iob de leuiathan scrip-
 tum ē. **A**litus eius prunas ardere facit. qd
 pruna s nisi succensas internis cōcupiscenciis
 reproborum mentes apellat. tociens enim le-
 uiathan alitus prunas accendit quociens oc-
 culta suggestio humanas mētes ad delectacō-
 nes inlicitas ptrabit. & flamma de ore eius
 egreditur quia quicquid per se quicquid per
 predatores suos loquitur ignis est. quo nō
 aurum neq; argentum sed lignum fenum sti-
 pula. cōcrematur.

De carbonib⁹ ca. xxiiii.

Carbones autem significant nigredi-
 nem peccatorum. **V**nde ē illud. **C**ar-
 bones succēsi sūt ab eo. **C**arbones ve-
 ro succensos peccatores dicit. qui velut car-
 bones mortui in mūdi istius cecitate tenebrā-
 tur sed iterum penitencia ī flammante reui-
 uescunt & ex mortuis prunis viui incipiunt
 esse carbone. **S**imiliter & illud quod in psal-
 mo legitur. **S**agitte potentis acute cum car-
 bonibus **C**arbones autem desolatorios non
 nulli peccatores te terrimos atq; malis acti-
 bus ex tinctos intelligere voluerunt. quorū
 formido & recordacio nostra vicia desolare
 noscūtur dum metum⁹ talia cōmittere que
 illos cognouim⁹ ptulisse potest autem & il-
 lud intelligi vt carbones desolatorios ora-
 ciones accipiamus caritatis igne succensas q̄
 nos viciis ita mundant atq; purificant vt qd
 in nobis dyabolus cōstrinxerat desolutū atq;
 euersū diuino beneficio scenciatur siue magis
 illud est quod esaias ait & volauit ad me vn⁹
 de seraphin & in manu habebat carbonem ig-
 ni quem forcipe acceperat de altari & teti-
 git os meū & dixit ecce tetigit hoc labia tua
 & ait. ecce abstuli iniquitates tuas & pecca-
 ta tua circum purgavi. **Q**uod nunc beneficō
 sancte crucis efficitur quādo labia nostra do-
 mini recordacōne signam⁹ **N**ec inmerito for-
 sitan signū crucis desolatoriū iudicim⁹ esse car-
 bonem quando fugat peccata credencium
 cum tamen p fide videatur extinctum. **I**tem
 illud vbi scriptum est sicut acetum dentib⁹
 & fumus oculis ita piger bis qui miserunt
 illum. **H**ic fumus vanitatem exprimit eorū
 qui cupiditatem istius mundi magis sequūt
 q̄ studium verbi dei

De cineribus .xxv.

Cinns autem humane fragilitatis ī ani-
 tatem significat. **V**nde in salomone
 scriptum est. **Q**uid supbit terra &
 cinis. **S**imiliter & fauilla: **V**nde in iob dicit.
Ago penitenciam in fauilla & cinere. **I**n fa-
 uilla etenim & cinere penitenciam agere est
 cōtemplata summa effencia nil aliud quam

faullam se cineremq; cognoscere. Vnde & ciuitati reprobe in euāgelio dominus dicit. Si intyros & sidone facte fuissent virtutes que facte sūt in vobis olim incilicio & cinere penitēciam egissent. In cilicio quippe asperitas & cōpunctio peccatorū. in cinere autem puluis ostenditur mortuorum. & idcirco vtrūq; hoc adhiberi ad penitēciam solet vt in punctione cilicii cognoscamus quid p culpam fecimus. & in faulla cineris ppendamus quid p iudicium facti sumus. **T**orris & ticio huiusmodi genus significat p dñm ihesū xpm a ppetua cōbustione se in iustam abstractū vt in zacharia. Nunquid non iste torris eratus ē de igne. **T**iciones duo potestates seculi huius atq; heretici ex vno cōsensu ecclīaz persequentes vt in esaiā. **N**oli timere a duab; caudis ticionū fumigantiū istoꝝ

De ventis

ca. xxvi.

Ventus est aer commotus & agitat⁹ p diuersis partib; celi nomina diuēsa sortitus. **D**ictus autem ventus quod sit uehemēs & violentus. **V**is enim ei⁹ tāta est vt nō solum saxa & arbores euellat sed etiam celum terramq; turbet maria cōmoueat. **V**entorum quatuor principales sūt spūs qꝝ p̄mus ab oriēte sub solanus a meridie auster ab occidente fabonius a septentrione ei⁹ dē nominis ventus aspirat habētes gēminos hīc inde vētorum spūs. **S**ubsolanus a latere dextro vulturū habet a leuo eurū. auster a dextris euro austrum a sinistris austro affricum fabonius a parte dextera affricum a leua eborum: porro septentrio a dextris circum a sinistris aquilonem. **H**i xii. venti mundi. globū flatibus circumagunt quorum nomina propriis ex causis signata sūt sicut illi ostendunt qui de etimologus nominū ipsorum scripserunt. sed nos de his solummodo narrare disponimus quos celebriores in scripturis inuenimus. **V**entus autem aliquando in bonam partem. aliquando in cōtrariam ponitur. **I**n bonā ergo partem vent⁹ ponitur vt est illud. **Q**ui pducit ventos de thesauris suis. **V**bi nō in parte sentimus ap̄los exp̄ssos quorum p̄dicatio totum mundum tanquam vent⁹ celerrimus percucurrit sicut & illud quod alibi scriptum est. **A**scendit super cherubin & volauit super pennas ventorum. vbi exp̄mitur ascensio dñi sup celos celozq; virtutes vbi nō ad dexterā patris collocat⁹ cum patre regnat & spiritu sancto. **Q**uod autē dicitur volare sup pennas ventorum celeritatem nimiam decenter ostēdit quādo fama natiuitatis eius passionis & resurrectionis atq; ascensionis p totum mundum discurret. **Q**uid enim dici potest veloci⁹

quādo ipso incunabulis iacente magis eū claritas stelle nūciauit & mox vt natus. in alia mundi parte est cōspect⁹. **I**tem venti animas significāt. **V**nde scriptum est. qui fecit ventis pondus. **V**elocitate ac sublimitate ventorum solent anime designari. **P**ondus ergo accipiū t anime vt ab intēcione dei nō iam leui motu defiliat sed in eum fixi cōstancie grauitate cōsistant. vel certe ventis pōdus ē facere cōcessam hīc electis de virtutib; gl'am p̄mixta infirmitate temperare. **I**n cōtrariam vero partem ventus ponitur vt est illud in euāgelio. **D**escendit pluuia & venērūt flumina flauerunt venti & irruerūt in domum illam. **H**ic p pluuiam multimodas dyaboli temptaciones. p flumina aptas manifestas que p̄secuciones puentos malignos spūs intelligi volūt. **S**imiliter illud quod in iob legitur in cōtrariam partem intelligendum est. **T**ulit eum ventus vrens. **V**entus vrens malignus spiritus vocatur qui desiderioram flammam in cōde excitat vt ad eternitatem supliciorū trahat. **I**tem venti supbie spūs intelligūt velut in osee de hereticis dicitur ligauit eum spūs malis suis. **I**tem ibi. **O**mnes pastores tuos pascet vētus. & alibi qui nititur mēdaciis hīc pascitur ventis. **O**rientalis autem vent⁹ sub solanus vocatur quia sub solis ortu oritur. significat p̄dicacionem euāgelii que a sole vero p̄cessit & totum mundum luce fidei atq; sapientie illuminauit. **V**nde scriptum est. **O**rietur vobis timentibus nomē meum sol iusticie & sanitas in pennis eius. **A**uster ab hauriendo aquas vocatus. **V**nde & crassum aerē facit & nubilia nutrit hīc grece noth⁹ appellatur p̄pter quod interdum corrumpat aerē. **N**am pestilencia que ex corrupto aere nascit⁹ auster flans in reliquas regiones transmittit sed sicut auster pestilenciam gignit sic aq̄lo repellit. **S**ignificat auster aliquādo calorem fidei vt in psalmo sicut torrēs ī austro. aliquādo grāciam spūs sancti vt in cāntico canticorum dicitur. surge aquilo & veni auster p̄fla ortum meum. aliquando feruorem dilectionis vt in psalterio dicitur. **E**xcicauit austrum de celo & i duxit ī virtute sua affricū. **I**tē ī parte cōtrariam ponitur quādo ardorem cupiditatis significat qui peste viciorum corripit hominum mētes. & egritudinem peccatorum in humanum genus introducit. **O**ccidental autem ventus qui zephir⁹ greco nomine appellatur eo quod flores & germina ei⁹ flatu viuiscētur. **H**ic latine fabonius dicitur p̄pter quod foueat que nascuntur. **T**ūc autem hīc ventus in bonam partem posit⁹ reperitur cū mortis xpi & veri solis occubitam significat

unde omnium germina virtutum & bonorum operum immundo nascuntur. Tunc autem in contrariam partem ponitur cum melioris vite defectum significat. Unde in propheta peccatoribus dicitur. occidet vobis sol meridie. Aquilo dicitur eo quod aquas stringat & nubes dissipet gelidus est enim ventus & siccus. Significat autem vel dyabolum vel homines infideles ut iniquitatis abundantiam & defectum caritatis. Unde scriptum est in propheta. Ab aquilone exardescet mala super terram.

De aura & altano / ca. xxvii.

Aura ab aere dicta quasi aëria quod leuis sit motus aeris. Agitatus autem aer auram facit. Unde & lucretius dicit aërias auras. Altanus cui in pelago est per derivacionem in alto id est mari vocatur. nam alter est flatus in ripis quem diximus auram nam aura in terra est. Aura significat tranquillitatem bone mentis contemplantis deum. Unde belias stans in monte coram domino cum videret ventum gradem subvertentem montes ait. Non in spiritu dominus & post commocionem ignis dixit non igne dominus. & post ignem sibi aure tenuis. Quod cum vidisset belias opuit vultum suum pallio. & egressus stetit in ostio spelunce. Sed in spiritu commocionis & ignis non esse dominus dicitur. esse vero in sibilo aure tenuis non negatur. quia nimirum mens cum in contemplacionis sublimitate suspenditur quicquid profecte conspiciere preualet deus non est cum vero subtile aliquid conspicit hoc est quod de incomprehensibili substantia a eternitatis audit. Quasi enim sibilum tenuis aure percipimus cum saporem in circumscripte veritatis contemplacione subita degustamus. Tranquillitas autem pelagi quam altanum vocant pacem ecclesie significat in mundo: que aura spiritus sancti flante prospero cursu post tempestatem in mundo factam ad optatum eterne quietis portum studet secunda puenire sic in illa nauigatione domini cum discipulis in nauis cum nauicula opiretur fluctibus surgens dominus imperauit mentis & mari & facta est tranquillitas magna. Tropologice autem & nos singuli catholica fide instructi & signo domine crucis inbuti dum seculum relinquere disponimus nauem profecto cum ihesu conscendimus. mare transire conamur sed qui non dormitauit neque obdormiet israel custodiens semper nobis tamen sepe nauigantibus quasi inter equoris fremitum obdormit quoniam crebrescente inter medios virtutum nisi vel immundorum spiritum vel hominum prauorum vel ipso nostrarum cogitacionum impetu fidei splendor. obtenebrescit spei celsitudo contabescit amoris flamma refrigescit. Verum

inter huiusmodi precellas ad illum necesse est gubernatorem curramus illum sedulo excitemus qui non seruiat sed imperet veri. Mox tempestates contempset refundet tranquillitatem. portum salutis indulget.

De turbine / ca. xxviii.

Turbo est volubilitas ventorum & turbo dictus a terra quociens ventus conuulgit & terram in circuitum mittit Turbo persecucionum vel tribulacionum impetus significat ut in esaias factus est fortitudo pauperis. spes a turbine. Tempestatas autem per tempore dicitur. sic ubique historiographi loqui solent dum dicunt ea tempestate. aut ab statu celi quia magnitudine sui multis diebus oritur. Turbo enim aut flagellum domini in hominem missum designat aut prauorum hominum persecuciones. Nam in iob legitur. Respondens autem dominus iob de turbine dixit. Notandum video quia si sano atque incolomi loqueretur ex tranquillitate dominica locutio facta diceretur. sed quia fracto flau loquitur de turbine locutus fuisse describit. Aliter enim dominus seruis suis loquitur cum eos intrinsecus per conuulsionem prebet aliter cum per distinctionem ne extollantur premit. Per blandam locutionem domini amanda dulcedo eius ostenditur. perterribilem vero potestas eius metuenda monstratur. In illa persuadetur anime ut proficiat in ista repmuit que proficit. In illa discit quod appetat. in ista quod metuat. Per illam dicit gaude & letare filia sion quia ecce venio & habitabo in medio tui per istam dicit dominus in tempestate & in turbine vie eius. Blandus quippe est qui ut in medio inhabitat venit cum vero se per tempestatem & turbine insinuat nimirum que tangit corda perturbat atque ad edomadam elacionem se exerit quando potens & terribilis innotescit. Hinc in psalmo scriptum est. Persequeris eos in tempestate tua & in ira tua conturbabis eos. In tempestate dicit hoc est iudicii tempore. Item tempestatas examen iudicii significat ut in psalmo. In circuitu eius tempestatas valida. quod tempestatas merito comparatur. primum quia in prouisum est deinde quod subito fragore conturbat. & locum tollit consilio repentina periculi magnitudo. Tempestatas enim imbrium aeris est quedam concitata sedicio in qua vehementer terram dum aquarum nimietate vexamur. Sequitur. Et in ira tua conturbabis eos. Sepe iam dixi iram diuinitati non posse congruere sed ab hominibus tractum est qui quoniam sceleratos iudicant feruore animi commouentur. nec aliter ad damnandum hominem veniunt nisi de commissis eorum criminibus excitentur.

Persecucionem autem prauorum ille versus significat ex persona domini prolatus. Veni in altitudinem maris & tempestas demersit me. Ille qui super maria fixis gressibus ambulauit qui petro dexteram ne mergeretur extendit quem admodum se tempestate dicit esse demersum. Hic altitudo maris copiosa populi significatur insania. Item tempestas est sedicio concitata demeritium. Ipsa enim demersit d omnium saluatorem quando eum peruenire fecit ad crucem.

De procella / ca. xxviii.

Procelle enim aut de fluminibus aut de ventis fiunt. Nihil autem velocius ventis. Vnde & propter celeritatem tam ventos quam flumina alata fingunt potest ut alata vis austris. Procella enim significat tempestuosos persecutorum furores, qui ecclesiam christi partim minis partim flagris atque tormentis afficiunt. Sed aliquando ipsas persecutorum mentes dominus in melius conuertit ut per penitentiam a pristinis sceleribus se mundantes ad bonos actus conuertant. Nam in psalmo scriptum est. Ignis grandis nix glacies spiritus procellarum que faciunt verbum eius. Ignis grandis nix glacies per allegoriam sicut dictum est homines significat qui in hoc seculo ex turbulētis & pessimis ad deuotionis tranquillissima studia per venerunt. Qui faciunt verbum eius, nisi qui ex tempestuosis & impii ad confessionis ipsius gratiam venire meruerunt. Aliquando vero dum in prauis actibus perseuerant eterna eos pena cruciabit. Vnde scriptum est. Pluit super peccatores laqueos ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Ignis est quando eos flamma mea cura consumit: sulphur quia cogitationes eorum detestabili fetore sordescunt spiritus procellarum dum se tumultuosa mente confundunt pars calicis eorum id est mensura qua pollutis actibus ebriantur.

Explicit liber nonus. Incipit liber decimus

- De temporibus
- De momentis
- De horis
- De diebus
- De partibus diei
- De nocte
- De septem partibus noctis
- De tenebris
- De ebdomadibus
- De mensibus
- De vicissitudinibus temporum quatuor
- De anno
- De seculo
- De sex etatibus mundi
- De festiuitatibus
- De sabbato die
- De dominico die

Capitulum primum De temporibus

Tempora igitur a temperamento nomen accipiunt. siue quod unum quodque illorum spacium separatim temperatum sit seu quod momentis horis diebus, mensibus annis lustris seculisque & etatibus omnia mortalis vite curricula temperent. Constat ergo trimoda ratione computum temporis esse discretum. Aut enim natura aut consuetudine aut certe auctoritate decurrit. Et ipsa quidem auctoritate bifarie diuisa humana videlicet ut olimpiades quatuor annorum nundinas octo dierum indictiones xv. annorum ambitu celebrari. Diem quoque qui ex quatuor dractibus conficitur mense februario vel Augusto inter calari greci egyptii romani pro suo quoque captu iusserunt. Diuina autem ut septima die sabbatum agi septimo anno a rurali opere vacari quinquagesimum iubileum vocari dominus in lege precepit. Porro natura duce repertum est solis annum trecentis sexaginta quatuor diebus & quadrante confici lune vero annum si communis sit trecentis quinquaginta quatuor si embolismis ccc. lxxxiiii. diebus terminari totumque lune cursu decennouali circulo comprehendi. Sed et errantia sidera suis que spacis zodaico circū ferri que natura non iuxta ethicorum demeritiam dea creatrix vna de pluribus sed ab vno vero deo creata est. quando sideribus celo inditis precepit ut sint in signa & tempora & dies & annos. Tempus autem quod grece cbronos dicitur ab initio mundi usque ad finem seculi decurrit. ita ut momentis horis diebus mensibus annis, lustris, seculis etatibus, ut supra diximus diuidatur. Significat autem oportunam distributionem diuine

voluntatis. Vnde est illud. Oculi omnium in te sperant domine & tu das escam illis in tempore oportuno. nec non & illud. tempus faciendi domine dissipauerunt iniqui legem tuam. Spreuit ergo populus deuotus temporibus antiochi a plebe iudaica legem domini cultum demonium polluendam. velut ad medicum clamat egrotus tempus esse subueniendi ne morbis in grauantibus. salus populi potuisset adsumi. tempus est faciendi non differendi quod expedit. Iusserat enim per legem & prophetas ut verus dominus quatinus eum homo reuerentissima deuotione coleret sed quomodo hoc in suam perniciem contempsit obstinatio iudeorum. clamat populus fidelis tempus faciendi id est ut mundo salutaris appareas. peccata dissolvas mortem vincas ipsaque diabolum cum sua cohorte persternas. Hoc est enim domini facere predictis temporibus aduenire. Vnde & per prophetam dictum est. Tempore accepto exaudiui te & in die salutis adiuui te. Et apostolus Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. Omnia enim que dominus facit apostolus sima dispositione complentur. ut ante fieri non debeant nisi quando ille miserator indulserit. Hinc est quod nobis semper expedit habere patientiam expectare que iussa sunt rogare que prestantur. tempus autem faciendi nouit ille qui rector est.

De momentis .Ca. ii.

Momentum est minimum atque angustissimum tempus a motu siderum dictum. Est enim extremitas hore in breuius inter vallibus cum aliquid sibi cedit atque succedit. Momentum ergo significat breuissimum temporis decursum ut est illud apostoli omnes quidem resurgemus sed non omnes in mutabimur in momento in ictu oculi. Per ictum oculi nimiam breuitatem vult significare momenti. ut quanta sit dei potentia ex resurrectionis celeritate cognoscas. De quo alia edictio habet in athomo & in ictu oculi. Minimum autem omnium & quod nulla ratione diuidi queat tempus athomum grece hoc est indiuisibile siue insecabile nominant quod ob sui pusillitatem tam gratum matricis quam calculatoribus visibile est quibus eum versus per verba verbum per pedes. pedes per sillabas sillabas per tempora diuidant & longe quidem duo tempora vnum breui tribuant. ultra quod diuidant non habentibus hanc athomum nuncupari complacuit.

De horis .Ca. iii.

Hora grecum nomen est & tamen latinum sonat. Hora enim finis est temporis sicut & hora sunt fines maris fluviorum vestimetorum. Hora duodecima pars diei est

scilicet particularis hoc est a solis ortu usque ad occasum. non naturalis qui constat a solis ortu usque ad alium solis ortum & viginti quatuor horis completur. Siquidem duodecim hore diei complent domino attestante qui ait. Nonne duodecim hore sunt diei si quis ambulauerit in die non offendat. Vbi quamuis allegorice se diei discipulos vero qui a se illustrandi fuerant horas appellauerit. solito tamen humane computationis ordine numerum definiuit horarum. Sciendum quod hora aliquando per tempore. per etate seculi ponitur. Nam per tempore posita est hora. in illa pauli sententia que dicit. Hora est iam nos de somno surgere. Quod ad illud spectat ubi dictum est. Ecce nunc tempus acceptum ecce nunc dies salutis. Tempus enim euangelii in hoc significatur quod ad meritum perficere debeamus hoc est de somno surgere operari bonum quasi in die hoc est presentia & dari operam ut pure viuentes ad premissum premium veniamus ex cuncto somno ignorantie siue negligencie. Hora ergo per etate seculi posita est in epistola iohannis ubi ait filioli nouissima hora est. Nouissimam horam nouissimum seculi tempus quod nunc agitur dicit iuxta illam parabolam domini ubi operarios in vineam conductos narrat. Prima hora est usque ad tempora noe. a temporibus noe hora tertia. a temporibus abraham hora sexta. a data lege hora nona a christo in fine seculi hora vndecima. in qua anticristus futurus est prophetatur. Item hora prima infancia siue puericia. hora tertia adulescentia. hora sexta iuuentus. hora nona senectus hora vndecima extrema senium vnde & supra exemplum datum est.

De diebus .Ca. iiii.

Dies est aer sole illustratus nomen inde sumens quod tenebras diluat ac diuidat. Nam cum in primordio creaturarum tenebre essent super faciem abyssi. Dixit deus. fiat lux. & facta est lux. Et vocauit deus lucem diem que definitio bifarie diuidit hoc est vulgariter & proprie. Vulgus enim omnem diem solis presentiam supra terras appellat. proprie autem dies viginti quatuor horis id est circuitu solis totum orbem lustrantis impletur. qui secum semper & ubique lumen diurnum circumferens non minore aeris spacio noctu subterras quam super terras interdum creditur exaltari. Ante vero solis creationem primitiue lucis circuitu quod nunc per solem fit agebatur. primo quidem secundoque die aquis abyssi que omnem terram texerat. tertia vero aera vacuum sua circumvagacione lustrantis. Quatum ergo nobis vestigia patrum sequentibus coniceret datur cum diceret deus fiat lux. mox

tenebre que abyssum texerant abierunt: & lux ab oriente medias inter undas emergens cunctam terre superficiem operuit latitudi-
ne sui fulgoris boreales simul australesq; n^o & occidentas oras attingens. paulatimq; se cōpleto diei vnus spacio subducens inferio-
ra terre gyrando subiit atq; aurora pcedēte diem secundum terciūq; simili ordine com-
pleuit: hoc tantum a solari luce differens qd caloris fotu carebat & qd sidera nō dū erant
priscis ad huc tenebris noctes illas relinque-
bat obscuras. **Dies** autem iuxta allegoriam
plures significacōes habet. Aliquādo signi-
ficat dominū saluatore. Aliquādo sanctos e-
ius: Aliquādo scientiam sanctarū scripturarū
aliquādo caritatem. aliquādo virtutū fulgo-
rem. aliquādo prosperitatē tēporalem: aliquā
diem iudicii. aliquādo eternā beatitudinem
Dies autem dominū significat in illa senten-
tia euangelii. qui ambulat in die nō offendit
quia quisquis doctrinā sequit saluatoris pec-
catorū offendicula nō timebit. **Item** dies do-
minū ihesū cristū significat vt ē illud psalmi
Hec est dies quā fecit dominus. **Item** dies a-
postolos & sanctos dei significat ī illo psalmi
ste versu intelligit: dies diei eructuat verbū
id ē dñs apostolis diuina claritate irradians
verba celestis luminis intinabat. sicut econ-
trario in illo quod sequitur nox nocti indicat
scientiā iudas iudeis xpm pdidisse cognosci-
tur. **Item** diem scientiā sanctarū scripturarū
in b^o intelligi possum⁹ quia ibi lumē iustitię
& vere sapientię bene intelligentibus: lucet
Vnde apostolus admonet vt intenti sim⁹ ad
meditādā legem dei donec dies illucescat
& lucifer in cordib⁹ nostris oriāt. **Q** autē
lux diurna caritatem significet ostēdit iohā-
nes in eplā sua dicens. Qui diligit fratrem suū
in lumine manet. **Item** & dies euāgelium de-
mōstrat. vt ē illud in cantico canticoz don-
aspirez dies & amouant vmbre. **Item** dies vi-
ta presens vt est illud euāgelii. Me oportet
operari opera eius qui misit me donec dies ē
Rursū dies futura vita iustus vt in ysaiā. Nō
est tibi amplius sol ad lucendū p diem. **Dies**
& nox iusti & peccatores. iusticia & iniqui-
tas in aplo. Non sum⁹ noctis neq; tenebrarū
Omnes enim vos filii lucis estis & filii diei
Dies & nox prosperitas est & aduersitas vt ī
psalmo. In die mandauit dñs misericordiam
suam & nocte declarauit. **Item** ibi. De⁹ me⁹
clamabo p diem nec exaudies. & nocte & nō
ad insipientiā mibi. Nam virtutū fulgorē &
bonestatem cōuersacōis bone dies significat
in illa pauli sententia vbi ait. Abiciam⁹ ergo
opa tenebrarū & induamur arma lucis sic vt

in die honeste ambulem⁹. quia si ignorantias
nostras scientie ratio fugat & indignos act⁹
declinantes pia queq; & honesta sectemur in
luce sumus positi & quasi in die honeste am-
bulamus. In eo ergo quod scriptū est in die
mandauit dñs misericordiā suam & nocte de-
clarauit diem ocium debem⁹ accipere ī quo dñi
precepta discunt. Nam lex eius in spacio trā-
quillitatis ebibitur. **T**ūc enim vacat discere
quando nō est quod debeat impedire. **S**equi-
tur. **E**t nocte declarauit illud vtiq; quod di-
citur in quiete in tribulatione declarāt pri⁹
enim ocioso tempore legis verba discunt. sed
eorum fructus in afflictione mōstratur. **Q**
autem diei vocabulum temp⁹ iudicii signifi-
cet ostendit illa sententia euāgelii qua dicit
Dies dñi sicut fur in nocte ita veniet. & ill⁹
apli dies inquit dñi declarabit **D**iem autem
p eternitate positū ostendit ppheta ad do-
minū dicens. quia melior est dies vna in atri-
is tuis sup milia. ipsa sūt atria dñi in quibus
superius cōcupisse se & defecisse testatus ē
In quibus vna dies iuste desiderat. quia semp-
eterna que solis aduentu nō oritur. nec eius
finit occu. quā nō sequit crastina. n^o prece-
dit besterna. sed immutabilis manēs. cōstat
vnitate ppetua. **S**up milia mundū istū signi-
ficat vbi milia dierū sustinent finem. **Dies**
vnus mille anni vt in psalmo. **Q**uomō mille ā-
ni āte oculos tuos tāquā dies vna. **Dies** duo
vetus & nouū testamētū quibusdam figu-
rā vident vt in psalmo. **B**ene nunciare de die
in diem salutare eius. **Dies** cognicō trinita-
tis vt in exodo. **I**bimus viam triū dierū & sa-
crificemus dño deo nostro. **I**tē dies tres pas-
sionis sepultuē & rēurrectiōis saluatoris tipū
cōtinent vt in osee. **V**iuificabit nos dñs post
duos dies die tercio suscitab⁹ nos & uiuem⁹
Dies sext⁹ presens mund⁹ qui ī his sex die-
bus factus perhibet. **V**nde dies sex sex milia
annorum figurā habere dicūt sicut est illud
ī aplo. **Q**uō dies vn⁹ apud doñm sic mille an-
ni & mille anni sicut dies vna. **S**eptimus ve-
ro dies qui in requiem dei sanctificatus scri-
bitur rēquiem significat omniū sanctorū p⁹
excursū vite presentis. **Dies** septem omne tē-
pus & op⁹ vite presentis quod in his septem
diebus voluit cōtinent sacramētū in quib⁹ p-
cipit pascha celebrari id ē de peiorib⁹ ad me-
liora p emendationem vite transire & ferme-
tum quod est corrupcō peccati nō comedere
sed in azimis sinceritatis & veritatis ambula-
re. **Dies** octaua resurrectionis dominice ob-
tinet sacramentum. **I**tem dies octaua futurā
omniū resurrectionē & diem iudicii cuius
misterio sexta psalmi titulatio psignat hoc ē

pro octava. Hodie eternitas diuinitatis intel-
ligit nec inicio cepta nec fine claudenda. Vñ
in psalmo pater ad filiū loquitur dicens. filius
meus es tu ego hodie genui te. Apud dñm
enī nec heri n̄ cras sed semp̄ ē hodie. Hodie
omne presens tempus significat vt in psalmo
Hodie si vocem eius audieritis velut si dicat̄
quocūq; in tēpore. Cras futurū tempus vt
in euāgelio. Nolite cogitaē de crastino quid
manducetis aut quid bibatis. Item ibi si enī
fenū id est peccatores quod hodie ī agro est
& cras in clibanū hoc est in cōbustionem p-
petuam mittit̄ deus sic uestit̄ & alibi. ne for-
te dicant filii vestri filii nostris cras non est
vob̄ pars in isrl̄.

De partibus diei

D Artes diei tres sūt mane meridies
sup̄ma. Mane lux matura & plena
nec iam crepusculum. & dictū ma-
ne a manu. Manu enim antiqui bonū dixerūt
Quid enim melius luce. Mane autem signifi-
cat tempus regenerationis in baptisate quo
incipit homo esse filius lucis. vel lumen bono-
rum actū vel temp⁹ resurrectionis. Vnde
est illud. Quoniam ad te orabo dñe mane &
exaudies vocem meam. Ecclesia enim que se
cognoicit habuisse tenebras peccatorum. &
de nocte mundi istius cōgregata tūc se meri-
to exaudiri credit cū in lucem vere resurrec-
tionis erumpit. Temp⁹ autem resurrectionis
significat vt est illud quod sequit̄. Mane asta-
bo tibi & videbo quō nō volens deus iniqui-
tatem tu es. In die iudicii qñdo r̄surgūt om-
nes homines a sopore mortis tūc apparebit e-
quitas. iudicii dei qñdo vnicuiq; reddit se-
cundū opera sua. Meridies dicta qñ medidi-
es hoc est medius dies. vel quia tunc purior
dies est. Merū enim purum dicit̄. Significat
autem planam doctrinam cū claritate bono-
rum actū vt est illud in cantico cāricoꝝ vbi
sponsa dicit ad sp̄sū. indica mihi vbi pascas
vbi cubes in meridie. Et alibi meridies in cō-
trariam partem ponit vt est illud in psalmo
Ruina & demonio meridiano. Demonium
meridianū est immane piculum feruore per-
secutionis accensū. vbi ruina plerūq; metui-
tur quando infirmitas humana sup̄at. Item
a demonio meridiano accipit̄ p̄ manifesto nō
occulto. Suprema est postrema pars diei qñ
sol cursum suū in oēcasum vertit dicta qñ sup̄
est ad partem vltimam diei qñ declinat ad
vesperum. vespera ergo vlt̄ finem vite huma-
ne vel seculi terminū vel penitentiā futuram
significat. Namq; vespera significet occubi-
tum mortis xp̄i illud psalmiste declarat ad
vesperū demorabit̄ fletus & ad matutinū le-

ticia. Fletus demorat⁹ est vespere qñ xp̄us
dñs noster pemptus est tunc enim vere de-
moratus est fletus dum p̄ triduū fidelū tur-
ba congemuit & mundi p̄ ipsius occubitū na-
tura cōcussa est. in matutino quoq; orta ē le-
ticia quādo tempoē matutino resurrectio do-
mini euāgelio testante vulgata est. & disci-
puli presētia dñi sui immortalitatē cernere
meruerūt. Vespere ergo finem mūdi signifi-
cat quādo iam tempus operandi finitum est
Vnde dicit̄. Venit nox quando iā nemini licet
opari. Penitentiā aut futurā significat vbi
peccatores ī tenebras exteriores p̄iciēdi de-
scribunt̄. Hec tria tempora in vno versu psal-
mista cōprehendit dicens. Vespere mane &
meridie n̄rabo & annūciabo & exaudiet vo-
cem meam. Hec verba magna nob̄ sacramen-
ta denūciant. Vespere significat temp⁹ tra-
dicōis quādo eum iudas cohortib⁹ noscēt̄ p̄
didisse se querētibus. mane cum ad ponciū
pilatum p̄duct⁹ est audiend⁹. meridie quia
hora sexta vt euangelista dicit̄ in cruce suspē-
sus est. Narrabo p̄tinet ad vesperam quia tē-
omnia locuta esse constat que iudas nequissi-
m⁹ facere disponebat adnūciabo ad mane re-
spondit quādo dicēte pilato tu es rex iudeoꝝ
adnūciauit in hoc natus sū & cetera que ibi
dicuntur a dño iunxit etiam & exaudiet vo-
cem meam. Ad meridiem pertinet quādo in
cruce dixit cōsummatū est & emisit spiritum.
Item vespere passionē significat mane resur-
rectionē. meridies ascensionē ei⁹ in celū.

De nocte

Nox dicta qñ noceat aspectibus vel
negociis humanis. siue qñ in ea fu-
res latronesq; nocēdi aliis occasio-
nem nanciscant̄. Est autē nox solis absentia
terraꝝ vmbra cōdita donec ab occasu redeat
ad exortum. iuxta qñ naturam eius & poeta
describēs innuit̄ iquit oceano nox involuet̄
vmbra magna terramq; polumq;. Et salomō
sacris lris expressit. Qui pascitur inter lilia
donec aspirz dies & inclinētur vmbre. elegā-
ti vtiq; sensū decessionem noctis. inclinatio-
nem appellans vmbraꝝ. Nam quō p̄ cōditio-
nibus plagarum quibus solis cursus intēdi-
tur & splendorem ei⁹ a nob̄ obiectio terrene
molis excludit inumbracō illa que noctis na-
tura est ita erigit̄ vt ad sidera vsq; videatur
extendi. Merito cōtraria vicissitudine id est
lucis exortu vmbra inclinari noctem videli-
cet dep̄mi pellicq; signauit. Quā videlicz v̄m-
bram noctis ad aeris vsq; & etheris cōfinium
philosophi dicunt exaltari & acuminatis in-
far pyramidū tenebris. lunā que infima pla-
netaz̄ currit. aliqñdo cōtingi atq; obscurari

Nullumq; aliud sidus taliter eclipsin hoc e de
 sectum sui luminis pati eoq; circa fines tel-
 luris sol splendor utiq; diffusus ea libere que
 telluri pcul absut aspiciat. idq; etheris que
 ultra luna sut spacia. diurne lucis plena sem-
 per efficiat. vel suo videlicet vel siderum ra-
 diata fulgore. Est autem noctis umbra mor-
 talibus ad requiem corporis data ne opis au-
 da cotinuato labore deficeret ac paret huma-
 nitas. & vt animantibus quibusdam que lu-
 cem solis ferre nequeunt ipsis etiam bestiis
 que pntiam verent humanam discurrédig;
 vbi ac victum queritandi copia suppetet iux-
 ta qd in dei laudibus psalmista decantat sol
 cognouit occasu suum. posuisti tenebras &
 facta est nox i ipsa ptransibut omnes bestie
 siluarum & cetera. Sicut eni dies lucem fi-
 dei & iusticie equitatem & pspera atq; feli-
 cia in scripturis mystice significat. ita & nox
 iniusticiam & infidelitate atq; aduersa que
 q; designat. Nam nox ifidelitatem significat
 in illo apostoli testimonio quo ait. Non sum⁹
 noctis filii neq; tenebrarū. Iniquitas autem
 in noctis significacōne exprimitur in illa sentē-
 cia beati iob pereat dies in qua natus sū &
 nox in qua dictum est cōceptus est homo. vñ
 psalmista in iniquitatib; cōceptum se esse &
 in deliciis natum testatur. Perire ergo optat
 beatus iob spem ab apostata angelo illatam
 qui diem simulans & pmissione diuinitatis
 emicuit sed noctem se exhibens lucem nobis
 nostre immortalitatis obscurauit. Pereat an-
 tiquus hostis qui lucem pmissionis ostendit
 sed peccati tenebras cotulit qui quasi diem
 subblādiendo innotuit. sed vsq; ad tenebro-
 sam noctem ex impssa cōdis cicitate pdux^t
 Aduersa ergo in noctis nomine exprimuntur
 vbi psalmista se in nocte clamare testat hoc e
 in tribulacōne nec tamē exauditū esse. Item
 psalmista dicit. In die tribulacōnis mee dñm
 exquisiui manib; meis nocte corameo & nō
 sū deceptus. In noctis nomie mudi istius sig-
 nificat vitam que quāuis lucem habere vide-
 atur. peccatorum tamen obscuritate fuscata
 est. Item p noctem significauit inferni clau-
 strum cū dicit. forsitan tenebre cōculcabunt
 me. & nox illuminatio mea in deliciis meis.
 Quomodo ergo poterat a tenebris cōculcari
 cui erat nox illuminatio in deliciis suis. osten-
 dit eni tūc inferni claustrum reuera illumi-
 natū quādo potestatem diaboli contriuit. &
 hominem sua miseracōne liberauit. Nox vita
 presens vt in psalmo. In noctib; extollite ma-
 nus vras i sancta. Item ibi nocte coram eo &
 nō sū decept⁹. Nox futurū sc̄m de peccato-
 ribus significat vt in euangelio. Veniet nox

q̄ndo nemo potest operari. Nox est vita pec-
 catorum vt in ap̄lo. Qui dormunt nocte dor-
 miunt & qui ebrii sūt nocte ebrii. Nox ceci-
 tas cordis vel vana securitas est sicut i iob p
 impio dicitur. Nocte oppmet eū tempestas
 & in euangelio stulte hac nocte repetūt ani-
 mam tuam a te que autē parasti cuius erunt
 Nox futura tribulacō vt in euangelio. In illa
 nocte duo erunt i agro vnus assumet & vn⁹
 relinquetur. Nox tribulacō vite presentis in
 tempore. vt i euāgelio. Quis vestrū habeb^t
 amicum. & ibit ad illum media nocte & di-
 cet illi. Amice commoda mihi tres panes h^o
 est scientiam trinitatis. Media nox occultū
 dñi iudicium significat vt i euāgelio Media
 nocte clamor factus est ecce sponsus venit.
 Media nox mors eximpulso adueniēs sicut
 in iob de re pbis. Et in media nocte auferēt
 Prima vigilia p̄ma hominū etas id est infan-
 tia siue puericia. sc̄da vigilia adolescentia &
 iuuentus. tertia vigilia senectus. vt i euāge-
 lio. & si intercia vigilia venerit & ita eos in
 venerit beati sūt serui illi.

De septem partib; noctis

Noctis autem partes septem sūt cre-
 pusculum. cōticinū. intempestum
 gallicinium. matutinū. diluculum
 Crepusculum est dubia lux. Nam creperum
 dubium dicimus hoc est inter lucem & tene-
 bras. Vesperum a stella occidētali vocatum
 que solem occiduū sequit & tenebras sequen-
 tes preced^t. De qua virgili⁹ Ante diē clau-
 so cōponit vesper olimpo. Cōticinū ē quā-
 do omnes silent. Cōticiscere eni silere ē. In-
 tempestum est medium & inactuosū noctis
 temp⁹ quādo agi nihil potest & omnia sopo-
 re queta sūt. Nam tempus per se nō intelli-
 gitur nisi p actus humanos. Medium autem
 noctis actu caret ergo tempestas inactiosa
 quasi sine tempore hoc est sine actu p quē di-
 noscitur tempus. Vnde est intempestiue ve-
 nisti ergo intempesta dicitur qa caret tem-
 pore id est actu Gallicinium ppter gallos lu-
 cis f̄nuncios dictum Matutinum est vt i ab-
 scellum tenebrarum & aurore aduentum &
 dictum matutinum qd hoc tempore inchoā-
 te mane sit. Diluculum quasi iam incipiēs par-
 ua diei lux hec & aurora que solem precedit
 Est autem aurora diei clarescētis exordium
 & p̄mus splendor aeris qui grece eos dicitur
 quam nos p diriuacōnem auroram vocamus
 quasi eorum. Vnde est illud. Et letus eo⁹
 curr⁹ equ⁹ eoasq; acies. Vespera ergo & ini-
 cium noctis significat vel incium tribulacō-
 nis que post psperitatem seculi sequitur vel
 exordium auerbiōis iniquorum qui aduersi a

luce vera mandatorum dei incidunt in tenebras peccatorum. Quando enim quae a veritate & iusticia recedit & in tenebras errorum atque peccatorum corrumpit merito vesperis nomine vocatur quia anticristi qui vesper in scripturis appellatur confors efficitur. Intempestum autem hoc est medium noctis vel profunditatem peccatorum significat vel recessum a mundanis & ad laudandum domini bonorum hominum studium. Unde propheta ait in psalmo. Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iusticie tue. Non vacat quod dicitur media nocte surgebam. Scit enim hoc tempore primo genita egyptiorum fuisse percussa: scit etiam ea tempestate petri pauli & silee in carcere positorum vincula resoluta: scit quoque sponsum media nocte esse venturum: ideoque eodem tempore surgit ad laudes ne inter fatuas virgines ianua clausa remaneat. Nec vacat quod dicitur surgebam quia semper surgit cum ad dominum in conia festinatur. Ad confitendum hic significat ad laudandum quia sequitur. super iudicia iusticie tue. Nam si penitentie confessionem voluisset intelligi super misericordiam tuam diceret. non super iudicia iusticie tue. Gallicinium autem conversionem peccatorum significat. Unde eodem tempore petrus qui dominum negando in tenebris oblivionis erravit & spate iam lucis rememoracione correxit & eiusdem vere lucis adepti presentia plene totum quicquid mutauerat erexit. Hunc opinor gallum aliquem doctorum intelligendum qui vos iacentes excitans & somnolentes increpat dicens. **E**uigilate iusti & nolite peccare. Matutinum ergo siue diluculum resurrectionis dominice tempus significat vel hominis a peccatis ad iusticie plenam conversionem. Unde psalmista ad dominum ait. **A**d te de luce vigilo: & in matutinis meditabor in te quia factus es adiutor meus. **A**d ipsum vigiletur quotiens in mundi ambitione dormitur. Nam illa sic consequimur si ista deserere festinemus. Bene autem adiecit in matutinis meditabor in te & alibi exurgam diluculo: quando tempore dominice resurrectionis eluxit & tunc eius laudes cernit quando genus humanum exemplo sue resurrectionis animavit. Matutinum iudicii dies siue resurrectio mortuorum ut in psalmo. **I**n matutinis interficiebam omnes peccatores terre. **A**urora est ecclesia eoque post tenebras peccatorum luce fidei illustrata sit ut in iob. **E**t ostendisti aurore locum suum.

De tenebris

Tenebras autem dicitur quod teneant umbras. Tenebre autem significant aliquando profunditatem scriptura-

rum diuinarum. aliquando ignorantiam. aliquando infidelitatem peccatorum & aliquando peccata gebenne. profunditatem ergo scripturarum illud significat propheticum testimonium quo ait. **P**osuit tenebras latibulum suum. & alibi. tenebre non obscurabunt abs te. & nox sicut dies illuminabitur sicut tenebre eius ita & lumen eius. **T**enebras enim dicit mystica queque & profunde scripturarum diuinarum iuxta illud quod legitur in prophetis. **I**ntelligit quoque parabolam & tenebrorum sermonem. **S**ic & in alio psalmo legitur. **T**enebrosa aqua in nubibus aeris ergo iste tenebre non obscurabunt sed potius illuminant a domino quonia predicatio prophetarum ipso veniente completa est. **I**gnorantiam autem significat tenebre in illa apostolica sententia qua dicit de peccatoribus. **T**enebris obscuratum habentes cor. **I**nfidelitatem autem iniquorum illa euangelica sententia de notat ubi dicit. **L**ux in tenebris lucet & tenebre eam non comprehenderunt. **L**ux quippe est homo in christo qui omnia qui illuminari merentur corda hominum sue presentia cognicionis illustrat. tenebre autem stulti sunt & iniqui quorum ceca precordia lux & erue sapientie qualia sint manifeste cognoscit quamuis ipsi radios eiusdem lucis nequaquam capere per intelligentiam possint veluti si quislibet cecus iurare sol obtundatur nec tamen ipse solem cuius lumine profundum aspiciat. **T**enebre. diabolus vel demones ut in propheta. **I**nimicos eius id est dominum persecutor tenebre. **P**ena autem gebenne in tenebris significatur in illa euangelii sententia ubi de peccatore ita legitur. ligatis manibus & pedibus eius mitte eum in tenebras exteriores ubi erit fletus & stridor dencium. **Q**uicunque ergo in presenti vita infidelitatis & peccatorum interioribus tenebris obscuratur. necesse est si ei condigna penitentia non subuenerit ut in exteriores tenebras post exitum presentis vite mittatur ubi est pena mortis & sempiternus horror inhabitat. **U**mbra ergo aliquando in bono aliquando in malo ponitur. **T**unc vero in bono quando custodiam dei & protectionem spiritus sancti significat ut est illud in psalmo. **S**ub umbra alarum tuarum spero donec transeat iniquitas. **E**t alibi custodi me domine ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege me. **A**ptissime itaque petit custodiri se ut pupillam oculi quando & per ipsam res iustiales discernimus & in nostro corpore nihil presentium inuenit. **S**equitur. **S**ub umbra alarum tuarum protege me. **H**ic aliud introducitur scena quod grece parabola latine comparacio dicitur quando sibi genus dissimile in aliqua comonitione sociatur. **P**aternis enim protectionibus ale sunt comparae. **M**iscdia quippe

& caritas quasi ale sūt patris quibus se pre-
gi congruenter exoptulat. Et in euāgelio.
Et ecce nubs lucida obumbravit eos. Et ali-
bi. Sub umbra eius viuem⁹ in gētib⁹. Umbra
testamētum vetus vt in salomone. Donec al-
piret dies & amoueat⁹ umbre. Umbra vita
hominis. vt in iob fugit velut umbra. Um-
bra mors carnis. vt in psalmo. Operuit nos
umbra mortis. Tunc autem in malo umbra
ponitur quādo vel corporis mortem signifi-
cat vel penam gebenne vt est illud. Siambu-
lauero ī medio umbre mortis nō timebo ma-
la quoniam tu mecū es. Et alibi posueit me
in lacu inferiori in tenebris & in umbra mō-
tis peccatorum indicat locum quia mors de-
liquentium umbrosas ac tenebrosas patitur
manes dum eis gaudiū nō relucet qui perpe-
tua tristitie sue obscuritate demersi sūt & ī
deo p locorum qualitate verbum hoc multi-
faria significacōne variatur. Caligo umbra
est despissitudie aeris effecta & dicta caligo
quā maxime aeris calore gignat⁹ luxta allego-
riam vero significat caligo diuinorum secre-
torum operimentū. Vnde legitur in exodo.
Stetit popul⁹ de longe moyses autem acces-
sit ad caliginem ī qua erat deus. Turba quip-
pe populi allegoriaz caliginem nō valet pe-
netrare: quia valde paucorum est spiritale
intellectum rimari. Quia enim mentes carna-
lium sola sepe historia pascunt loquente deo
stetit ppls de longe. quia vero spiritales qui
p allegoriaz nubem penetrāt & spiritualiter
dei verba cognoscunt moyses accessit ad cali-
ginem in qua erat deus. Hinc & ī psalmo di-
citur. Caligo sub pedibus eius quia nō ea cla-
ritate deus ab inferioribus cernit⁹ qua ī supe-
rioribus dominat⁹. Que sententia & aliter in-
telligi potest caligo vero hic diabolus ē qui
hominum mētes innubilat dū veritatis sp̄e
dorem nō facit videre quas possidet. Subpe-
dibus eius quia sine dubio maiestate dñi sal-
uatoris cōculcatur demonium execranda ne-
quicia sicut ī nonagesimo psalmo dictum est
Super aspidem & basiliscum ambulā & cō-
culcabis leonem & draconem. Item caligo si-
gnificat cecitatem cordis psecutorum. Hic
domin⁹ ad iob ait. Quis clausit ostius maē quā
erumpebat quasi de vulua pcedens cum po-
nerem nubem vestimentum eius & caligine il-
lud quasi pannis infantie obuoluerem. mare
seuiens nube induitur quia crudelitas p se-
quentium stulticie sue velamento vestiē. &
p sp̄icuum veritatis lucem videre nō sufficit
& id quā agit p crudelitatem p cecitatem nō
agnoscit. Quia ego psecutores ecclesie īsta-
bilitate cordis inquiete atq; hinc sepo dediti

nō grandia s̄ puerilia sapiūt supno iudicō cō-
stringuntur ne tantum psequi valeāt quātū
voluūt. Item umbra & caligo aliquādo pecca-
ta significat vnde dicitur sedētes intenebris
& in umbra mortis. aliquādo delectationem
peccatorum vt est illud in iob de diabolo dic-
tum sub umbra ī secreto calami & iūci & lo-
cis virentibus. Et quia umbra nō lōge ē ab
aere cuius est umbra. ita & mors non longe
est a pena. Hinc & in iob dicitur. Vbi umbra
mortis & nullus est ordo & sempitern⁹ hor-
ror inhabitat.

De ebdomadibus

Ebdomada grece a septenario nume-
ro nomen accepit. humana quidē
cōsuetudine septenis solū acta die-
bus sed scripture sacre auctoritate mltis spe-
ciebus insignis que tamē cūcte nō fallor ad
vnū finem spectant nos scz ammonentes p
operū bonoz pfectionē ī spūs sancti gratia p
petuā sperare quietem. Prima ergo singula-
ris illa ebdomada & a qua cetera formā ca-
pessunt diuina est operacōne sublimis. quia
cñs sex diebus mundi ornatum cōplēs septi-
ma requieuit ab operibus suis vbi notandum
quā nō ideo senarius numerus est pfectus quā
dñs in eo mūdi opa pfecterit sed sicut Augu-
stinus ait ideo dñs qui omnia simul creare va-
lebat in eo dignat⁹ ē opari quia numer⁹ ē ille
pfectus vt etiam p hūc opa sua pbaret esse
pfecta qui suis partibus p̄mus impletur id
ē sexta & tertia & dimidia que sūt vnū duo
& tria & simul sex fiūt. Ad huius exemplū
diuine ebdomadis s̄ dā hominibus obseruan-
da mandatur dicente dño sex diebus opaberis
& facies omnia opa tua. septimo autē die sab-
bati dñi dei tui nō facies omne op⁹. Sex enī
diebus fecit dñs celū & terram mare & om-
nia que in eis sūt. & requieuit in septimo quā
a pp̄lo ebdōda dei ita cōputabatur āt̄quit⁹
Prima sabbati vel vna sabbati siue sabbatoz
sc̄da sabbati. tertia sabbat. q̄rtai sabbat. quī-
ta sabbati. sexta sabbati septima sabbati. vel
sabaturn nō c̄d omnes sabbatoz hoc ē requi-
etionum die que suo nom̄e & cultu singula-
ris excellebat p̄ma vel sc̄da vel tertia v̄ cete-
re suo queq; censerent ex ordine. Tercia spe-
cies ebdomadis ī celebracōne pentecostes a-
gitur septem vide licet septimanus dierū &
monade hoc est quinquaginta diebus imple-
ta. qua die & moyses ardentem cōscendens ī
mōtem. legē de celo accepit & xp̄us in ling-
uis igneis spūs sancti grām de celo misit. q̄r-
ta septimi mensis erat ebdomada qui solem-
nitatibus p̄claris pene totus expendebat̄ int̄
quas p̄cipue dies p̄p̄iacōnis eminebat quā sola

per annum pontifex derelicto foris populo sancta sanctorum intrabat annuis antea fructibus hoc est frumenti vini & olei ex ordine collectis. significam⁹ ihesū pontificem magnū impleta dispensacōne carnis p̄ ppriū sanguinē celestis regni ianuas ingressum vt appareat nunc vultui dei p̄ nobis qui foris ad huc positi prestulamur & diligimus aduētū eius vbi notandum quia sicut quidam in mūdi p̄ legem p̄ma tertia & septima die videbatur lustrari sic & p̄m⁹ tertiū ac septim⁹ mēsis suis quicq; cerimonis extitere solemnes.

Quinta ebdomada septimi anni quo toto populus ab agricolandi ope legis imperio vacabat dicente domino sex annis seres agrū tuum septimo cessabis. **Sexta** anni iubei hoc est remissionis ebdomada est que septem ebdomadibus annorum hoc est xlviii ānis textur. qua expleta hoc est quinquagesimo demum anno incipiente. tube clarius resonabant & ad oēs iuxta legem possessio reuertebatur antiqua. **Septima** species ebdomadis est qua p̄pheta daniel vtitur more quidem legis septenis annis singulas cōplectēs ebdomadas sed noua racōne ipsos annos abbrevians duodenis videlicet mēsis lune singulos determinās embolismos vero menses qui de ānis vndecim epactarum diebus accrescere solent in lege patria t̄cio vel altero āno singulos adiciens sed vbi ad duodecimū numerum augescēdo puenirent p̄ integro āno parit̄ inserens. **Hoc** autem fecit nō veritatis cognicōnem querentibus in videndo sed p̄pheticie more ipsū querentium exercēdo ingenū malens vtiq; suas margaritas a filiis clausas fructuoso sudore inuestigari q̄ pro fusas a porcis fastidiosa despectōne calcari. **Verum** vt hec aptius elucescant ipsa iam angeli ad p̄phetā edicta videam⁹. **Septuaginta** inquit ebdomades abbreviate sūt super pplm tuū & sup vrbē sanctā tuam vt cōsumetur p̄uariatio & finem accipiat peccatū & deleatur iniquitas & adducatur iustitia sempiterna. impleatur visio & p̄pheticia & vngeatur sanctus sanctorum. **Nulli** dubium quin hec verba xpi incarnacōne designent qui tulit peccata mūdi. legem & p̄phetas impleuit. vnctus ē oleo leticie p̄ participibus suis. & qđ ebdomades lxx. p̄ septenos ānos distincte q̄dringentos & nonaginta ānos insinuent. **Sz** Notandū qđ easdem ebdomadas nō simpliciter ānotatas siue cōputatas sed abbreviatas asserit. occulte videlicet lectorem cōmonens vt breuiore solitos annos nouerit iudicatos. **Scito** ergo inquit & animaduerte ab exitu sermonis vt iterū edificet̄ iberl̄m vsq; ad

xpm ducem ebdomades septē et ebdomades sexaginta due erunt: & rursus edificabit̄ platea & muri ī angustia temporis esdra narrate didicimus qđ neemas cum essz pincerna regis artaxerxis vicesimo anno regni eius mēse nisan impetrauit ab eo restaurari muros iberl̄m. templo multo ante cyro p̄mittēte constructo ipsūq; opus vt dictum est in angustia temporis p̄fecer̄. adeo scz a finitimis gentib⁹ impugnat⁹ vt structores singuli gladio renes accincti vna manu pugnassee altera murum recuperasse narrent. **Ab** hoc ergo tēpore vsq; ad xpm ducem ebdomades lxx cōputa hoc est annos duodenoꝝ mensium lunarium quadrigētos nonaginta qui sūt āni solares quadringenti septuaginta q̄si qui dē p̄se a p̄fato vicesimo āno regis artaxerxis vsq; ad mortem daru regnauerūt ānis treccētis. inde romani vsq; ad septimū decimum tiberii cesaris annum monarchiā tenuerunt ānis lix. qui sūt simul vt diximus anni cccc lxxv. & cōtinentur circulis decennouenalib⁹ xxv. **Decies** nouies enim vicem & qui ni sunt cccc lxxv. **Et** quia singulis circulis embolismi vii. accrescunt: multiplica xxv. p̄ vii. fiunt clxxv. qui sūt embolismi menses quadringentorum lxxv. annorū. **Si** ergo vis scire qđ annos lunares facere possint partire clxxv p̄ xii duodecies deni & quatuor xiiii. annos faciunt & remanent menses vii. **Hos** iūge ad sup̄scriptos cccc. lxxv. fiunt simul cccc lxxxviii. adde & menses sup̄fluos vii. partēq; octauū decimi anni imperii tiberii quo dñs passus est & iuenies a tēpore p̄finito ad eius vltimā passionem ebdomadas lxx. abbreviatas hō est annos lunares cccc xc. ad ei⁹ vero baptismum quando unctus est sanctus sanctorum descendēte sup̄ eum spū sancto sicut colūba nō solū ebdomadas vii. & lx. duas fuisse cōpletas sed & partem iam septuagesime ebdomadis inchoatam & post ebdomadas inq̄t lx. duas occidetur xps & nō erit eius populus qui eū negatur⁹ est. **Non** statim post lx. duas ebdomadas. sed ī fine septuagesime ebdomadis occisus est xpus: quā ideo quantū conicere possumus segregauit a ceteris quia de hac erat plura relaturus: nā & xpus in illa crucifixus & a populo p̄fido non modo in passione verū cōtinuo ex quo a iobanne p̄dicari cepit negatus est qđ autem sequitur & ciuitatem & sanctuariū dissipauit popul⁹ cū duce venturo & finis eius vastitas & post finē belli statuta desolacō non ad lxx ebdomadas ptinet. **Predictum** enim fuerat qđ ipse ebdomades ad xpi vsq; ducatū ptingerent. sed scriptura p̄dicto aduentu & passiōe ipsi⁹

quid etiam post hanc populo qui eum recipere nollet euenturū ostendit. **D**ucem eum venturum titū dicit qui quadagesimo anno dominice passionis ita cū populo romano ciuitatem & sanctuarium dissipauit vt nō remaneret lapis super lapidem. **V**erum his p̄ anticipacōne p̄libatis mox ad exponendū ebdomade quam obmiserat redit euentum. **C**ōfirmabit aut̄ pactum multis ebdomada vna hoc est ipsa nouissima in qua vel iohānes baptista vel dñs & ap̄l̄i p̄dicando multos ad fidem cōuerterunt & ī dimido ebdomadis deficiet hostia & sacrificium. **D**imidium ebdomadis huius quintus decimus ānus tiberii cesaris erat quando inchoato xp̄i baptisima hostiarū purificacō fidelibz paulatim vilescere cepit. **I**tem qđ sequitur & in templo erit abhominacō desolationis & vsq; ad consumationem & finē pseuerabit desolacō. **A**d sequentia tempora respicit cuius p̄phetie veritatē & historia veterum & nostrorū hodie q̄ temporum testatur euentus. **O**ctaua species ebdomadis vniformis & sola sine circuitu reuolucionis extans ad figuram p̄ omnia p̄me ebdomadis labentibus huius seculi cōficitur etatibus. **P**rima enim die facta est lux & prima etate homo in paradisi amenitate locatur diuisa luce a tenebris factum est vesperare & separatis dei filius a semine neq; nō longe post natis gigantibus corrupta est omnis terra donec creator penitens se hominē fecisse mundum diluuiū perdere disponeret. **S**cđda die firmamētum in medio labatur aquarum scđda etate arca ī medio fertur aquarum hinc fonte abyssi supportata illinc celi cataractis cōpluta que habuit vesperam quando fili adā pedes ab oriente mouentes qui cōstruēda sup̄bie tur re cōuenerūt linguarum diuisione mulctati & ab inuicem sūt dispersi. **T**ercia die aquis in cōgregationem vnā coactis apparuit arida siluis herbz q̄ decora: & tertia etate firmitatis in cultu diuini nationibus abraham patriarcha cognationem patriamq; deserens sanctorum semine fecundatur. **H**uic aduenit & vespera. qñ gens ebraea malis coacta p̄mentibus contra dei voluntatem regē sibi petiit. qui mox ordinatus p̄mo dñi sacerdotes p̄betasq; trucidat. postmodum ipse cum tota gente gladio periit allophilorū. **Q**uarta die celum luminaribus ornatur. q̄rta etate gens illa celestifide inclita regno dauid & salomonis gloria templi etiam sanctissimi altitudine totum nobilitatur in orbem. sed accepit & vesperā quando crebrescentibus peccatis. regnū illud a chaldeis dissipatū templū dirutū & tota

gens est babiloniā translata. **Q**uinta dies p̄fectes auesq; aquis educte. hi in patriis manēt vndis ille aera terramq; p̄volant. quinta etate multiplicatus ī chaldeā p̄p̄s israel pars celestium desiderioz pennis fulta hierosolimā petiit. pars volatu destituta virtutū int̄ babilonie fluentia reledit. **S**uccessit & vespera quando imminēte iam saluatoris aduētū gēs iudea p̄pter scelerum magnitudinē romanis tributaria facta īsuper & alienigenis est subacta regibus. **S**exta die terra suis animantibus impletur. & homo primus ad imaginē dei creatur moxq; eius latere dormiētis sumpta costa femina fabricatur sexta etate p̄conatibus p̄phetis filius dei ī carne qui hominem ad ymaginē dei creatur apparuit. q̄ dormiens in cruce sanguinem & aquā de latere vnde sibi ecclesiam cōsecraret emanauit huius etatis vespera ceteris obscurior in anticristi est p̄secutione ventura. **S**eptima die cōsumatis operibus suis deus requieuit. eāq; sanctificās sabbatū nuncupari precepit que vesperam habuisse nō legitur. septima enim etate iustorum anime post optimos huius vite labores ī alia vita p̄petuo requiescūt que nulla nūquā tristitia maculabitur sed maiori insuper resurrectionis gloria cumulabit. **H**ec etas hominibz tunc cepit quādo primus martir abel corpore quidem tumultum spū autē sabbatum p̄petue quietis intrauit p̄ficietur aut̄ quādo receptis sanctis corporibz in terra sua duplicia possidebūt letitia sempiterna erit eis & ipsa est octaua p̄ qua sextus psalmus inscribitur credo quia in sex huius seculi etatibus p̄ septima vel octaua illius seculi est etate supplicandum ī qua quia iusti gaudia sed reprobi sūt supplicia percepturi psalmus hinc ingenti pauore incipit. currit finis **D**ñe ne mira tua arguas me & cetera.

De mensibus

Menses dicti a mensura qua quisq; eorum mensuratur. sed melius a luna que greco sermone mene vocat̄. **N**ā & apud ebreos hieronimo teste luna qm mene nominat mensibus nomen dedit. **V**nde & ihesus filius sirach qui vtiq; ebraice scripsit de luna loquens ait mensis secundum nomen est eius. **A**ntiqui enim menses suos non a solis sed a luna cursu computare solebant. **V**nde quotiens in scriptura sacra siue ī lege seu ante legem quota die mensis quid factū dictum ue sit indicatur non aliud q̄ lune etas significat̄. a q̄ seper ebrei quibus credita sūt eloquia dei antiquo patrum more menses obseruare nō cessauit. primum mense nouorū qui pasche ceremonis sacratus est nisan

appellātes qui ppter multiuagum lune di-
 scursū nūc ī marciū mensem nūc incidit ī ap-
 lem nunc aliquot dies maii mensis occupat.
Sed rectus aprili deputatur. quia semp ī ip-
 so vel incipit vel desinit vel totus includitur
 ea dumtaxat regula cui⁹ & sup̄ meminim⁹
 obseruata vt que quinta decima post equino-
 ctium luna extiterit pmum sequētis āni mē-
 sem faciat que vero antea nouissimū p̄ceden-
 tis. **Sic** q̄ p̄ ordinem secundus eoz̄ mēsis iā
 maio. tercius suan iunio. quartus thamul iu-
 lio. quintus ab augusto sextus elul septem-
 ber. septimus. iheri october que ppter col-
 lectionem frugū & celeberrimas in ipso festi-
 uitates nouum ānum appellant. octauus ma-
 resuā nouember. non⁹ cas'eu decēber. deci-
 mus debeth ianuario vndecim⁹ sabat februa-
 rio. **Duodecim⁹** adar marcio simili rōne cō-
 paratur. Quos videlicet menses ppter lune
 circulū qui xxviii et semis diebus cōstat tri-
 cens vndetricenisq̄ diebus alternātes secu-
 do demum vel tercio āno exacto mensem su-
 perfluum qui ex ānuis vndecim epactarum
 diebus cōfici solet intercalāt. **Vnde** nō nul-
 lo moueor scrupulo quomō maiores nostri di-
 em qua lex data est que est tercia mensis ter-
 ciū quingēsimā ab agni occasione computent
 ponētes videlicet p̄mi mēsis ī duos dies nu-
 mero decem & septē quia tredecim priores
 fuerāt ante pascha transacti secundi xxx. ter-
 ciū tres qui fiunt simul dies quingēnta cum
 cōstet duos menses lunares nō lx. sed quin-
 q̄nginta nouem diebus terminari. ideoq̄ si pa-
 schalis mensis xxx. diebus computat̄ xxviii
 sui cursus dies post pascha retinuerit secun-
 dum iā mensem nō triginta sed vndetriginta
 diebus debere cōcludi. ac p̄ hoc ī sūma tem-
 poris memorati nō plus q̄ vndequinquagin-
 ta dies inueniri. nisi forte putandum est sine
 docticos que est regula sancte scripture fre-
 quētissima a parte totum computari. **Verū**
 hec vt cumq̄ acta vel computata fuerint cla-
 ret tamen ebreos ad lune cursū suos menses
 obseruare cōsuisse. nec aliter ī genesi recte
 sciendū vbi noe cum suis septimo decimo
 die secundi mensis arcam ingressus. & xxv
 iii ei⁹dem mensis die post diluuium egress⁹
 asseritur: quam ānum solis integrum hoc est
 trecentorum sexaginta quinq̄ dierum esse de-
 scriptum. quia videlicet luna que presenti an-
 no. verbi gr̄a p̄ nonas maias septima decima
 xii. anno sequent̄ vicesima viii pridie no-
 nas maias occurret. notādū sane qd̄ nimirū
 fallantur qui mensem definiendum v̄l ab an-
 tiquis definitum autumāt quamdiu luna zo-
 diacum circulum pagit. que nimirum sicut

diligentior inquisitō naturarum edocuit zo-
 diacum quidē septem viginti diebus & octo
 horis sui veri cursus ordinem viginti nouem
 diebus & duodecim horis salua sui saltus ra-
 cōne cōficit. ideoq̄ rectius ita definiēdū qd̄
 mensis lune sit luminis lunaris circuit⁹ ac re-
 dintegracō de noua ad nouam. solaris autem
 mensis digressio sit solis p̄ duodecimā partē.
 zodiaci id est signiferi circuli que triginta die-
 bus decē & semis horis impletur: viginti dua-
 bus videlicet horis a dimidia lunari mense
 p̄ductor e quibus vndecim epactarum dies
 & q̄drans annuatim succrescere solet. **Duo-**
 decies enim viceni & bini ducentos sexaginta
 q̄tuor faciunt quas eē horas vndecim dierū
 hīc facile patet quia vndecies viceni & q̄mi
 eandem sūmam cōficiūt. Porro duodecies se-
 mis sex faciunt que ānue sūt hore q̄drās. **Si**
 qdem luna duodecim suos mēses vndecī die-
 bus vt dictū est & q̄ trāte breuiores totidē
 solis mensibus agens in his tandem p̄ agen-
 dis tredecies zodiaci ambitum lustrat. **Iuxta**
 allegoriam vero mensis qui a luna nomen &
 ordinem accepit significat sancte ecclesie co-
 adunationē siue p̄fectū. **Vnde** iob ait. **Quis**
 mihi tribuat vt sim iuxta mē es pristinos qd̄
 noīe signat mensū nisi collectōes animarum
 siue aliquādo mensis p̄ p̄fectione. **Reminiscat̄**
 ergo p̄ vocem iob ecclesia p̄fectōis p̄stine &
 reducit ad memoriam quanta p̄fectō p̄dica-
 cōis sue collectis animabus reportabat lucra.
Menses duodecim eiusdem numeri sūt apli
 vt ī apocalipsi. **Per** singulos menses reddē-
 tia fructum suum. **Item** mēsis sicut & sabbat-
 um p̄ requie sēi iterna posita inuenitur vt
 est illud ysaiē. **Et** erit mēsis ex mense & sab-
 batū ex sabbato vt de carnalib⁹ sabbatis mē-
 sib⁹ q̄ fiant spiritalia sabbata delicata. **Qui**
 sabbatificus dei populo reseruatur: & men-
 sis spiritalis quando a puncto vsq̄ ad punctū
 luna cōplebitur & suo currit ordine vt effici-
 at mensem integrum calendarium. **Ma-**
 tem luna et e a sole illuminatur significet ec-
 clesiam a xp̄o illuminata mō nō indiget expla-
 rari. & sabbatum requiem significat. **Veni-**
 unt ex neomenis & sabbatis qui sex diebus in
 quibus factus est mundus transcens festi-
 nant ad septimū diem id est sabbatum ī q̄ ve-
 ra est requies veniet omnis caro vt adorat co-
 ram facie mea dicit dominus non populus in-
 deorū tātum nec in sola hierusalem sed omne
 humanū genus vbiq̄ in toto orbe adoret pa-
 trem ī spū & veritate.

De vicissitudinib⁹ tempoz̄ q̄tuor
 Emporum autem vicissitudines q̄-
 tuor sunt. ver estus. autumnus &

hiems. Dicta sūt autem tempora a commu-
 nionis temporamento q̄ inuicem se humo-
 re siccitate calore & frigore temperent. **H**
 & curricula dicuntur quia nō stant sed cur-
 runt cōstat autem post factum mūdum ex q̄
 litate cursus solis tempora in ternos menses
 fuisse diuisa. quorum temporum talem vete-
 res discrecōne faciunt. vt p̄mus mensis ver-
 nouus dicatur. secundus adultus. tercius p̄-
 ceptus. **S**ic & estas in suis tribus mensibus no-
 ua adulta & p̄ceptus. sic & autumnus nouus.
 adultus. & p̄ceptus. **I**tem hiems noua adulta
 & p̄ceptus siue extrema. **V**nde & ē illud ex-
 tremē sub casu hiemis. **V**er autem dictū qđ
 viret. tunc enim post hiemem vestitur teli-
 herbis & in florem cuncta rūmpitur. **E**stas
 dicitur quasi vsta id est exusta & arida nam
 calor aridus est. **A**utumnus a tempestate vo-
 catus quādo & folia arborum cadunt & om-
 nia maturescunt. **H**iemē racō hemisph̄i nūc
 cupauit quia tunc breuiori sol voluitur cir-
 culo. **V**nde & hoc tempus bruma dicitur qua-
 si braxin. id est breuis. vel a cibo quod maior
 sit tūc vescendi appetitus. **E**dacitas enī gre-
 ce bruma appellatur. **V**nde & imbrumati di-
 cuntur quibus fastidium est ciborum. **H**iber-
 nus autem inter hiemem & vernū quasi hie-
 vernus qui plerumq̄ a parte totum hiemem
 significat. **H**ec tempora singul̄ etiā celi par-
 tibus ascribuntur. **V**er quippe orienti datur
 quia tunc ex terris omnia oriuntur. **E**stas ve-
 ro meridiano eo quod pars eius calore flagn-
 tior sit. **H**iemis septentrioni qđ frigiditas
 & p̄petuo gelu torpēt. autumnū occiduo p̄-
 ter graues morbos quos habet. vnde & tūc
 omnium folia arborum defluunt. **V**t autem
 autumnus abundet morbis facit hoc cōfinitū
 frigoris & caloris. & cōpugnātia intra se cō-
 trarium rerum. **M**istice autem ver baptismi
 nouitatem significat aut renouacōnem vite
 post frigus infidelitatis & pigricie torporē
 siue resurrectionem corporum post mortis
 occubitum. **V**nde dñs p̄cepit in lege mēsem
 nouarum obseruare & verni principium quā-
 do edux̄ dñs filios israhel de terra egypti p̄
 mare rubrum in quo & celebrare pascha iul-
 sit. quo etiam tempore saluator post passio-
 nē a morte surrexit & sp̄e nob̄ resurrectōis
 tribuit. **E**stas autem ventura iocunditatis
 figuracō est & feruorem caritatis exprimit.
Vnde est illud ī psalmo. **E**statem & ver tu
 fecisti ea. **E**t in salomone. **I**am enim hiems
 transit & recessit. flores apperuerūt in terra
Estas futura beatitudo vt in salomone **P**rop-
 ter frigū piger arare noluit medicabit esta-
 te & nō dabitur ei. **P**er hec duo tempora sig-

nificat fideles diuersa morum qualitate pol-
 lentes. **A**lii enim sūt tanquam estas. fidei ca-
 lore feruētes ad martirium vsq̄ p̄ducti. alii
 mansuetudine temperati tanquam ver equa-
 bili dño deuocōne famulantes. **O**mnia enim
 & ista & alia ipse fecit cuius gratia cōcedit
 qđ ī hominum bona voluntate monstratur.
Autumnus etiam in quo colliguntur fruges
 & tempus est messis atq̄ vindemie tempus
 vniuersal̄ iudicii significat. quādo vnus q̄sq̄
 operis mercedē recipiet & metet fructū la-
 boris sui iuxta illud apl̄i. **O**mnes nos oportet
 stare ante tribunal xp̄i vt recipiat vnus
 quisq̄ p̄pria coporis prout gessit siue bonū.
 siue malum quō qui seminat ī carne sua de cā-
 ne metet corrupcōnem qui autem seminat ī
 sp̄u de sp̄u metet vitam eternam. **S**ic enī do-
 minus in euangelio ait. **M**essis vero cōsumā-
 tio sc̄li est. messores autē angeli dei. **E**t alibi
Sic est regnum dei quomāmodū si homo ia-
 ciat sementem in terrā & dormiat. & exur-
 gat nocte ac die & semen germinet & incre-
 scat dū nescit ille. **V**ltro enim terra fructifi-
 cat. p̄mum herbam deinde spicam deinde ple-
 num frumentū ī spicā. **E**t cum se p̄duxerit
 fructū statim mittat falcem quō adest tem-
 p̄ messis. **T**ūc enī mittet filius hominis ange-
 los suos & colligent de regno eius omnia sc̄a
 dala. alligantq̄. zuzania fascicul̄ ad conburē-
 dū. triticū autē cōgregant ī borrea sua. **I**tē
 autūnū aliquando transacta salutis tempora
 significat. vt ī michea. **V**e mihi quia factus sū
 sicut qui colligit racemos ī autumnū. **H**iemis
 vero tribulacōnem significat v̄l terminū mō-
 tal̄ vite. **V**nde dñs precepit in euāgelio disci-
 pul̄ dicens orate vt nō fiat fuga vestra hie-
 me vel sabbato. **S**i de captiuitate hierusalem
 hanc sententiam voluerim accipere quādo
 a rito & vespasiano capta ē orare debent nē
 fuga eoz hie me vel sabbato fiat. quā ī altero
 duricia frigoris p̄hibet ad solitudinem p̄ge-
 re & ī mōtibz desertisq̄ latitare. ī altero au-
 tem transgressio legis est si fugere voluerit
 aut mors imminens si remanserit. **S**i autem
 de cōsumacōne mūdi intelligitur hoc p̄cepit.
 vt non refrigescat fides nostra & in cr̄stum
 caritas. neq̄ vt ociosi in opere dei torpeam⁹
 virtutū sabbato.

De anno

Annus vel ab innouādo cuncta que
 naturali ordine transferāt vel a cir-
 cuitu temporis nomē accepit. quia
 veteres annum p̄ circum ponere solebant vt
 cato dicit ī originibz oratorum ānum id ē cir-
 cum terminum & ambire dicitur p̄ circuire
 est autem annus lunaris est & solaris. est &

errantiū discret⁹ stellaz. est & omniū plane-
tarum vnus quem magnū specialiter nuncu-
pant. sed lunaris annus quadrifarie accipiē.
Primus est nanq; cum luna xx. vii. diebus &
octo horis zodiacum pcurrens ad id signum
ex quo egressa est reuertitur. secundus duo-
bus diebus & quatuor horis plixior. qui cōsue-
te mensis appellatur cum solem a quo noua
digressa est. xx. viii. diebus & duodecim horis
exactis iam defecta repetit. tercius qui xii.
mensibus hui⁹ modi id ē diebus cccliiii. ex-
pletur & vocatur communis eoq; duo se-
pissime tales pariter curran tquart⁹ qui em-
bolismus grece dicitur id est superaugmen-
tum & habet xiii. menses id est dies ccc lxx
xiiii. qui vterq; apud ebreos a principio men-
sis paschal incipit ibidemq; finitur. apud ro-
manos vero ab incipiente luna mensis ianua-
rii sumit incium ibiq; terminatur. **I**tem so-
lis est annus cum ad eadem loca sider⁹ redit
pactis trecentis sexaginta quinq; diebus &
vi. horis id ē quadrante toci⁹ diei. que pars
quaterducta cogit iterponi vnum diem qđ
romani bis sextum vocant vt ad eundem cir-
cuitum redeatur. **Q**uart⁹ solaris giri annus
bis sextilis est ceteris tribus vno die plixior
quo confecto sol ad cuncta signorum loca ei⁹
dem diez noctiūq; qbus ate qđriennū ruer-
titur horis. **A**nnus errantium stellaz ē quo
illarū queq; zodiaci ambitū perlustrat de q;
supra diximus. **A**nnus magnus est cum om-
nia simul errantia sidera ad sua queq; loca si-
mul habuere recurrūt quem etiam circulus
magnus pasche ostendit. **C**ircul⁹ pasche mag-
nus est q; multiplicato p inuicem solari ac lu-
nari ciclo quingētis triginta duobus cōficiē
annis. **S**iuē enī decies nonies viceni & octo-
ni seu vicies octies deni ac noueni mltiplicē
tur quingentoz. xxxii. numez complent vn-
de fit vt idem circul⁹ mag⁹ decennouenna-
lis lune circulos viginti octo sol autē qui vi-
cenis octonifq; consumari solet annis decem
& nonē habeat circulos bis sextos decies no-
nies septenos id ē centum triginta tres men-
ses solares vicies octies ducentos viginti &
octo id est sex milia trecentos octoginta qua-
tuor. **M**ēses autē lunaes vicies octies ccxxxv
.i. sex milia. d. lxxx dies exceptis bis sextis vi-
cies octies vi. d. ccc xxxv. id ē. cxxciii lxxx
appositis autē bis sextis exciuii. ccc. xiiii. **Q**ui
vbi memoratam ex ordine mensū dierumq;
sumā cōpleuerit mox in se ipsū reuolut⁹ cūc-
taq; ad solis vel lune cursū ptinent eodē quo
pterierant semper tenore restaurat. **T**antū
anni dominice incarnationis suo certo trami-
per futura concedat. Redit igitur ad singularem
numerum quem ecclesiastice unitati diximus con-
uenire. Dixit enim multiplica generationes eius
illi scilicet riuus qui de flumine sancto profluit ut
per generationes succedentes predicatio beata
non deficiat sed multiplicet uel catholica semper
per crescat ecclesia ut qui modo imbuunt sacro
dogmate post alios docere uideant. Stillicidia
enim sunt gutte que de tectis cadunt non potere
sed assiduitate penetrantia. que quantum distent
a riuo etiam uisualiter nobis ratio patefecit. Er-
go in primordiis suis letabitur omnis fidelis cum
exorietur & aqua & spiritu sancto quando uere
renascimur & gloria domini ipsius dignatione pre-
paramur. Est enim nobis tunc magna letitia
quando antiqui hominis uetustate deposita in noue
regenerationis gaudia commutatur. Riuus
predicatio sanctorum in uisita & erunt super omnem
montem excelsum & super omnem collem eleuatum
rius currentium aquarum.

De puteis

Puteus est lacus defossus ex quo hauri-
tur aqua a potatione dicitur. qui &
in bonam significationem positus in-
telligi potest & in contrariam. Puteus iuramenti
geraritica Puteus uisionis est in deserto apud
quem habitauit isaac. puteus iudicium est usque
in presentem diem in regione geraritica. Rursum
puteus iuramenti ubi iurauerunt ysaac &
abimelech uocaturque opidum ysaac. Sunt &
alii plures putei in sanctis scripturis qui hodie
in regione geraritica & iuxta ascalonem de-
monstrantur. In bonam ergo significationem illud
accipi potest quod in genesi legitur ysaac fodere
puteos quos foderunt pueri patris eius abra-
ham sed inuidentes ei palestini obstruxerunt
eos implentes humo & reliqua. Quis est iste
ysaac nisi saluator noster. Qui dum descendisset
in istum torrentem geraritica primo omnium
illos puteos fodere uoluit quos foderat pueri
patris sui id est moyses puteum legis foderat
dauid salomon & prophete libros scripserunt
ueteris testamenti. quos tamen terrena & for-
dida repleuerat intelligentia iudeorum. Et eo-
rum os cum uellet purgare isaac ut ostende-
ret. quia quecumque lex & prophete dixerunt de ipso
dixerunt rixati sunt cum eo palestini id est iudei
a regno dei alieni. sed descendit & discedit
ab eis & non potest esse cum his qui in puteis

aquam nolunt habere sed terram & dicit eis
Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta
Fodit ergo isaac novum puteum immo pueri
 isaac fodiunt. **P**ueri sunt isaac matheus marcus
 lucas & iohannes. petrus & iacobus. iudas &
 apollus paulus. qui omnes testamenti noui pu-
 teum foderunt. & inuenerunt aquam viam que
 fit aque fons salientis. in vitam eternam. **S**ed
 per his adhuc altercantur illi qui terrena sapi-
 unt nec noua condiciunt nec vetera pur-
 gant. euangelicis puteis contradicunt aposto-
 lis aduersant. & quo in omnibus contradicunt
 litigantes dicunt ad eos. quo indignos vos fe-
 cistis gratie dei. ex hoc iam ad gentes ibimus
Post hec fodit tertium puteum isaac & ap-
 pellauit nomen loci illius latitudo dicens. **N**unc
 dilatavit nos dominus & fecit crescere super ter-
 ram. **V**ere dilatatus est isaac & impleuit om-
 nem terram scientia trinitatis & in toto orbe latitu-
 dinem ecclesie collocavit. **P**rius tantum in iudea
 notus erat deus & in israel nominabatur. nunc
 autem in omnem terram exiit sonus eorum &
 in fines orbis terre verba eorum. In contra-
 riam vero significacionem positus est puteus
 ille super quem legitur saluator factus
 ex itinere sedisse & mulier samaritana cum
 hidria aquam inde haurire velle. **H**idria enim
 fortasse amorem seculi huius significat id est
 cupiditatem quam ibi homines de tenebrosa p-
 funditate cuius imaginem puteus gerit hoc
 est de terrena conuersacione hauriunt volup-
 tatem qua percepta iterum in eius appetitum
 inardescunt sicut de aqua illa qui biberit sici-
 et iterum. **O**portebat autem ut christo credens
 seculo renunciaret. & relicta hidria cupidi-
 tatem secularem se reliquisset monstraret non
 solum credens corde ad iusticiam sed etiam
 ad salutem ore confitens predicaret quod cre-
 didit. **I**tem puteus vel dyabolum significat
 vel infernum ut est illud neque virgeat super me
 puteus os suum. **V**irget quoque peccatores os
 suum concludere cum usque ad mortis sue tem-
 pus in pessima voluntate persistunt. **C**ister-
 na recta intelligentia ut in salomone. **B**ibe aquam
 de cisterna tua & fluente putei tui. **C**isterna
 beretici ve ipraua intelligentia ut in bierre-
 mia foderunt sibi cisternas dissipatas

De gurgitibus

Ourgis est proprie lacus altus in flu-
 mine significat allegorice turbi-
 nes persecucionum que aduersantur
 electis dei in hoc mundo. **V**nde in iona scriptum
 est. **O**mnes gurgites tui & defluctus tui su-
 per me transierunt. **Q**uod super ionam time-
 tes fluctus maris transierunt & detonuerunt
 seu tempestas nulli dubium est misterium

esse christi. **N**ullus enim est hominum qui cum
 tas sustinere queat temptaciones absque christo
 & quo omnes persecuciones & vniuersa que ac-
 cidunt absque dei non ingeruntur voluntate. id
 circo dei gurgites dicuntur & fluctus qui non
 obpresserunt iesum sed transierunt per eum
 minantes tamen naufragium non inferentes
Vniuersa ergo persecuciones & turbines quibus
 vexatur humanum genus & cuncte nauicu-
 le eorum que frangebantur super meum in-
 quit detonare caput. **E**rgo sustinui tempe-
 states & fregi turbines seuientes ut securi
 nauigarent.

De Pluuia

Pluie dicte eo quod fluant quasi fluuie
Nascuntur enim de terre & maris
 anhelitu. **Q**ue cum altius eleuate
 fuerint aut sol calore resolute aut vi ventorum
 compresse stillantur in terris. imbres autem
 & ad nubes & ad pluuia pertinet dicte gre-
 co vocabulo quod terram inebriant ad germi-
 nandum. **E**x his enim cuncta creatur. **S**ig-
 nificat autem pluuie vel imbres dona celestia
 & precepta vel mandata dei que terram hoc est
 homines irrigant & excitant ad proferendum
 germen bonorum operum. **V**nde est illud in
 psalmo. **P**luuiam voluntariam segregabis de
 hereditati tue exponit illud quod superius dixit
 celi distillauerunt. **I**psa est enim pluuia volun-
 taria quam tunc comedendi auida gens iu-
 dea promeruit hoc est manna. **N**am ut volun-
 tati eius satis fieret inexpertum miraculum
 mundus accepit. **P**luuia siquidem illa volun-
 taria fuit non ista que generaliter ubique defun-
 ditur. **E**t alibi mandabo inquit nubibus meis
 ne pluant super eam imbrem non in istis
 visibilibus que aut aquas depluunt aut cor-
 pulenta qualitate densantur sed aliquas po-
 testates domini intellectuali condictioe famule-
 tur. **M**ultis enim significacionibus sermo iste
 repletus est. quod etiam respicit ad apostolos & p-
 phetas. **I**mber matutinus & serotinus veteris
 testamenti & nouum intelligitur. ut in io-
 hel propheta descendere faciet ad vos imbrum
 matutinum & serotinum in principio hoc est
 in christo. **A**liquando vero pluuia in malam par-
 tem posita reperitur ut est illud quod saluator
 dicit. pluuia super domum in arena fun-
 datam descendisse & eam subuertisse. **P**luuia
 ista diabolus. fulmina omnes anticristi qui
 contra christum sapiunt. venti spirituales nequicie
 quotidie hominum perditionem moluntur

De Gutta

Gutta que stat. stilla que cadit. **H**ic
 est stillicidium quasi stilla cadens.
Stira enim grecum est id est gutta

inde fit diminutiuum vt dicamus stilla. Nā gutta significat doctrinam spiritalem. vnde est illud sponsi in cantico canticorum qđ ad spōsam dicit. **A**peri michi soror mea amica mea: columba mea immaculata mea quia caput meum plenum est rore & cincinnati mei guttis noctium. **C**aput xps de9. cincinnati sūt fidelium collectiones. **I**n rore & guttis notium frgens caritas in multis ostenditur. quam in deum & proximos habere debuerit. **I**deo necessarie excitat domin9 fideles quos qđ ad predicacōnis studium. **S**tillicidia autem significant leuia documenta de quib9 dicitur. **I**n stillicidiis suis letabitur cum exortetur. **Q**ue ad inchoantes respiciunt cristianos quando angusta p̄mordia latissima nō potest introire doctrina. **D**e quibus dicit apostolus non potui vobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus quasi paruulis i cristo lac vobis potum dedi nō escam p̄mum enim ariditas fidei quibusdam stillicidiis animatur p̄ ruis affluentibus irrigatur. **D**einde sicut dicit versus superior ad fluminis illius plenitudinem iuuante domino perueniamus. & sic per hec tria diuini muneris ordo declarat.

De niue

Nix a nube vñ venit dicitur & significat aliquando candorem iusticie vt est illud in psalmo. lauabis me & super niuem dealbabor. & item dum discernit celestis reges super terram niue dealbabit in selmon. **R**eges sūt apostoli sanctiq; pontifices ceteriq; fideles qui probabiliter regere corpora sua diuino munere meruerūt. **H**i super niuem dealbabitur in selmon id est super candorem niuis elucescunt. quia ecclesiam regere fideliter atq; ordinare noscuntur in selmon qui interpretatur vmbra hoc ē sub protectione diuina. **D**ealbabunt autem aliquando ponitur & in malo. sicut & in actibus apostolorum. **P**ercuciet te dominus paries dealbate. **H**oc & in euāgelio testatur. **S**imiles estis monumentis dealbatis q; plena sunt ossibus mortuorum. **N**iuēs baptisimū profusionem significat vt in iob. **Q**ui timet pruinā irruet super eum nix pruinam vero in loco p̄sentem tribulationem intellexerunt item in iob ita legitur. **N**unquid ingressus es thesauros niuis aut thesauros grandinis aspexisti. **I**n frigore niuis vel in duricia grandinis quid aliud accipitur quam vita prauorum. que & torpore frigescit & per duriciam malicie percutit. que preparavi inquit in tempus hostis in die pugne & belli. vt cum aduersarius noster diabolus temptare nos nititur eorum moribus quasi suis contra nos armis

nititur. **S**ive in niue vel grandine thesauri habentur. quia pleriq; iniquitatis torpore frigidi ad supernam gratiā assumpti in sancta ecclesia fulgescunt luce & prauam sciētā doctrine sue ictibus cudunt. **V**nde aperte sequitur. **Q**ue preparavi in tempus hostis in diem pugne & belli. **S**aulus quippe nix & grando cōtra aduersariorum pectora fact9 ē vel candore iusticie vel districti eloqui corceptione. **S**ed & hoc notandum quod in niue aliquando blandimentum candoris exprimitur. sicut in fulgore terror. **V**nde angelus qui gloriam resurrectionis dominice nuntiabat & terribilis ad damnandum improbos & benignus erat ac blandus ad consolandum electos. **N**am idem angelus qui apparuit & custodes sepulchri impios timore p̄terret ac mortuorum instar terre p̄sternēt. vt visitatrices eiusdem sepulchri purissimas benigna cōsolacōe refouit.

De Glacie

Glacies a gelu & aq; quasi gelacies id est gelata aqua. gelus autem qđ eo stringatur tellus. **G**e quippe terra dicitur. **T**ūc autem maiori gelu stringit terra. cum fuerit nox serena. **N**am glacies duriciam peccatorum significat vt est illud in salomone. **S**ic in sereno glacies ita soluent peccata tua. **E**t in psalmo. **I**gnis grando nix glacies spiritus procellarum que faciunt verbum eius. **Q**uibus rebus per allegoriam homines significat qui in hoc seculo ex turbulētis & pessimis ad deuocōnis tranquillissima studia peruenerunt. **Q**ui faciunt verbum eius nisi qui ex tempestuosis & improbis ad cōfessionis ipsius gratiam venire meruerunt. **N**ā dominus ad iob ita loquitur. **D**e cui9 vtero egressa est glacies & gelu de celo quis genuit. **I**n gelu vel glacie frigida & perfidie torpore constructa accipimus corda iudeorum. qui per misteria legis & prophetie sic intra sinum gratie quasi intra vterum creatoris habebantur. **S**ed quia veniente domino cōstricti frigore perfidie feruorem caritatis amiserunt. quasi glacies de vtero creatoris egressi sūt. **E**t gelu inquit de celo quis genuit. quasi de celo gelu exiit. quia de sublimi prole sanctorum processit frigida plebs infidelium idcirco autem dominus genuisse dicit quia frigidus a se exire pmisit.

De Pruina & grandine

Pruina est matutini temporis frigus. qui inde pruina nomen accepit quia sicut ignis urit. **P**ir enim ignis grece dicitur. **V**ere enim & ad frigus & ad solem pertinet. **N**am vno sermone duo

diuersa significantur. pro eo q̄ vnum effectū habent. Similis enim vis est & caloris & frigoris. vnde & vtraq̄ saxa rumpunt. Nam & calor vrit vt est illud. Vritur infelix dido. Item frigus vrit vt est illud. Aut boree penetrabile frigus adurat iuxta allegoriam significat abstinētiā eoq̄ per hanc frigescat calor corporis. De quo in psalmo factus sū sicut vter in pruina. Pruina vero significat maliciā peruerforū. Vnde legit̄ in psalmo. Occidit in grandine vineas eorū & muros eorum in pruina. Item pruina est precurrens anticipansq̄ malicia que alienos labores peruenire non permittit ad fructū. Grando comminatio dei qua contumaces verberat vt in psalmo. Grando & carbones ignis. Et in aliam partem. Occidit in grandine vineas eorum. Grando futura percussio ē. vt in ysaiā. Alldet in turbine & in lapide grandinis. Et alibi. Dabo lapides pregrandes de super irruentes.

De Rose

Ros grecum est qđ illi drosor dicunt alii putant ros dictum quia rarus est & non spissus vt pluuia. Ros significat verbum domi. ideo qđ mada faciat corda hominum terrenorum ad proferendum fructū vt est illud in psalmo. Sic ros hermon qđ descendit in montem sion. Ros ē tenuis ac leuis pluuia nō per guttas veniens sed per quasdam munitissimas partes duriciā terrene ariditatis infundens. Per hūc cuncta germinantia coalescunt & in varios fetus temperationis munere perducunt. Hermon ebreum nomen est montis vltra iordanem fluiuium constituti. interpretat̄ sicut a patribus traditum est significat anathema. Ros ergo montis istius nutriens peccatores qui sub anathematis execracōne latuerunt descendit in montem sion quando ad conuersacionis remedium domino largiente peruenierint. Sion enim significat ecclesiam catholicam que recipit gentes que erāt sub anathematis periculo constitute. Item ros predicatum doctrinam vt est illud in lit̄ ro iob. Quis est pluuie pater vel quis genuit stillas roris ac si diceret nisi ego qui siccam terram humani cordis guttis scientie gratuito aspergo rore. Stille autem roris ipsi sancti predicatores sūt qui arua pectoris nostri inter mala vite presentis q̄i inter tenebras sicce noctis ariditā gr̄e superne largitatis infundūt.

De Nebula

Nebula inde dicta vnda & nubila ab obnubendo scilicet hoc est operiendo terrā siue q̄ nubes volare faciat

Exalāt enim valles humide nebulas & fiūt nubes inde nubilū inde niues. nebule. Nebule autem ima petunt cū serenitas est. sūma cum nubilum. Mystice nebula significat aut obscuritatem scripturarum aut erroris caliginem. Vnde in dedicōne templi cū nebula impleuit domum dñi nō poterāt sacerdotes stare & ministrare propter nebulam. H̄c sententia sup̄bos iudeoz̄ p̄ntifices ac doctores insinuat. qui dū natiuitatis xp̄i sacramenta in vestigare despiciunt debitū fidei sue mysteriū per erroris nebulā perdiderunt. Nebula ergo sinagogā id est domum domi impleuit & sacerdotes p̄pter nebulam ministrare non poterant. quā dum in testamēto veteri sensus mysticos literę velamine cooptos inter obscuras allegoriarū caligines inuestigare despiciūt debitū fidei si e mysterium p̄pter nebulam perdiderūt. Vnde ad iob dñs ait Nūquid eleuab̄i nebula vocem tuam. In nebula ergo iudeis vocem doctrine sue dñs ptulit. cū de se etiam aperta narrauit. Quid est enī apertius quam ego & pater vnū sum⁹. quid apertius quam ante abraham ego sū sed quā auditorum mētes infidelitatis caligo compleuerat. q̄si emissum sol̄ radium nebula interiacens abscondebatur. Nebula velamentū misteriorum dei qđ doctores sancti meditando scrutantur. Vnde legitur in p̄p̄beta Nebula puluis pedum eius. Item nebule heretici. de quibz̄ petr⁹ apostolus. Hi sūt fontes sine aq̄ & nebule turbibz̄ agitate.

De diluuiō

Diluuium dictum qđ aquarum clade omnia que inundauerit deleat. Primum diluuium existit sub noe hominum sceleribz̄ offens⁹ omnipotens toto orbe coniecto deletis cunctis vnum spaciū celi fuit ac pelagi cui⁹ indicatiū hacten⁹ videm⁹ in lapidibus quos in remotis montibz̄ cōchis & ostreis cōcretos sepe etiam cauatos aquis videre solemus. Secundum diluuium fuit in achaia iacob patriarche & oggi temporibus qui eleusine conditor & rex fuit nomen & a loco & tempore dedit. Tercium diluuium in thessalia moysi vel amfictōne tēporibus fuit qui tercius post cecropem regnauit. Cuius temporibz̄ aquarum illuuiēs maiorem partē populorū thessalie absūpsit. paucis per refugia montium liberatis maxime in monte parnaso in cuius circuitu deucalion tūc regno potiebatur qui tunc ad se ratibus cōfugientes susceptos p̄ gemina parnasi iuga fouit & aluit. A quo p̄pterea genus hominum grecorū fabule ex lapidibus reparatū ferunt ab eo p̄pter hominum insitam cordis duriciam

Sed & flumina cū in solitis aucta imbribus vltra consuetudinem vel diurnitate vltra magnitudine redundant multaq; p̄sternūt & ipsa diluuium dicuntur. Sciendum autem flumina cum supra modum crescūt nō tantū ad p̄sens inferre damna sed etiam & aliqua significare futura. Mystice diluuium quando in bonam partem accipitur baptismum significat. quādo vero in contrariam. errorem hereticorum. Nam illa sententia psalmiste qua. dicit dñs diluuium inhabitat & sedebit dñs rex in eternū. ibi decursus virtutibus spūs septiformis in terco vero ordine ad trinitatis cōplexionem mirabili disposicōne peruenit. Dicendo enim in his duob; versicul; terco dñs. ostendit sanctam trinitatem diluuiū id est aqua baptismatis inhabitare sc̄e in euangelio dictum est. Euntes baptisate omnes gentes. In nomine patris & filii & spūs sancti. Sed queramus cur hic diluuiū p̄ sacris fontibus positū ē. Merito quō illud quod factum ē sub noe baptismatis sacri gerebat ymaginē. Nā sic istud purgat animas peccatorū sordibus. ita & illud diluuiū mundi crimina p̄brosa deleuit. Merito ergo p̄ baptismate diluuiū positū est. ad cuius similitudinem cōstat effectum. Nam qđ terco dñs repetit sine distinctione p̄sonarū licet intelligi p̄mū dictū de spūs sancto dñs diluuiū inhabitat sequit̄. Et sedebit dñs rex in eternum. Hoc autem de filio recte intelligim⁹. Dominus virtutē populo suo dabit. De patre competenter aduertimus. Populo suo significat xp̄iano. quē de sacri baptismatis munere cōquisiuit. Subiūx̄ etiam & benedicet populum suū in pace. Nō dixit benedicent sed benedicet. quia vnus ē dñs de⁹ nr̄. in pace p̄pter illud euāgelium. Pacem meā do vob; pacē meam relinquam vob;. Vna est enim pax patris & filii & spūs sancti. Item in cōtrariā partem ponit diluuiū in illo versu quo p̄beta ait. In diluuiū aquarum multarū ad eū nō app̄ximabunt. Diluuium enī aquarum multarum ē error hominū pessimoz qui variis prauitatibus fluctuātes multiplices sibi doctrinas cōstituūt q̄s a v̄o magistro nullatenus acceperunt. Que sentētia maxime hereticos arguit. q̄ in diluuiū peruersitatis sue tempestuosas & naufragas excitant questiones.

Explicit liber xi. Incipit xii.

De terra	.i.	De orbe	.ii.
De paradiso	.iii.	De regionibus	.iiii.
De insulis	.v.	De promotoris	.vi.
De terra. Capitulum p̄mū			

Terra est in media mundi regione posita omnibus partibus celi in modum centri equali intervallo consistēs. que singulari numero totū orbē significat plurali vero singulas partes. Cuius nomina diuersa dat racō. Nā terra dicta a superiori parte qua teritur hum⁹ ab inferiore. vel humida terra vt sub mare tellus autem quia fruct⁹ eius tollimus. H̄c & ops dicta eoq; opem fert frugibus. Eadē & arua ab arādo & colendo vocata. Proprie autem terra ad distinctionē aque arida nuncupatur. Sic scriptura ait qđ vocauerit de⁹ terrā aridā. Natural̄ enī p̄petas siccitas est terris. Nā vt huīda sit hoc aquarū affinitate sortit̄. Cui⁹ motū alii dicūt ventū esse in concavis eius q̄ mot⁹ eā mouet. Salustius. Vēti p̄ caua terre citati rupti aliq̄t montes tumulicq; sedere. Alii aquā dicūt generalem in terris moueri & eas siml; cōcutere sic vas vt dicit lucreci⁹. Alii fungū eadē terrā vocant cuius pleriq; latentes ruine superposita cūta cōcucunt. Terre quoq; iact⁹ aut motu a que inferioris fit aut crebris tonitruis aut de concavis terre erumpētibus vētis. Terra enī mystice plures significacōes habet. Aliquando significat patriā celestē vt ē illud. credo videre bona dñi in terra viuentiū. & illud euāgelium beati mites inquit quō ipsi possidebūt terrā. alioñ carnē dñi saluatoris significat. vt est illud benedixisti dñe terrā tuā auertisti captiuitatem iacob. Iacob enim patriā archa significat populum fidelē q̄ liberatus est a captiuitatē diaboli p̄ incarnationem saluatoris. Itē tra significat sanctā mariā virginē. de qua dñs nasci dignat⁹ est. Vnde est illud. Veritas de terra orta est & iusticia de celo p̄spexit. Potest & aliter hic sensus intelligi. Veritas de terra oritur qñ confessio peccatoris offerit. iusticia de celo p̄spexit qñ fit remissio peccatorum. Quod in publicā illi⁹ oracōe puenit. Veritas enī de terra orta est qñ una respiciēs cōfiteōdo peccata sua dñm rogabit. iusticia vero de celo p̄spexit cum descendit iustificat⁹ publican⁹ magis quā ille phariseus. Item terra eccliam significat vt ē illud dñi est terra. Quamuis terrā & in bono & in malo poni sepe nouerimus. hic tamē eccliam debemus aduertere que dño specialiter pure mente famulatur. Nā licet omnia ab ipso sint condita. tñ illud ip̄i⁹ esse p̄pe dicim⁹ qđ eū venerat̄ auctore. & ideo ecclia nō immerito fructifera bonorū terra suscipit̄ quia nutrit & cōtinet pp̄m. Sequitur Et plenitudo ei⁹ id est multitudo sancta qua replet̄ ecclia. S;

ne terram quā superius dixit angustam pu-
 tares aliquā fortasse regionē. nūc dicit orbis
 terrarū. hoc ē vniuersalē ecclesiam que toti9
 mundi ambitu continetur. Intende vero qđ
 dicit. Qui habitāt in ea id est non qui veniūt
 & recedūt sed qui fixa mētis stabilitate per-
 durāt. Habitare enī manere dicim9 qđ errā-
 tiū non est. qđ mutabilitati n̄ conuenit sed ille
 solus ecclesiā inhabitat q̄ vsq; ad obitū suum
 in fide rectissima p̄seuerat sicut & alius psal-
 mus dicit. vt in habitē in domo dñi omnib9
 dieb9 vite mee. Terra homo ipse vt ī euāge-
 gelio. Alud cecidit in terrā bonā. Item in ge-
 nesi arida terra nominat. vt est illud. Et vo-
 cauit aridā trā pplm sc3 fontē fidei scientē
 & bonoz ope9 ger. nē p̄ferentē. Terra ve-
 ro ī malū posita est vbi corruptionē humane
 nature v̄ peccatores & pditos hoīes signifi-
 cat. Corruptionē autē nature illa dñi senten-
 tia demōstrat qua ad hoīez peccatē ait. Ter-
 ra es. & in terrā ibis Peccatores quoq; terra
 nomine ibi notant vbi dñs ad serpentem ait.
 Terrā comedes cūctis dieb9 hoc est peccato-
 res ī sortē tuā & pdicōnē trabes & eorum
 iniquitatibus pasceris. Similiter & illud
 qđ alibi legit. Recedentes a te ī terra scribē-
 tur id ē q̄ p̄ apostasiā a te auertent inter pec-
 catores cōnumerabunt. Terra carnal̄ poten-
 tia vt ī eccl̄iastico. Quid supbit terra & ci-
 nis, terra deserta ppl̄s iudeoz siue omēs pec-
 catores vt ī bieremia. Terra deserta & inha-
 bitabil̄ ī qua null9 habitat nec p̄transeat per
 eā fili9 hominis id ē dñs ihs xps. Puluis pec-
 catoēs sūt sic ī ysaiā dñs p̄ diabolo & serpēti
 Puluis panis eius. & alibi nō sic impii nō sic
 sed tanquā puluis. Lutum medicine celestis
 glutinū vt in euāgelio lutū fecit & liniuit oc-
 culos meos. Aliter peccatoz glutinū vt in
 psalmo. Eripe me de luto vt non ībereā. Lu-
 tum adulatio deceptoris siue hereticoz falsa
 delimitio. vt in ezechiel ipsi edificabāt parie-
 tem illi autem limebant eum luto absq; tem-
 peramento.

De orbe

Orbis a rotunditate circuli dicitur
 quia sic rota ē. Inde breuis etiam
 rotella orbicul9 appellat. Vndiq;
 enī circūfluens ocean9 ei9 ī circuitu ambit
 fines. Significat ergo aut totū mūdū iuxta hi-
 storā aut iuxta allegoriā vniuersalē eccl̄iam
 aut in cōtraā partē impios qui frequenter
 terre appellacōe declarāt. De quib9 psalmi-
 sta ait. Iudicabit orbē terre ī iustitia a dño
 iudicādi sūt q̄ p̄tinatia sua nulla remissioe li-
 berant. Ppl̄s aut significat eos q̄ ex hebreis fi-
 deles p̄bati sūt & q̄ deuoti ex gentib9 adue-

nerunt. Requiredū ē sane qđ & hic orbē tra-
 rū dicat & ī alio psalmo ponat illuxerūt ful-
 gura ei9 orbi terre & in aliis plurimis locis
 ipso scemate terrā p̄bibeat esse cōclusam. Itē
 rūq; centesim9 sext9 psalm9 q̄tuor cardinib9
 terre spacia cōp̄hendit dicens. A sol ortu &
 occasu ab aquilone & mari. Cui9 rei euiden-
 tissimū quoq; euangeliū exstat exemplū vbi
 dicit. Emittet angelos suos cū tuba & voce
 magna & cōgregabit a q̄tuor angul9 terre.
 Vnde merito estimo p̄quiredum quēadmo-
 dū terre possit & qđ ratio & circul9 cōueniē-
 dū scemata ipsa sic geometrici dicunt iudicā-
 tur esse diuersa. formā terre ideo scriptura
 orbē vocat. eoq; respiciētib9 extremitatē eis
 circul9 semper apparet quē circulū greci ori-
 zonta vocant. Quatuor autem cardinib9 eā
 formari dicit quia quatuor cardines quatu-
 or angulos quadrati significāt. qui intra pre-
 dictum terre circulū cōtinent. Nam si ab ori-
 entis cardine in austrum & ī aquilonē singu-
 las rectas lineas ducas. siml̄r q̄q; & si ab occi-
 dentis cardine ad p̄dictos cardines id est au-
 strū & aquilonē singulas rectas lineas tēdas
 facis quadratū terre intra orbē predictum.
 sed quomodo quadrat9 is ē demonstrati9
 inter circulū scribi debeat eochides ī q̄rto li-
 bro elemētoz euidenter insinuat. qua p̄pter
 recte scriptura sancti faciē terre & orbē vo-
 cat. & q̄tuor eam dicit cardinibus cōtineri.
 Diuisus est autem trifariē e quib9 vna pars
 asia. altera europa tertia affrica nūcupatur
 q̄s tres partes orbis veteres nō equaliter di-
 uiserūt. Nam asia a meridie p̄ orientem vsq;
 septentrionē puenit europa vero a septentri-
 one vsq; occidentem. atq; affrica ab occidēte
 vsq; ad meridiē. Vnde euidenter orbem di-
 midiu due tenent europa & affrica. aliū v̄o
 dimidium sola asia. Sed iste due ideo partes
 facte sūt q̄ īter vtrasq; ab oceano maē mag-
 nū ingredit qđ eas ītersecat. Quā p̄pter si
 ī duas partes orientis & occidentis orbē di-
 uidas asia erit ī vna in altera vero europa &
 affrica. Iste tres partes totū humanū gen9
 cū insul9 que his adiacent cōtinent. Et bene
 tribus partibus distinctus est orb9 q̄ sancte
 trinitatis fide ībuendus erat. & euangelico
 documento īstruend9. Vnde legitur ī para-
 bola saluatoris qđ mulier acceptum fermentum
 abscondit ī farina satis trib9 donc̄ ferme-
 tareē totum. id est sancta eccl̄ia humano ge-
 neri qđ extrib9 filiis noe semmatum fuit in
 mundo fermentum euāgelice doctrine ī cor-
 dibus fidelium abscondit donec natiuuū sa-
 porē totū p̄ rectā fidē & scientiā sp̄italē con-
 nerteret ī cultū & seruiciū dei.

Paradisus est locus **De paradiso**
 in orientis partibus constitutus cuius
 vocabulum ex greco in latinum vertitur
 ortus porro hebraice eden dicitur quod in ligum non
 stram deliciae interpretatur. quod utrumque iunctum
 facit ortum deliciae. Est enim omni genere lig-
 ni & pomiferum arborum consitus habens etiam
 & lignum vite. non frigus non estas sed perpetua
 aeris temperies ex cuius medio fons prum-
 pens totum nemus irrigat diuiditurque in quatuor
 nascentia flumina. Cuius pro peccatum homi-
 nis aditus interclusus est. Septus est enim
 vndique romphea flammea id est muro igneo
 accinctus. ita ut eius cum celo pene iungat
 nicendum. Cherubin quoque id est angelorum
 presidium arcendis spiritibus malis super romphea
 flagrantia ordinatum est. ut homines flamme
 angelos vero malos. angeli submoueat nec
 carni vel spiritui transgressionis aditus pa-
 radisi pateat. Paradisus id est ortus deliciae
 mystice aut ecclesiam presentem significat aut
 terram viventium ubi illi qui merentur per fi-
 dem rectam & bona opera victuri sunt in perpetuum.
 De quo dominus ad latronem in cruce confitentem
 ait. Amen dico tibi hodie mecum eris in para-
 diso. Aliter autem paradisos ut diximus signifi-
 cat sanctam ecclesiam de qua in generali scriptum
 est. Plantauerat dominus deus paradisos volupta-
 tis a principio. Paradisos ecclesia est sic de illa
 legitur in canticis canticorum. Ortus conclu-
 sus soror mea sponsa. A principio autem plan-
 tatur paradisos. quia ecclesia catholica a christo qui
 est principium omnium condita esse cognoscitur
 Fluvius de paradiso exiens ymaginem por-
 tat christi de paterno fonte fluminis. qui irrigat
 ecclesiam suam verbo predicacionis & dono bap-
 tismi. De quo bene per prophetam dicitur. Do-
 minus deus noster fluvius gloriosus exiliens
 in terram sicientem. Quod quatuor flumi-
 nibus de paradiso egredientibus terra rigatur.
 solidum mentis nostre edificium prudentia tem-
 perantia fortitudo iusticia continet quia quatuor
 virtutibus tota boni operis structura consurgit
 Quatuor ergo paradisi flumina terram irrigant
 quia dum in his quatuor virtutibus cor infunditur
 ab omni desiderio carnalium estu temperatur
 Item allegorice quatuor paradisi flumina qua-
 tuor sunt euangelia ad predicacionem in cun-
 ctis gentibus missa ligna fructifera omnes
 sancti sunt. fructus eorum opera eorum. lignum vite
 sanctus sanctorum utique christus ad quem quisque si
 porrexerit manum vivet in eternum. Lignum
 autem scientie boni & mali proprium est volun-
 tatis arbitrium. quod in medio nostri est posi-
 tum ad dinoscendum bonum vel malum. De
 quo qui relicta gratia dei gustaverit morte

moriatur.

De Regionibus
India vocata ab indo flumine quo ex par-
 te occidentali clauditur. Hec a meridiano ma-
 ri porrecta usque ad ortum solis & septentrionem
 usque ad montem caucasum pervenit habens gentes
 multas & opida: insulam quoque taprobane
 gemmis & eleuatis refertam. crisam & ar-
 girem auro argentoque fecundas. vtilem quo-
 que arboribus foliis nunquam carentem. Ha-
 bet & fluuios gangem & nidan & ipanem il-
 lustrantes indos. Terra idie fauoni spiritus salu-
 berrima. in anno bis metet fruges vice hie-
 mis & elias patitur. gignit autem tincti co-
 loris. boves elefantes ingentes. monoceron
 bestiam psitacum auem eburnam quoque lignum
 & cinnamum. & piper calamum aronaticum
 mittit & ebur. Lapidibus quoque preciosos be-
 rillos. crisoprasos. & adamantem carbuncu-
 los ligirios margaritas & vniones quibus no-
 bilium feminarum ardet ambrico ibi sunt &
 montes aurei quos adire propter dracones &
 grifes & immenso hominum monstra impossi-
 bile est. Parthia ab indie finibus usque ad me-
 sopotamiam generaliter nominatur propter
 inuictam enim virtutem parthorum & assira-
 & relique proxime regiones eius nomen traxe-
 runt. Sunt enim in ea aracusia parthia assi-
 ria media & psida que regiones iuicem sibi
 coniuncte in iudum ab indo flumine sumunt. ti-
 gri clauduntur locis montuosis & asperiori-
 bus site habentes fluuios id aspem & arbem.
 Sunt enim inter se finibus suis discrete nomi-
 na a propriis auctoribus trabentes. India enim
 que in orientali parte mundi consistit & sol or-
 tum prima suscipit primitiuam potest delig-
 nare ecclesiam in gente iudea constitutam. qui
 aduentum solis iusticie prima aspexit & lumē
 verum huic orbi exortum per doctores suos in
 toto orbe predicauit. ipsa etiam aurum sapie-
 tie & argentum eloquentie gemmasque omni-
 um virtutum sufficienter habuit arboreque sem-
 per virentes hoc est homines recte fidei viridi-
 tate pollentes non paucos habuit. sed tamen
 bestiarum in similitudine non caruit omnino quia per-
 secutores christianitatis nominis plures inuenit
 & hereticorum venenosa documenta exoriri
 presensit. sed omnia signum diaboli christi vir-
 tute superauit. Assur interpretatur deprensus
 id est diabolus humanum genus deprensus in
 psalmo. Etenim inquit assur similis venit cum
 illis. Item assur diabolus vel potestates huius
 seculi significat ut est illud ysaie. Ve assur vir-
 ga furoris mei. Item ibi noli timere popule
 meus habitator sion ab assur In virga enim per-
 cuciet te & baculum suum leuabit super te in via

egipti. **R**ursū assur anticristum significat vt est illud michee prophete. **T**ūc erit pax terre nostre cum surrexerit ī ea pastores septē & octo p̄mates hominū. id est p̄dicatores legis & euangelii & indagabunt assur h̄o est anticristum ī fossa nembrot hoc ē ī dānatiōe diaboli. **A**ssiria vocata ab assur filio sem q̄ eā regionem post diluuium p̄mum incoluit. **H**oc ab ortu indiam a meridie mediam tangit ab occiduo tigrim a septentrione montem caucasū vbi porte caspie sūt. **I**n hac r̄gione p̄m̄ vsus iuentus est purpure. **V**nde p̄mum crinum & corporum vnguenta venerūt & odores quibus romanorum atq̄ grecorū effluxit luxuria. **A**ssiria que ab assur qui interpretatur vt quidam volunt dirigens. vel gradiens denominata est que etiam p̄mum p̄cipatū p̄ insolentiā in mundo arripuit significat factum imperii mūdani. **D**e quo etiam ī gene si scriptū est. **D**e terra illa exiuit assur & edificauit nineuen & roboch ciuitatem. **D**e hac terra assiriorum pullulauit imperium qui ex nomine ninueli filii ninum condiderūt urbem magnam quam hebrei appellant nineuē ad cuius vel rumā v̄l penitentiam tota iōne pertinet prophetia assirii interpretantē depmentes id est impii vel demones vt est illud hieremie. **Q**uid tibi cum illa assiriorū vt bibas aquam fluminis. **E**t in bonā partem itelligitur assirii vt dicit esaias erit israhel tercius egiptio & assirio benedictio ī medio terre. **C**edar hebreū nomen est qd̄ nostra lingua interpretatur tenebre. **H**oc ad seculi huius pertinet amatores: qui tenebrosis actib̄ ī voluti illa magis diligunt vnde pire noscuntur. **S**icut vt verbi huius breuiter noscamus originem cedar israhel filius fuit qui genti sue nomē dedit cuius fines vsq̄ ad medos persasq̄ prolata sūt h̄i nunc sarracem appellantur. **Q**uo vocabulo cōpetenter significant peccatores inter quos se adhuc habitare ecclia suspirat. **M**edia & persida a regib̄ medo & persico cognominate qui eas puincias bellādo aggressi sūt ex quib̄ media ab occasu trāsuersa parthia regna amplectit̄. a septentrione armenia circumdatur. ab ortu caspios videt: a meridie persidā. **H**uius terra medicam arborem gignit quā alia regio minime parturit. **S**ūt autem medie due maior & minor. **P**ersida tendens ab ortu vsq̄ ad indos ab occasu rubrum mare habet. ab aquilone vero meridie tangit ab austro armeniam que perside adnectitur quib̄ est susa opidum nobilissimum ī perside p̄mum orta est ars magica ad quam nembrot̄ gigas p̄ cōfusionem linguarum abut̄ ibiq̄ persas ignem colere docuit. **N**am

omnes in illis partibus solem colunt qui ipsoꝝ lingua el. dicitur. **P**ersi & medi qui r̄gnum post assirios tenuerunt significant principatum gentium qui aliquādo solaciis fouēt populum dei. **V**nde legitur in historiis veterū qd̄ cyrus rex persarum atq̄ medorum qui ī esaię vaticinio predictus fuerat soluerit captiuitatem iudaicam & templum dei cōstrui iuberet. **O**b hoc etiam seruus dei nuncupatus est ob qd̄ etiam auxilium dñi illi permisū est vt subiciat corā eo gētes & dorfa r̄gū vertat: & merito. **N**am medi & persi mensurantes siue mensurati interpretantur. **M**esura qua mensi sūt remeciebatur eis. **M**esopotaniam grecā & etimologā possidet qd̄ duobus. fluiuis ambiatur. **N**am ab oriente tigrim habet ab occiduo eufratē. **I**ncipit autem a septentrione iter montem taurum & caucasum cui a meridie sequitur babilonia deinde caldea nouissime arabia endemon. **M**esopotanea que interpretatur eleuata vñ iacob duxit vxorem significat gentilitatem vnde x̄ps exquisiuit sibi eccliam sponsam nō habentem maculam aut rugam. **N**am sicut iacob relicta domo patria vel parentib̄ perrexit ī regionem longinquam vt acciperet sibi vxorem nō aliter x̄ps reliquit parentes secundum carnem id est populum israheliticū & patriam id est hierosolimam & omnes regiones iudee & abut̄ ī gentes accepitq̄ sibi inde eccliam vt impleretur qd̄ dictum ē vocabo nō plebē meā plebā meam & nō dilectam dilectā. **B**abilonie r̄gionis caput babilon v̄br̄s est aqua etiam nuncupata est tam nobil̄ vt ca ldea & assiria & mesopotania in eius nomen aliquando transierunt. **H**anc urbem p̄mum nembrot̄ gigas fundauit. **H**ac semiramis regina assiriorum ampliauit murumq̄ v̄bris bitumine & cocto latere fecit. **V**ocabulum autem sumpsit a confusione eorū ibi cōfusa sint atq̄ permixte īgue edificatiū turrim. **B**abilonia que interpretatur cōfusio in qua principatus erat caldeorum qui interpretantur quasi demonia. vel quasi feroces significat ciuitatem diaboli in qua sempiterna confusio est & vbi demoniorum ferocitas in subuersione hominum apparet. **I**n quo regnauit nabuchodonosor qui interpretatur p̄phetia laguncule anguste & significat diabolu. **I**pse enim vastauit ciuitatem dei & templum incendit. quia sanctam eccliam insectat̄ oditis & homines qui templum dei fuerunt incendio mundane cōcupiscētie subuertere cupit. **N**am ita de eo legitur. **V**enit natuzardan princeps exercitus seruus regis babilonis hierusalem & succendit domum domini.

& domum regis & domos hierusalem omnē
 q̄ domum combussit igni & muros hierusa-
 lem in circuitu destruxit omnes exercit⁹ cal-
 deorum qui erat cum principe militum. reli-
 quam autem populi partem qui remanserat
 in ciuitate & perfugas qui transfugerant
 ad regem babilonis & reliquū vulgus trās-
 tulit nabuzardan princeps militie & reliqua
Venit nabuzardan qui interpretat ventilabrum
 siue prophetia alie iudicii & significat. an-
 ticristum iusto dei iudicio super peccatores
 princeps utiq; exercitus regis babilonis hie-
 rusalem intelligibilem & succendit domum
 domini cum antiquus hostis qui & rex cōfu-
 sionis & princeps omnium iniquorum est tā
 malignorum spirituum quam etiam impio-
 rum hominum plebem inuadit fidelium &
 domum regis & domos hierusalem id est re-
 ctiores & eos qui videbantur in visione pacis
 manere inflammatos cupiditate subuertit
 omnemq; domum combussit igni. cum vni⁹
 cuiusq; conscientiam per flammam illiciti a-
 moris perturbauit & muros hierusalem i cir-
 cuitu destruxit. cum intentionem orationis
 & virtutum studia que contra se valere nouē
 in desperantibus dissoluit ne per spem venie
 ad diuina currat auxilia & correctoris vite.
 apprehendat munimina populūq; in capti-
 uitate ducens de pauperibus terre reliquit
 vitiores & agricolas quia eos qui vtilis
 verbo & exemplo esse poterant per vicia cap-
 tiuans stultis & hebetibus commendat a-
 griculturam quatinus non vinum gratie spi-
 ritualis & frumentum sane doctrine in vine-
 is & agris populorum fructificet sed spi-
 ne magis & tribuli viciorum excrecant.
Babilon quoq; mundus aut roma est vt in a-
 pocalipsi legitur **E**t babilon magna venit in
 memoriam ante dominum dare calicem vini
 indignationis ire eius. & in ysaya. & erit ba-
 bilon illa gloriosa in regnis inclita in supbia
 caldeorum sicut subuertit deus sodomam &
 gomorram non habitabitur vsq; in finem. &
 i hieremia. calix aureus babilon in manu do-
 mini inebrians omnem terram subito cecidit
 babilon & contrita est. **A**rabia appellata id
 est sacra. **H**oc enim significat interpretata
 eoq; sit regio turiferos odores creans hinc e-
 nim greci endemon nostri beatā nominauerūt
 in cuius saltibus & myrra & cinnamum per-
 uenit **I**bi nascitur avis fenix sardonix gemma
 & hirus molocides & pedorata ibi inueniūt
Ipsa est & saba appellata a filio chus qui nun-
 cupatus est saba. **H**ec autem angusto terre
 tractu ad orientem vers⁹ ad persicum sinum
 extenditur cu⁹ septentrionali a caldea clau-

dit occasum sinus arabicus. **A**rabia que int-
 pretatur humilis siue campestris terrenam
 significat delectationem. **V**nde scriptum est
 in psalmo **R**eges arabum & saba dona addu-
 cent. **A**rabum ponitur pro hominibus suauis
 & terrena se delectatione tractantibus. **N**ā
 sicut illa patria diuersis aromatibus sensum
 varium mulcet. ita isti ad delectationes mol-
 lissimas illecebris secularibus inuitantur. **R**e-
 ges ergo arabie sunt qui blandimenta corpo-
 rum rigide subiiciunt discipline. **S**imiliter
 saba vnde sabei dicti sunt quamuis corporali
 delectatione preualeat & iocundis odoribus
 sit referta. suauiora tamen conuersi eius po-
 puli offerunt dona virtutum. **S**iriam sirus
 quidam perbibetur indigena suo vocabulo
 nuncupasse. **H**ec ab oriente fluuiio eufrate ab
 occasu mari nostro & egypto terminatur ha-
 bens a septentrione armeniam. & capodoci-
 am. **A** meridie sinum arabicum situs eius por-
 rectus i immensam longitudinē in lato angu-
 stior. **S**iria enim significat superbiam gen-
 tium que sepius affligebat populum dei. **V**n-
 de scriptum est qd benedab rex syrie cōgre-
 gauit omnem exercitum suum & xxxii. re-
 ges secum & equos & currus & ascendens
 pugnabat contra samariam & obsidebat eā
 & reliqua. **M**ystice benedab hostis israel si-
 gnificat diabolum omnium bonorū inimicum
 qui diuersos exercitus malignorum spirituum
 ad subuertendum populum dei cōtrahit. **S**i-
 per pueros principum israel vincitur cum
 per bonos auditores sanctorum doctorum q̄
 id. qd aure audiunt factis implere nituntur
 iniquus hostis in fugā vertitur. omnisq; su⁹
 exercitus a militibus cristi turbatur. **F**ugit
 quoq; benedab rex syrie in equo cum equitibus.
 nec nō egressus rex israel percussit eqs
 & currus & percussit siriam plaga magna.
Quid est qd benedab rex syrie in equo cum
 equitibus fugere describitur. nisi qd prin-
 ceptus omnium iniquorum diabolus quorum
 oculi sublimes sunt siria enim interpretatur
 sublimis in equo sue superbie confidens cum
 equitibus suis scilicet omnibus superbis quia
 est caput super omnes filios superbie ab ex-
 ercitu xp̄i hoc est humilibus & deum timen-
 tibus superat⁹ in fugam vertitur. **H**abet au-
 tem siria in se prouincias commagenam feni-
 ciam & palestynam. cuius pars est iudea absq;
 q̄ sarracenis & nabathenis. **C**ommagena pri-
 ma prouincia syrie a vocabulo commage vr-
 be nuncupata que quondam ibi metropolis
 habebatur. huius est a septentrione ab ortu
 mesopotania a meridie siria ab occasu mare
 magnū. **F**enix cadini frater de thebis egypt

tiorum in siriā profectus apud sidonem re-
gnauit. eamq; prouinciam ex suo nomine fe-
niciā appellauit. Ipsa est vbi est tirus ad quā
esaias loquitur. Habet autem ab oriente ara-
biam a meridie mare rubrum. **Palestina** pro-
uincia philistinū urbē metropolim habu^t que
nunc dicitur ascalon ex qua ciuitate omnis cir-
ca eam regio palestina est nuncupata. Huius
ab oriente mare rubrum occurrit a meridia-
no latere iudea excipitur a septentrionali pla-
ga tiorum finibus clauditur ab occasu egip-
tio limite terminatur. **Iudea** regio palestine
ex nomine iude appellata ex cuius tribu reges
habuit. Hec prius chanaan dicta a filio chā
sue a decem chaneorum gentibus quibus
expulsis eandem terram iudei possederunt.
Incium longitudinis eius a vico arfa vsq; ad
vicum iuladem porrigitur: in quo iudeorum
pariter ac tiorum communis habitatio est
Latitudo autem eius a monte libani vsq; ad
tiberiadis lacum extenditur. In medio autē
iudee ciuitas hierosolima est quasi vmblicus
regionis & totius terre variarum opum di-
ues. frugibus fertilis. aquis illustris: opima
balsamis. **Vnde** secundum elementorum gra-
tiam existimauerunt iudei eam promissam
patribus terram fluentem melle & lacte cū
hic illis deus resurrectionis prerogatiuam
pollicetur. **Iudei** confessores interpretantur.
& iudea interpretatur confessio. **Mystice** san-
ctam ecclesiam significat: in qua dominus re-
cta fide pia confessione & bonis operibus sem-
per laudatur. **Cuius** etiam tipum hierusalē
que interpretatur visio pacis tenet. quia ille
inde conspicitur qui est pax nostra & fecit
vtraq; vnum. **Sed** & hoc notandū quod & hie-
rusalem secundum historiam ipsa est vrbs in
qua dñs crucifixus ē & sepultus & resurrex-
it a mortuis. ad quā saluator in euangelio ait.
Hierusalem hierusalem que occidis prophe-
tas & lapidas eos qui ad te missi sūt & cete-
ra ipsam gentem exprimens que in hierusalē
& in confinibus eius habitabat. **Allegorice**
autem significat presentem ecclesiam de qua
scriptum est. **Hierusalem** que edificatur vt
ciuitas. **Tropologice** autem significat. fide-
lem animam que pura mente dominum con-
templatur iuxta anagogen ergo celestem pa-
triam & sanctorum angelorum atq; hominū
habitationem in celis de qua dicit apostolus
Hierusalem que sursum est que est mater no-
stra. De qua iohannes apostolus in apocalip-
si sua sufficienter narrat & structuram eius
de lapidibus preciosis hoc est hominibus san-
ctis mystice describit. **Samarita** regio palesti-
ne ab opido quodam nomen accepit que vo-

batur samaria ciuitas quondam regalis in is-
rael que nūc ab augusti nomine sebastia nū-
cupatur. **Hec** regio inter iudeā & galileā
media iacet incipiens a vico cui nomen est o-
leas deficiens in tra ararath. situs eius na-
tura consimili nec vllō differens a iudea. **Sa-**
maria enim custodia interpretatur. inde nū-
cupata quod translatis decem tribubus a chal-
deis alie gentes ab eis substitute sunt que e-
ram custodirent. **Solent** autem samariā ido-
latrie imaginem sustinere ipsi enim separati
a populo iudeorum simulacris multorum ani-
malium id est faccis aureis animarum suarū
decus addixerant. **Possunt** etiam in samari-
tanis & heretici accipi qui videntur legis dei no-
ticiam habere sed errorū suorum simulacra
non cessant colere & ideo separati a populo
dei nullam possunt communionem habere.
Iturea & draconites regio cuius tetrarcha
fuit philippus sicut in euangelio legimus.
Traconitis autem dicitur terra iuxta deser-
tum arabie quod bostre iugitur. **Iturea** sicut
est & interpretatur montana. **Galilea** regio
palestine vocata quod gignat candidiores ho-
mines quam palestina. **Hec** autem duplex
est superior & inferior sibi tamen connexe
sirie & fenicie adherentes. **Terra** eorum opi-
ma & ferax & fructibus satis fecunda. **Inter-**
pretatur autem galilea rota siue transmigra-
tio facta reuelatio. que aliquando significat
presentis vite cursum vt est illud in euangelio
vbi de saluatore dictum est. reliquit iudeam
& iterum venit in galileam **Quid** ē reliquit
iudeam nisi reliquit infidelitatem illorum qui
eum recipere noluerunt & lapidem quem e-
dificare debuerunt reprobauerunt. & abiit
per apostolos in galileam id est in uolubilita-
tem huius mundi precipiens apostolis. ite-
docete omnes gentes baptisantes eos in noīe
patris & filii & spiritus sancti. **Quid** autem
galilea in transmigratione significet ostendit
illud quod angelus ad monumentum domini post
resurrectionem eius mulieribus ait. **Prece-**
det vos in galileam ibi eū videbitis ecce dixi
vobis. **Iam** quippe redemptor noster a passi-
one ad resurrectionem a morte ad vitam a
pena ad gloriam a corruptione ad incorrup-
tionem transmigrauerat. prius post resurre-
ctionem in galilea a discipulis videtur quia
resurrectionis eius gloriam post leti videbi-
mus. si modo a viciis ad virtutum celsitudi-
nem transmigramus. **Qui** ergo nunciatur in
sepulcro in transmigratione ostenditur quia
is qui in mortificatione carnis agnoscitur in
transmigratione mentis videtur. **Secundum**
illud autē quod galilea interpretatur reuelacō

non iam in forma serui intelligendum est sed illa in qua equalis est patri quam promisit apud iohannem dilectoribus suis cum diceret. **E**t ego diligam eum & ostendam me ipsum illi non utique secundum id quod iam videbatur & quod iam resurgens cum cicatricibus non solum videndum sed etiam tangendum per modum ostendit. sed secundum illam ineffabilem lucem que illuminat omnem hominem venturum in hunc mundum secundum quam lucet in tenebris & tenebre eam non comprehendunt. **I**lluc nos precessit unde ad nos veniens non recessit. & quo nos precedens non deseruit. **I**lla erit reuelatio tanquam vera in galilea cum similes ei erimus. **I**bi eum videbimus sicut est ipsa erit etiam beatior transmigratio ex isto seculo in illam eternitatem si eius precepta sic amplectamur ut ad eius dexteram segregari mereamur. **P**entapolis regio in confinio arabie & palestine sita dicta a quinque ciuitatibus impiorum que celesti igne consumptae sunt terra amplius ab hierosolimis olim verberata nunc autem deserta atque exusta. **N**am pro scelere incolarum de celo descendit ignis qui regionem illam in cineres eternos dissoluit illos umbra quedam & species in fauillis & arboribus ipsis etiam adhuc videtur. **N**ascuntur enim ibi poma virentia sub tanta specie maturitatis ut edendi desiderium gignant si carpas fatiscunt. ac resoluantur in cinerem fumumque exalant quasi adhuc ardeant. **N**am pentapolis a numero deriuatum nomen habet quasi quinque ciuitatum regio. **D**enique bevero ciuitates in ea consite sunt hoc est sodoma que interpretatur pecus siliens gomorra que interpretatur populi timor vel seditio. adama que interpretatur humus siue terra siue terrena. seboim que interpretatur caprearum vel dammularum. siue statio eius mare vel staco maris. segor que interpretatur parua. **H**ec autem regio quia diuino iudicio propter scelera sua exusta est. significat eos qui quinque sensibus corporis suis abutuntur in luxuria & voluptatum terrenarum frum rei sunt eterni incendii si non eis penitentia & correctio peruersorum morum ante subuenerit. **E**gyptus que prius aeria dicebatur. ab egipto dani fratre postea ibi regnante nomen accepit. **H**ec ab oriente syrie ac rubro mari coniuncta ab occasu libiam habet. a septentrione mare magnam a meridie vero introrsus recedit per tendens usque ad ethiopes regio celi imbris insueta & pluuiarum ignara. **N**ilus solus eam circumfluens irrigat & inundatione fecundat. unde & ferax frugibus multam partem terrarum frumento alit ceterorum quoque ne-

gociorum adeo copiosa ut impleat necessariis mercibus etiam orbem terrarum. **I**nterpretatur autem egiptus tribulatio coangustans & significat vanum laborem quem iniqui exercent in hoc mundo estuantes per auariciam lucri seculi sectando & negocia mundi exercendo ubi nunquam animabus suis requiem inueniunt sed de tribulatione huius vite in angustiam peruenient sempiternam. **P**otest autem egiptus mundum significare ad deum conuersum ut in psalmo **V**enient legati ex egipto. **E**t in esaiam. **I**n die illa erit altare domini in medio terre egipti. **C**lamabunt enim ad dominum a facie tribulationis & mittet eis saluatorem & propugnatorem qui liberet eos. **I**tem in malam partem intelligitur ut est illud ezechiele. **C**um dederam terram egipti desolatam. **D**eseretur autem terra a plenitudine sua quando percussero omnes habitantes eius. **I**tem amos dicit egiptus in desolatione erit & idumea in desertum perditionis. **S**ciythia sicut & gotta a amagog filio iafet. fertur cognominata. cuius terra olim ingens fuit. **N**am ab oriente indie. a septentrione per paludes metocides inter danubium & oceanum usque germanie fines porrigebatur. **P**ostea vero minor effecta a dextra orientis parte quae oceanus syricus tenditur usque ad mare caspium quod est ad occasum. de hinc a meridie usque ad caucasi iugum deducta est. cui subiacet iscania ab occasu habens pariter multas gentes propter terrarum infecunditatem late vagantes ex quibus quedam agros incolunt quedam portentuose ac truces carnis humanis & eorum sanguine viuunt. **S**ciythie plures terre sunt locupletes. habitabiles tamen plures. **N**am dum in plerisque locis auro gemmis affluant grifforum immanitate accessus hominum rarus est. smaragdus autem optimis hec patria est. **C**ianeus quoque lapis & cristallus purissimus sciythie est. **H**abet & flumina magna osorum faliden atque araxen. **S**ciythia enim que calore caret & frigore semper dure scilicet illos significare potest qui a calore spiritus sancti extranei sunt. & sub illius regno consistunt qui dixit. **P**onam thronum meum ad aquilonem & ero similis altissimo. de quibus apostolus ait. **A**bundauit iniquitas refrigeret caritas multorum. quorum truculentia carnis humanis vescitur & eorum sanguine viuunt dum innocentes ledere non desistunt & per auariciam eorum necessarios sumptus in proprium questum conuertunt. **I**lli autem qui ex his in locuplete terra & habitabili degent eos significant qui de errore gentiliu & idolatria conuersi ad terram ecclesie veniunt ibique

sincera fide lucidi & preciosarum virtutum gemmis semper virentes celesti conuersatione future patrie viuunt. Quorum iuxta apostolū conuersatio semper in celis est: & in carne ambulantes non secundum carnem militāt sed ea que sursum sunt querunt vbi & christus est in dextera dei sedens & que sursum sunt sapiunt non que super terram. Armenia nuncupata ab armeno iasonis tessali comite qui amisso rege iason & collecta multitudine eius que passim vagabatur armeniam cepit & ex suo nomine nūcupauit. Sita est autem inter taurum & caucasū a capodocia vsq; ad caspium mare protensa: habens a septentrione ceraunios montes e quibus tigris fluiuius nascitur. & in cuius montibus arca diluuii sedisse perhibetur. Interpretatur autem araratb armenia siue mons bellicatus. Araratb ipsa est armenia. Siquidem in montibus araratb arca post diluuium sedisse perhibet & dicuntur ibidem vsq; hodie eius manere vestigia. Meminit horum montium & hieremias in visione contra babilonem. iosephus quoq; in primo antiquitatum iudaicarum libro secularium literarum historiā proferens animaduertens inquit noe terram diluuii liberatam septem alios dies abire permisit & vniuersa animalia bestiasq; patentibus claustris emittens. ipse cum sua prole egressus est immolans deo hostias gaudensq; cum liberis. Hūc locum armeni exitum vel egressum vocant. Siquidem ibi cultores illarum regionum arcam primum sedisse testantur & lignorum quedam superesse monumenta arce huius & diluuii omnes qui barbaras scripsere hystorias recordantur quorum est berosus chaldeus qui super diluuium referens hec locutus est. Dicitur huius nauis in armenia ppter montem carduenorum pars aliqua permanere & quosdam bitumen ex ea auellentes circumferre quo vtuntur vlt maxime hi qui lustrantur & se expiant. Sed & hieronimus egyptius qui antiquitates phoenicum pulchro sermone cōscripsit & naseas & multi alii. nicolaus quoq; damascenus in xxvii. libro refert. Est in armenia super immadē mons nomine beris ad quem multos in diluuiū cōfugisse autumant ibiq; esse saluos: alios vero in arce alueo supernatantes ad eius verticem peruenisse & vsq; ad multas etates lingua arce monstrari solita quos quidē ego puto non esse alios nisi eos quos moyses legifer iudeorum in suis voluminibus edidit. Mistice aut araratb siue armenia mundi istius principatum vel populum gentium significat potest. Qui bene mons bellicatus dicitur. quia

ab altitudine superbie & idolatrie errore auulsus sancte se subdit ecclesie que est arca dei viui: & omnium animantium hoc ē hominū continet in se genera: & in celsitudine virtutū consistens deuotionem futuram expectat in regno celesti. Capodocia vrbs proprie nominatur. Hec in capite sirie sita ab oriente armeniam tangit: ab occasu asiam minorem: ab aquilone mare cimericum & hemisterios campos quos habuere amazones a meridie taurum montem cui subiacet cilicia & bisauria vsq; ad cilicum sinū qui spectat contra insulam cyprum. Terra eius ante alias nutritrix equorum. Alis amnis per eam fluit qui quondā lidie regna disunxit a persis capadocie autem interpretatur manu redempta. Hec quoq; triplice significare potest sanctam ecclesiam que xpi domini nostri operatione a potestate diaboli redempta est. Asia minor ab oriente capodocia cingitur. ab aliis partibus vndiq; mari circumdatur. Nam a septentrione pontus eusum habet. ab occasu propontidem. a meridie egyptium mare. Habet prouincias bithiniam frigiā gallaciam lediam cariam. pampphiam isauriam liciam. Habet autem hec insule. vii. ciuitates istas hoc est ephesum. smirnam pergamum thiatiram sardis. philadelphiam laodiciam. Interpretatur vero asia eleuata siue gradiens. ecclesiam significans ad superna virtutum gradibus proficietem vnde iohannes in apocalypsi prenominatis septem ecclesiis que sunt in asia. Nam ephesus interpretatur voluntas siue cōsiliū meum quod ē ecclesia voluntate & cōsilio dei electa. smirna interpretatur canticum eorum hoc est fidelium confessio. Pergamus interpretatur diuidens cornua eorum id est ecclesia hereticorum timores vel aeriarum potestatum repertamenta dissecans. thiatira interpretatur illuminata ecclesia videlicet sole iusticie illuminata. Sardis interpretatur principium pulchritudinis hoc est ecclesia domini nostri ihesu christi qui ē principium pulchritudinis. S3 philadelphia interpretatur saluans id est ecclesia proprios saluans populos. laodocia que interpretatur tribus amabilis significat ecclesiam que est amabilis deo. Gallatia dicta a prisca gallorum gentibus a quibus extitit occupata. Nam galli in auxilium a rege bithinie euocati ignum cum eo parta victoria diuiserunt sicq; deinde grecis admixti primum gallo greci nunc ex antiquo gallorum nomine galathe dicuntur & eorum regio galatia nuncupatur. Interpretatur autem galatia magna siue translata. & merito quia ab errore translata in fidei virtute facta est

magnifica. **Frigia** dicta a frigia europis filia
Hec & dardania a dardano iouis filio dicta
 de quo homerus ait. **Quem** primus celesti iu
 piter arce. **Hic** enim profectus de corinthe
 ciuitate primus venit in frigiam. **Est** autem
 regio troadi supiecta ab aquilonis parte ga
 latie a meridiana vicina est licaonie ab orien
 te lidie adberet ab occidente elleponto ma
 ri terminatur. **Huius** regio troia est quam
 ex suo nomine appellauit tros troianarū rex
 ganimedis pater. **Due** sunt aut frigie maior
 & minor. **Maior** frigia smirna habet. minor
 frigia ilium & licaoniam. **Interpretatur** autē
 frigia scissio pectorum licaonia vero interpre
 tatur ad suscitandum. **Lidia** autem a lido re
 gis fratre qui in prouincia rmanerat cogno
 minata est. **Coniungitur** autem ab occidēte
 minori frigie ab ortu smirnam urbem habet
 quem elles fluuius cingit. cuius campus pa
 ctulus & therinus circumfluūt arenis aure
 is ditissimi. **Lidia** autem interpretatur defe
 cata. **Isauria** ex situ loci perhibetur cog nomi
 nata. qđ vndiq; aperta aurarum flatibus pa
 teat. **Metropolim** urbem seleucia habet. **Ci**
 licia a cilice quodam nomen traxit quem or
 tum fenice dicunt antiquoremq; ioue fuisse
 asserunt. **Plurima** iacet campis recipiens ab
 occiduo liciam a meridie mare siccum a ter
 go montis tauri iuga. **Hanc** cign9 intersecat
 matrem urbium habet tharsum. **In** ea & co
 riscos opidum est vnde crocum plurimum
 & optimum venit spiramine flagratior & co
 lore plus auro. **Interpretatur** autem cilicia
 coetus aut luctus. vel assumptio vel vonit9
 eius. **Hec** tipice personam penitentium ge
 rit qui peccata sua quotidie i ieiunio & ora
 tione deplorant & a domino veniam depre
 cantur. **Licia** nuncupata qđ ab oriente adiu
 cta cilie sit. **Nam** habet ab ortu ciliciam ab oc
 casu & meridie mare. a septentrione cariam
Ubi est mons cimera qui nocturnis estibus ig
 nem exalat sicut in sicilia ethna & vesu
 u9 in campania. **Interpretatur** autem licia la
 crimans. **Albus** regio idumeorum que nunc
 gabalene dicitur vicina petre ciuitate. **Amale**
 chites regio i deserto ad meridiem iudee ēns
 urbem petram euntibus ailam. cui9 & scrip
 tura recordatur dicens. **Amalech** habitat in
 terra ad austrum sed & iuxta eum alius cha
 naneus habitabit qui & dimicauit contra fi
 lios israhel in deserto de quibus ita scribitur
Amelech autem & chananeus habitant i ual
 le. **Argob** regio regis basan supra iordanen
 in forte dimidie tribu manasse & est vsq; ho
 die vicus circa gerafa urbem arabie xv. ab ea
 milibus distans contra occidentem qui arga

appellatur qđ interpretatur simmachus me
 suram. **Interpretatur** autem argob maledic
 ta sublimitas. **Et** que est maledicta sublimi
 tas nisi fastus superbie que interpretatur a
 natbema tristicie. **Ermon** regio ebreorum
 est quam obtinuit hiesus. **Ebreus** vero quo
 plegente scripturas didici affirmat montem
 hermon paneade imminere quam quondā te
 nuerunt euei & amorrei de quo nūc est iue ni
 ues tiz ob delicias deferūtur. **Cene** regio pn
 cipum idumeorum interpretatur possessio.
Euila ubi aurū purissimum qđ ebraice dici
 tur zaab & gemme preciosissime carbunculo
 smaragdus qđ nascuntur. **Est** autem regio ad
 orientem vergens quam circuit de paradiso
 phison egrediens quem nostri mutato nomi
 ne gangen vocant. **Sed** & vnus de minoribus
 noe euila dicitur est quem iosephus refert cū
 fratribus suis a flumine cofene & regione in
 die vsq; ad eum locum qui appellatur bicira
 possedisse. **Sed** & ismabel in solitudine euila
 habitasse scribitur quam sancta scriptura a
 it. esse in deserto sur contra faciem egipti &
 tendere vsq; ad terram assirioz. **Interpretat**
 autem euila dolens siue parturiens. **Efratha**
 regio bethleem ciuitas dauid in qua natus
 est cristus. **Est** autem in tribu iuda. licet ple
 riq; male estimant ni tribu beniamin iuxta vi
 am vbi sepulta est Rachel quinto miliario ab
 hierusalem in eo loco quia lxx vocatur hippo
 dromus sicut legimus in libro paralippome
 non. **Interpretatur** autem efratha vbertas
 siue puluerulenta. **Elatb** regio principum e
 dom & ciuitas esau i decimo a petra miliario
 contra orientem. **Interpretatur** enī elatb ad
 solum vř solitarius aut vnus. **Philistim** que
 nunc dicitur ascalon & circa eā regio est pa
 lestine. **Philistim** enim interpretatur ruina
 duplex. **Gerara** excuius nomine geratinea
 vocatur regio transdoromam procul ab eleu
 teropoli. milibus xxv. ad meridiem. **Erat** au
 tem olim terminus cananeoꝝ ad australem p
 tem & ciuitas metropolis palestine. **Scriptu**
 ra commemorat fuisse eam in tercaedes & sur
 hoc est inter duas solitudines quarum vna e
 gipto iungitur ad quam ppl's tranl fretum
 rubri maris peruenit. **Altera** vero cades
 vsque ad sarracenorum heremum extendi
 tur. **Interpretatur** autem gerara ruminatio
 nem vidit siue macherias. **Cesse** regio egipti
 in qua habitauit iacob cum liberis suis. **Ces**
 se interpretatur appropinquas ad palpatio
 eorum siue viciuitas. **Idumea** regio esau que
 ex eo qđ ille edom vocabatur nomen accepit
Est autem circa urbem petrā que nunc dici
 tur gabalene. **lotheth** regio principum edom

in eadem de qua & supra diximus gabalene
Messe regio indie in qua habitauerunt filii
 iectan filii eber. **Messe** quippe interpretat
 aqua rara v^l elatio. **Theman** regio principu
 edom in terra gebaletica theman filio elifaz
 esau sortita vocabulum sed vsq; bodie est vil
 la theman nominedistans ab vrbe petra. v.
 milib; vbi & romanoz; militu presidiu. Sed
 de quo loco elifaz rex themanorum vnusq; fi
 liorum ismabel appellabatur theman. **Scien**
 dum autem qd; omnis australis regio ebrai
 ce theman dicitur. Interpretatur autem the
 man auster. vel affricus. **Cedar** de quo in
 ezechieli principes cedar leguntur. sed & hie
 remias & esaias in visione arabie huius voca
 buli recordantur. Est autem regio in bere
 mo sarracenorum a filio ismabelis cedar ita
 cognominata. **Cedar** autem interpretatur
 tenebre vel meror. **Gotba** regia assiriorum
 gotba interpretatur principium. **Decapolis**
 sicut in euangelio legimus decem urbium re
 gio est trans iordanen circa hippum & pella
 & gadaram **Fathures** regio egypti iuxta hie
 zebielem & hieremiam i qua profugi habi
 tauere iudei. **Fathures** vero interpretatur
 oris exploraco siue bucella luminis vel os tur
 turis. **Gellam** sur regio allophiorum porro
 gela interpretatur migra vel transmigranti
Gessur regio alienigenarum in siria. nam ge
 sur interpretatur iuxta lumen meum vel ap
 plicans se lumine meo. **Galilea** dicitur regio
 Nam due sunt galilee quibus vna galilea ge
 tium vocatur vicina finibus tirorum vbi &
 salomon xxv. ciuitates donauit hiram regi
 tiro in sorte tribus neptalim. altera galilea
 dicitur circa tiberiadem & stagnum genesa
 reth in tribu zabulon. Interpretatur autem
 galilea volutabilis aut transmigratio perpe
 trata vel rota. **Camela** regio idumeorum
 pro qua aquila & simmachus interpretatur
 vallem salis. **Macha** regio regis gessur inter
 pretat macha mollitus siue contractus. **Ma**
sagam regio moabitarum vt scribit hieremi
 as. **Masaga** interpretatur requirentem siue
 retinentem. **Misor** regio moab iuxta hieremi
 am interpretatur directa siue campestris vel
 tribulatio **Masath** regio moabitarum sicut
 in hieremia legimus. **Posita** est autem & su
 pra i esaias. Interpretatur autem masath aq
 rum impetus habens tempora. **Maon** regio
 moabitarum iuxta hieremiam. **Maon** inter
 pretatur habitaculum. **Magedan** ad cuius fi
 nes matheus euangelista scribit dominum p
 uenisse sed & marcus eiusdem nominis reco
 datur nunc autem regio dicitur magedana
 circa gerasan. **Magedon** enim interpretat

porum eius siue cenacula eius. **Nebeoth**
 regio de qua scribit esaias. Nam nebeot int
 pretatur prophetans. **Ofyr** est locus vn
 de sicut in regnorum libris legimus aurum
 afferebatur salomoni fuit autem vnus de po
 steris eber nomine ofyr ex cui9 stirpe venie
 tes a fluuio cofene vsq; ad regionem indie que
 vocatur bieria habitasse refert iosephus a q
 puto & regionem vocabulum consecutam.
Ofir autem interpretatur ignominia. **Reb**
latha regio est babiloniorum siue vrbs quam
 nunc antiochiam vocant. **Reblatha** vero int
 pretatur multa ista siue multitudo. **Saron**
 cuius & esaias meminit dominus in paludes
 versus est saron. **Vsq;** ad presentem autem
 diem regio inter montem thabor & stagnum
 tyberiadis appellatur sed & cesaria palesti
 ne vsq; ad opidum ippe omnis terra que cer
 nitur dicitur saronas. Interpretatur vero sa
 ron princeps meroris. **Sefela** sicut scribit esa
 ias pro qua aquila campestris simmachus
 vallem interpretantur vsq; bodie omis regio
 iuxta eleutheropolim capestris & plana que
 vergit ad aquilonem & occidentem sefela di
 citur. **Thalassar** regio est syrie thalassar
 autem interpretatur appensus princeps. e
 thiopum regio ab indo flumine consurgens
 iuxta egyptu in nilum & oceanum in meri
 die sub ipsa solis vicinitate iacet. **Canaan**
 filius cham obtinuit terram a sidone vsq; ad
 gazam quam iudei deinceps possederunt eie
 ctis chananeis. Interpretat autem canaan
 motus eorum vel negociator: aut huius **Si**
 gnificat autem canaan cupidos & auaros i
 furmarum i rum & sectatores secularium ne
 gociorum quos amouendos a suis sedibus co
 stat quia mundus transit & concupiscentia
 eius. **Pontus** regio multarum gentium iux
 ta mare poticum quod asiam europamq; di
 stermminat. **Pontus** vero interpretatur in
 clinans. **Saronas** que interpretatur campe
 stris regio est palestine vsq; ad opidum iop
 pe pertingens. **Sarona** quoque interpreta
 tur cantans tristitiam. **Post** asiam ad euro
 pam stilum vertimus. **Europa** quippe vt
 gentiles ferunt agenoris regis libie filia fu
 it. & partem terciam orbis ex eius nomine
 appellauit. **Iste** est autem agenor libie filius
 ex qua libia id est affrica fertur cognomina
 ta. **Vnde** apparet prius libium accipisse vo
 cabulum postea europam. **Europa** autem in
 terciam partem orbis diuisa incipit a flumi
 ne tanai descendens ad occasum per septen
 trionalem oceanum vsque in fines ispanie
 cuius pars orientalis & meridiana a ponto

lib
conflurgens tota mari magno cōiungitur & in insulis gadis finitur. **P**rima europe regio scythia inferior que a meotidis paludibus incipiens inter danubium & oceanū septentrionalem usque ad germaniam porrigitur que terra generaliter propter barbaras gentes quibus inhabitatur barbarica dicitur. **H**uius pars una alama est que ad meotidas paludes pertingit. post hanc dacia ubi & gothia. deinde germani ubi plurimam partem sueui incoluerunt. **G**ermania post scythiam inferiorem a danubio inter renū fluvium oceanūque conclusa cingitur. **A** septentrione & occasu oceano ab ortu vero danubio. a meridie renū flumine dirimitur terra dives virium ac populis numerosis & immanibus. **V**nde & propter fecunditatem gignendoque populorum germania est dicta. **G**ignit aves ircanias quarū penne nocte perlucunt. **V**nifontes quoque feras & vros atque alces parturit. **N**utrit & gemas. cristallum & succinum gallaicum quoque viridem & ceraunium candidum. **D**ue sunt autem germanie superior iuxta septentrionalem oceanum inferior circa renū. **p**rouincias autem quas danubius a barbarico ad mediterraneum mare secludit prima est messia a messium prouentu vocata. **V**nde & eam veteres cereris horreum nuncupabant. **H**ec autem ab oriente hostis danubii iungitur: ab euro vero thracie a meridie machedonie: ab occasu istrie copulatur. **P**ost messiam autem pannonia est: inde noricus ager frigidus & partius fructuosus. postquam reticū frugibus ferax qui excipit galliam bellicā. **T**hracie tras iafeth filius veniens nomen dedisse perhibetur: alii a seuitia icolarum thraciam appellatam dixerunt. **H**uic ab oriente propontis & vrbs constantinopolis opposita est. **A** septentrione vero isther obtenditur. a meridie vero egeo mari adberet: ab occasu machedonia illi subiacet cuius regionem olim diuersi populi massagete sarmate scythe & alie plurime nationes incoluerunt. **A**mpla enim ideoque plurimas continuit gentes. **E**brū fluvium thracia fudit qui etiam gentes barbarorum plurimas tangit. **G**recia a greco rege vocata qui cunctam eam regionem incoluit. **A**ndromacha de pyrro molosum genuit a qua pars epiro molosia dicta est. **S**unt autem prouincie grece vii. quarum prima ab occidente dalmatia inde epiros inde elladas inde thessalia. inde machedonia. inde achia & due in mari creta & ciclades. **I**lliricū autem generaliter omnis greca est. **D**almatia a delum maxima eiusdem prouincie ciuitate traxisse nomen perhibetur adberet autem ab oriente

machedonie: a septentrione messie ab occasu bistria terminatur. a meridie vero adriatico sinu clauditur. **E**piros a pyrro achillis filio cognominata cuius pars caonia que ante molosia dicta est a moloso filio pyrri quem de andromacha habuit sed postquam occisus est pyrros orestis insidiis. andromacham helens suscepit: tenuitque regnum. primigni qui successerat patri a qua molosia dicta est pars epiro quam elenus postea a fratre caone quem in venatu per ignorantiam dicitur occidisse caoniam nominauit quasi ad solatiū fratris extincti. **E**llades dicta a rege ellano deucalionis & pyrre filio a quo & prius greci ellenes nuncupati sunt. **I**psa est attica terra atque prius dicta. **N**am granus quidam grece indigena fuit ex cuius filia attes nomine attica terra est vocata hec iter machedoniam & achiam media iacet archadie a septentrionali parte coniuncta. **I**psa est vera greca ubi fuit athenas ciuitas mater liberalium literarum & philosophorum nutritrix qua nihil habuit grecia clarius atque nobilius. **I**n ea est & marathomus campus opinione quondam prelii cruentissimus. **E**lladas autem due sunt prouincie boecia & peloponensis. **B**oecia autem dicta hac ex causa. **D**um catibmus agenoris filius europam sororem a ioue raptam ex precepto genitoris quereretur nec reperiret: patris iram formidans confirmato animo elegit exilium. **N**ā bouis forte conspecte secutus vestigia amplexus est sedem ubi ille recubuerat: sicque locum de nomine bouis boeciam ubi & thebas urbem construxit in qua olim ciuilia bella detonauerunt & ubi nati sunt apollo & hercules maior ille thebanus. **E**adem est eonia vocata a fonte quodam apollinis & musis consecrato qui in eadem boecia est. **P**eloponensis vero secunda pars elladis a peloporege nata atque vocata. **T**hessalia a thessalorege cognominata que ad meridianam plagam machedonie coniuncta est. cuius a tergo pieria est. **M**ulta in thessalia flumina & opida. inter quas precipue thessalonica. **I**bi est & mons parnasus quondam appollini consecratus thessalia patria achillis & origo lasitarum fuit de quibus fertur quod hi primo equos frenis domuerant. **V**nde centauri dicti sunt. **I**n thessalia primum solidi aurei facti sunt mandorum quoque equorum usus. **r**eperitus est **M**achedonia in exordio ab emachio rege emachia uome erat. sed macedo deucalionis maternus nepos postquam ibi accepit principatum mutauit uocabulum machedoniamque a suo nomine dixit. **E**st autem confinis ab oriente egeo mari: a meridie achie. ab occasu

dalmacie a septentrione messie patrie alexandri
 magni & regio aureis venis argentiq; opti-
 ma lapidem quem peaniten vocant ista gignit
 mons olympus in ea est qui excellenti verti-
 ce tantus attollitur vt in cacumine eius nec
 nubes nec venti sentiantur. **Achaia** ab atheo
 rege & vrbe & provincia appellata est. Hec
 pene insula est. Nam absq; septentrionali par-
 te qua machedonie iungitur vndiq; septa est
 mari. **Ab oriente** enim habet mirttheum ma-
 re. ab euro creticum. a meridie ionium. ab af-
 frico & occasu cassiopas insulas. a sola septen-
 trionali parte machedonie vlt attice terre ad-
 iungitur. **Huius** caput est vrbs corinthus
 grecie dec9. **Mach9** achae flui9 **Arcladia**
 sinus **Achae** est vt platani folium inter io-
 nium & egeum mare exposita quam arcas-
 iouis & caliste filius pelagis in declinatione
 redactis ex suo nomine arcadium nuncupa-
 uit. **Ipsa** est sicinia a sicione rege a quo & re-
 gnum siciniorum est dictum. **Habet** autem
 arcadia fluum magnum erimantum abe-
 ston quoq; lapide qui semel accensus nuqua
 extinguitur. candidissime etiam merule ibi
 nascuntur **Pannoma** abalpis apenninis est
 nuncupata cu b9 ab italia scernitur. regio
 vero fortis & solo leta duobus satis acribus
 fluuiis drauo satocq; vallata. **Coniungitur**
 autem cum norico & recia habentes ab ori-
 ente messiam ab euro istriam ab affrico vero
 alpes apenninas. **Habet** ab occasu galliam
 belgicam a septentrione dambu fontem vel
 limitem qui germaniam galliamq; scernit.
Italia olim a grecis populis occupata magna
 grecia appellata deinde a regis nomine satur-
 nia. mox & latium dicta. eoq; idem saturnus
 a ioue sedi bus suis pulsus ibi latuerit. **Post**
 modum ab italo rege ibi regnante nuncupa-
 ta est. **Cuius** situs longitudine amplius qua
 latitudine a cinicio i eurm extenditur. a me-
 ridie terreno mari ab aquiloe adriatico clau-
 ditur ab occiduo alpium iugis finitur. tra-
 omnibus in rebus pulcherrima soli fertilitate
 pabuli vbertate gratissima. **Habet** lacus ve-
 nacum atq; lucrinum. **Fluuios** eridanum &
 tiberim & repentes fontibus vel fontes. ba-
 ias gignit gemmas sirticem. ligurium & co-
 rallium. **Boam** quoq; serpentem lincem fera
 & diomedias aues. **Italia** autem & ispania
 id circo hesperie dicte qd greci vespero stel-
 la nauigent & in italia & in ispania. **Que** hac
 ratione discernuntur. **Aut** enim esperiam so-
 lam dicit & significat italiam aut addis vlti-
 ma & significat ispaniam quia in occidentis
 est fine. **Tuscia** pars italie vmbria vero vt
 historie narrant eo qd tempore aquose cla-

dis imbribus superfuerit & ob hoc vmbria
 grece cognominata. **Est** enim in iugis apen-
 nini montis sita in parte italie iuxta meridiem
Ethruia pars italie dicta qd eius finis ten-
 debant vsq; ad rippam tiberis qsi. **Na**
 iteoris significat altera ferri finis vocatur.
Rome enim finis antea vnum tantum tibe-
 ris ripam tenebat. **Alii** ettruriam dictam
 ab etrusco principe putant. **Item** & tyrema
 a tirreno lidu fratre qui ex oriente cum popu-
 li parte de moenia venit ad italiam. **Hec** est
 & tuscia sed tusciam dicere non debemus quia
 nusquam legimus. **Tuscia** autem a frequentia
 sacrificii & turis dicta est. **Gallia** a candore
 populi nuncupata. **Galla** enim grece lac di-
 tur. **Montes** & rigor celi ab ea parte solis ar-
 dorem excludunt. **Quo** fit vt candor corpo-
 rum non coleretur. **Hanc** ab oriente alpium
 iuga tuentur ab occasu oceanus includit a
 meridie prerupta pirinei. a septentrione re-
 ni fluenta atq; germania. cuius incium bel-
 gica finis. **Aquitania** est regio gleba vberi
 & populosa & ad vsum animantium apta flu-
 minibus quoq; & fontibus irrigua perfusa
 duobus magnis reno & rodano fluuiis. **Bel-**
 gis autem ciuitas est gallie a qua belgica pro-
 uincia dicta est cis alpina quia circa alpes vlt
 citra alpina id est trans alpes contra septen-
 trionem. **Retia** vero terra hieme atq; estate
 vernal sol ibi mitis grata temperies purus
 aer & blandus inde vocata qd fit iuxta renu
Aquitania autem ab obliquis aquis ligeris
 fluminis appellata qui ex plurima parte ter-
 minus eius est eamq; pene in orbem cingit.
Hispania prius ab ibero amne iberia nuncu-
 pata est. **Postea** ab ispano. **Hispania** cognomi-
 nata est. **Ipsa** est vera esperia a vespero stel-
 la occidentali dicta sita est autem inter affri-
 cam & galliam a septentrione pirineis mon-
 tibus clausa a reliquis partibus vndiq; mari
 conclusa salubritate celi equalis omnium fru-
 ctuum generibus fecunda gemmarum me-
 tallorumq; copiis ditissima. **Interfluunt** ea
 flumina magna betis mineus. **Iberis** & ta-
 gos aurum trabens ut pactulus. **Habet** pro-
 uincias sex terra conensem cartaginensem.
Lusitaniam galliciam beticam & trans fre-
 ta in regione affrice tingit aniam. **Due** sunt
 ispanie citerior que in septentrionis plagam
 a prin eo vsq; ad cartaginem porrigitur vlti-
 rior que in meridiem a celtiberis vsq; ad ga-
 ditanum fretum extenditur citerior & vlti-
 rior dicta quasi citra & vltra sed citra quasi
 citra terras & vltra vel qd non sit post banc
 vlla hoc est alia terra. **Hec** de europe regio-
 nibus dicta sufficiant nunc de partibus affri-

ce breuiter dicamus. **Libia** est dicta quod i de libs flat. hoc est affricus. alii aiunt epauū iouis filium qui memphim in egipto condiderat ex cassiote vxore procreasse filiam libiā que postea in affrica regnum possedit cuius ex nomine terra est illa libia appellata: affricam autem nominatam quidam inde existimant quasi apricam quod sit aperta celo vlt soli & sine horrore frigoris: alii dicunt affricā appellari ab vno ex posteris abrahe de cethura qui vocatus est afer de quo supra meminimus incipit autem a finibus egipti pergens iuxta meridiem per ethiopiam vsq; ad athlātē motem a septentrionali vero parte mediterraneo mari coniuncta claudit & gaditano fretto finitur: habens prouincias. libiam cirinensem pentapolim tripolini. bizancium cartaginem numidiam mauritaniam sitifensem tingitaniam & circa solis ardorem ethiopiā: libia cirenensis in parte africe prima est a cirene vrbe metropoli que est in eius finibus nuncupata. Huic ab oriente egiptus est ab occasu sirtes maiores & trogodite: a septentrione mare libicum a meridie ethiopia & barbarorum varie nationes & solitudines inaccessibiles que etiam basiliscos serpentes creant. **Pentapolis** greca lingua a quinque urbibus nuncupata id est berenice & ceutria appollonia ptolomais ex quibus ptolomais & berenice a regibus nominate sunt. Est autem pentapolis libie cirenensi adiuncta & in eius finibus deputata. **Tripolitana** quoque prouinciam greci lingua sua signat de numero trium magnarum urbium eoa. sabrete leptis magna. Hec ab oriente sirtes maiores & trogoditas: a septentrione mare adriaticum ab occasu bizancium a meridie getulos & garamantas vsq; ad oceanum ethiopicum pertendentes vel portum tendentes **Bisacena** regio ex duobus nobilissimis opidis nomen sortita est ex quibus vna achumetus vocatur. Hec sub tripoli est patens passuum ducenta milia vel amplius fecunda oleis & glebis ita prepinguis vt iacta ibi semina incrementa pene centissime frugis renascantur. **Zeugis** vbi cartago magna ipsa est & vera affrica inter bizancium & numidiam sita a septentrione. mari siculo iuncta & a meridie vsq; ad getulorum regionem porrecta. cuius proxima queque frugifera sunt vltiora autem bestiis & serpentibus plena atque onagris magnis in deserto vagantibus. **Cethulia** autem africe pars mediterranea est. numidia ab incolis passim vagantibus sic vocata quod nullam certam haberent sedem. Nam lingua eorum incertae sedes & vage numide dicuntur. Incipit autem a flu-

mine amphicam in zeugitanum limitem de finit habens ab ortu sirtes minores. **A septentrione** mare quod intendit sardineum. ab occasu mauritaniam sitifensem: a meridie ethiopicum gentes. regio campis prepinguis: vbi autem siluestris est feras educat. vbi iugis ardua equos & onagros procreat **Eximio** etiam marmore preditatur quod numidicum dicitur. **Habet** autem vrbes precipuas ipponi regium & trusicadam. **Mauritania** vocata a colore populorum greci enim nigrum mauron vocant. Sicut enim gallia a candore populi. ita mauritania a nigro nomen sortita est. Cuius prima prouincia mauritania sitifensis est que sitifis habuit opidum a quo & vocabulum traxisse regio perhibetur. **Mauritania** vero cesariensis colonie. **Cesarie** ciuitas fuit & nomen prouincie ex ea dictum. **Vtreque** igitur prouincie sibi coniuncte ab oriente numidiam habent a septentrione mare magnum ab occasu flumen maluam. a meridie motem astrixim qui discernit inter secundam terram & arenas iacentes vsq; ad oceanum. **Mauritania** a tingitana. tingitana metropoli huius prouincie ciuitate vocata est. **Hec** vltima africe exurgit a montibus septem habens ab oriente flumen maluam a septentrione fretum gaditanum ab occiduo oceanum athlaticum a meridie gaululum gentes vsq; ad oceanum esperum pererrantes: regio gignens ferocissimos dracones & struciones. olim etiam & elephantibus plena fuit quos sola nunc india parturit. **Garamantis** regionis caput garaman opidum fuit. Est autem inter cirenensem ethiopiam vbi est fons qui & calore diei frigescit & calet frigore noctis ethiopia dicta a colore populorum quos sol vicinitas torret. **Demum** vim sideris prodit color hominum. Est enim ibi iugis estus. Nam quid quid eius est sub meridiano cardine est: circa occiduum autem montuosa est arena in medio ad orientalem vero plagam deserta cuius situs ab oriente vsq; in egipti fines porrigitur. **A meridie** oceano a septentrione nilo flumine clauditur. plurimas habens gentes diuerso vultu & monstruosa specie horribiles ferarum quoque & serpentium referta est multitudo. **Illic** quippe rinocerata bestia & camelopardus basiliscus. dracones ingentes ex quorum cerebro gemme extrahuntur. iacinctus quoque & crisoprasus ibi reperiuntur. cinamomum illic colligitur. **Due** sunt autem ethiopiae vna circa ortum solis altera circa occasum in mauritania. **Extra** tres autem partes orbis quarta pars trans oceanum. Interior in meridie que a solis ardore incognita

nobis est in cuius finibus antipodas fabulose inhabitare produntur. Proxima autem hispanie mauritania est deinde numidia inde cartaginenses postquam getulam accipimus per ea ethiopiā inde loca exusta solis ardoribus. Sciendum sane quod quedam provincie primū de nomine auctoris appellate erant postea a provincia genti nomen est factum. Nam ab italia & rursus ab italia italus. & sic ut in ipsa nomina gentis quomodo fuit ipsum nomen auctoris unde diriuatum est nomen provincie. Ex quo accidit ex vno nomine nomina re ciuitatem & regionem & gentem. Pro uincie autem ex causa uocabulum acceperunt. Principatus namque gentium quia ad reges alios pertinebant cum in ius suum romani uincendo redigerunt procul politas regiones provincias appellauerunt. Patria autem uocat a quod communis sit omnium qui in ea nati sunt terra autem significat ut prediximus elementum. terras uero singulas partes ut africa italia eadem & loca. Nam loca & terre spacia in orbe terrarum multas in se continent provincias. sicut corpore locus est pars una multa in se continens membra sicut & domus multa in se habens cubacula. sic terre & loca dicuntur spacia. quorum partes sunt provincie sic in asia frigia in europa gallia recia in hispania betica. Nam asia locus est provincia alie frigia troia regio frigie. illiū ciuitas troie. Item regiones partes sunt provinciarum quas uulgus conuentus uocat. sicut in frigia troia sicut in gallicia cantabria asturia. A rectoribus autem regio nuncupata est cuius partes territoria sunt territorium autem uocatum quasi tauritorium tritū bubus & aratro. Antiqui enim sulco ducto & possessionum & territoriorum limites designabant.

De insulis

In sula dicte quod in salo sint id est in mari posite. que in plurimis locis sacre scripture aut ecclesias cristi significant aut specialiter quoslibet sanctos uiros qui tunduntur fluctibus persecutionum sed non destruuntur quia a deo proteguntur. Nam in psalterio scriptum est. Dominus regnauit exultet terra letentur insule multe. Regnante itaque domino per totum mundum disposite letentur ecclesie. que merito insulis comparantur quia mundi fluctibus ambite circum latrantium persecutionum uumerositate tunduntur: sed sicut iste seuientibus fluctibus nesciunt ledi ita sancte ecclesie perturbationibus aduersariorum probantur immunes. quin potius illos suis cau-

tibus frangunt qui in eas undosis culminibus irruerunt. Et uide quia dicit multe non omnes propter hereticas prauitates qui erroribus suis ecclesiarum nomen imponunt. Item insula plebs iudea ut in ezechiele fili hominis loquere ad habitatores insule. Sunt quidem plurime insule propriis nominibus uocate sed paucis locis in scripturis sacris eorum nomina posita reperiuntur. ideo non credimus in hoc opere necessarium esse earum nomina reperire posse. Attamen quarundam earum hic etymologias secundum maiorum traditionem ponere non piget. quia fortasse lectori gratum est si quid inde in hoc opusculo nostro repperit dictatum cum inde habeat materiam ad spiritalem intelligentiam earum significacionem transferendi si alicubi ei oportunum uisum fuerit. Chio insula ante bitiniam quam iam aliqui chiam appellauerunt. Cindus insula contra asiam. hec interpretatur mentis excessus. Miclie insula contra asiam a septimo miliario. Hec interpretatur de infirmitate sue mandatum humilitatis. Samotracia est insula in patbmo sinu Britannia oceani insula interfuso mari a toto orbe diuisa a uocabulo sue gentis cognominata. Hec aduersa galliarum parte ad prospectum hispanie sita est. Circuitus eius quadragies octies septuaginta quinq; milia. Multa & magna flumina in ea fontes calidi. metallorum larga & uariacopia gagates lapis ibi plurimus & margarite. Tanatos insula oceani freto gallie a britannia seperata frumentariis campis & gleba uberrima. Dicta autem tanatos a morte serpentum quos dum ipsa nesciat asportaret inde & in terram gentium uecta siti angues illico pereunt. Tile uelima insula oceani inter septentrionalem & occidentalem plagam ultra britanniam a sole nomen habens quia in ea estiuum solsticium sol facit ut quidam dicunt & nullus ultra eam dies est unde & pigrum & concretum est eius mare. Orcades insula oceani intra britanniam posite numero xxxiiii. quibus xx. deserte sunt tredecim coluntur. Scotia eadem & ibernia proxima britannie insula spacio terrarum angustior sed situ fecundior. Hec ab affrico in boream porrigitur. Cuius partes priores sunt ibernia & cantabricum oceanum intendunt. Unde & ibernia dicta scocia autem quod ab scotorum gentibus colitur appellata. Illic nulla anguis auis rara apis nulla adeo ut aduectos inde pulueres seu lapillos si quis alibi sparserint iter aluearia examina fauos deserant. Gadis insula in fine betice provincie sita que dirimit europam ab africa in qua herculis colonne uisuntur & un-

cirreni maris faucibus oceani estus immitit
Est autem a continentibus terris centum xx
 passibus diuisa quã tyri a rubro profecti ma
 re occupantes in lingua sua gadis id est sep
 tum nominauerunt pro eo quã circumsepta
 sit mari nascitur in ea arbor similis palme. cu
 ius gummis infectum vitrum cerauniam gẽ
 mam reddit fortunatarum insule vocabulo
 suo significant omnia ferre bona quasi felices
 & beate fructuum vbertate. **S**ua enim apte
 natura preciosarum poma siluarum parturi
 unt fortuitis actibus iuga collum vestiuntur
 ad erbarum vicem messis & olus vulgo est.
Vnde gentilium error & secularium carmi
 na poetarum propter soli fecunditatem eas
 dem esse paradysum putauerunt. **S**ite sunt
 autem in oceano contra leuam mauritanie
 occiduo proxime & inter se interiecto mari
 discrete. **G**orgodes insule oceani obuerse p
 montorio quã vocatur esperaceris quas in co
 luerunt gorgones femine alituũ pernicitate hir
 suto & aspero corpore & ex his insule cogno
 minate. **D**istant autem a continenti terra bi
 diu navigatione. **E**speridum insule vocate a
 ciuitate esperide que fuit in fine mauritanie
Sunt ultra gorgodes site sub atlanticum li
 tus in intimos maris sinus in quarũ ortis fun
 gunt fabule draconem peruigilem aurea ma
 la seruante fertur enim esse mare estuariũ
 a deo vndosis lateribus tortuosum vt visenti
 bus procul lapsus anguis immutat. **C**rise &
 argire insule in indico oceano site adeo fecũ
 de copia metallorum vt plerique eas auream su
 perficiem & argenteam habere prodiderunt
 vnde & vocabula sortite sunt. **T**abrocona in
 sula indie subiacens ad eurum ex quo oceana
 nus indicus incipit. patens in longitudine
 octingentis lxxv. milibus passuum in latitu
 dine sexcentis xxv. milibus stadiorum. **S**ci
 ditur amne interfluo tota margaritis reple
 ta & gemmis. **P**ars eius bestis & elephantis
 repleta est partẽ vero homines tenent. **I**n hac
 insula dicunt in vno anno duas esse estates &
 duas hiemes & bis floribus vernare utilis in
 sula indie virens omni tempore folia. **H**uc vs
 que oceani insule. **I**tem insule que in ellespon
 to vsque ad gades in mari magno sunt consti
 tute **C**iprus insula aciuitate cipro que in ea
 est nomen accepit. ipsa est pafon veneri con
 secrata in carpacio mari vicina austro famosa
 quondam diuitiis & maxime eris ibi enim p
 ma huius metalli inuentio & utilitas fuit. **H**ec
 autem interpretatur tristis aut meror. **G**re
 ca grece insula pars est vergens in peloponẽ
 em. **H**ec primum a temperie celi macaron
 neson appellata est. deinde creta dicta a cre

to quodam indigena quem aiunt vnum cre
 tarum fuisse a quo iuppiter ibi absconditus
 est & enutritus. **E**st autem insula grece in
 ter ortum & occasum longissimo tractu por
 recta a septentrione grece estibus ab austro
 egyptiis vndis perfusa fuit aut quondam cẽ
 tum vrribus nobilis vnde & hec centapolis
 dicta est. **P**rima etiam remis et sagittis cla
 ruit. prima literis iura finxit. equestres tur
 mas prima docuit. **S**tudium musicum ab ide
 is dactylis in ea ceptum capris copiosa cer
 uis eget. lupos & vulpes aliã ferarum nox
 ia nusquam gignit. serpens nãla ibi nãla noctua
 & si inuebat statim emorit. **L**arga euitibus &
 arboribus. **D**iptanũ herba crbeta nascitur &
 alimos que ad morsu diurnam famem probi
 bet psalngos autem venenatos gignit & la
 pidem qui ideus dactylus dicitur **H**uius au
 tem vocabulum est inter syrum & ebreum.
Abidos insula in europa super ellespontum
 posita angusto & periculoso mari separata
 & abidos grece dicta quã sit introitus elles
 ponti maris in quo xerxes pontem ex nauib
 us fecit & in greciam transit. **C**oos insula
 adiacens prouincie attice. in qua ippocrates
 medicus natus est que vt varro testis est ar
 te laneficii prima in ornamento feminarum
 inclauit **H**ec autem interpretatur excussio
 vel p̄stolacio **C**yclades insule antiquit9 grece
 fuerunt quas inde cycladas autumnant dic
 tas quã spaciis longioribus a delo proiecte in
 orbem. tamen circa delum site sint nam orbẽ
 cyclon greci loquuntur. **Q**uidam vero nõ quã
 in orbẽ digeste sed propter scopulos qui cir
 ca eandem sunt dictam putant cycladis. **H**ec
 in ellespontum inter egeum & maleum mare
 constitute circumdantur etiam pelago me
 rito. **S**unt autem omnes numero liii. tenen
 tes a septentrione in meridie milia quin
 genta ab oriente in occasum milia cc. **M**etro
 polis earum rodos. **D**elos insula in medio ci
 cladum sita & dicta delos fertur quã propter
 diluuiam quã ogni temporibus notatur cum
 orbem multis mensibus continua nox mun
 brasset ante omnes terra radius solis illumi
 nata est sortita quã ex eo nomen quod prima
 manifesta fuisse visibus. **N**am delon grece
 manifestum. dicitur enim & ortigia eoquã
 primum ibi vise sunt coturnices aues quã gre
 ci ortigias vocat. **I**n hac insula latona enixa e
 apollinem & dianã **D**elos autem & ciuitas
 dicitur & insula. **R**odos insula cycladum pri
 ma ab oriente in qua rose capitulum dicitur
 esse inuentum dum ibi ciuitas conderetur
 ex quo vrbs & insula rodos est appellata. **I**n
 hac vrbe solis colos9 fuit ereus lxx. cubito9

altitudine fuerūt & alii e. numero ī eadem
 insula colosi minores. **Tenedos** insula vna ex
 cicladibus a septentrione sita in qua olim ci-
 uitas a tenne quodā condita est vnde & no-
 men vr̄bis illius. vel potius insule fuit. Nam
 tennes iste infamatus qđ cum nouerca sua cō-
 cubisset & fugiens in hanc insulam vacuā
 cultoribus obtinuit vnde & tenedos dicta ē
Sic cicero tenent ipsum cuius ex nomine te-
 nedos nominatum **Carpatos** insula vna ex ci-
 cladibus a meridie posita in egiptum a qua
 carpacium mare appellatum ē vocata ē ppt̄
 celerem fructuum maturitatem. Est enim ī
 ter egiptum & rodū. Ex hac insula dicunt̄
 & carpasie naues magne & spaciose. **Citerea**
 insula vna ex cicladibus a parte occidua sita
 cuius porfiris antea nomen fuit. **Citerea** au-
 tem vocata qđ ibi venus sit orta. **Icaria** insu-
 la vna de cicladibus que icario mari nomen
 dedit. Hec inter samum & micaniū p̄currē-
 tibus saxis inhospitalis est & nullis sinibus
 portuosa. Dicitur autem icarum eretensem
 ibi naufragio interisse & de exitu hominis ī
 positum nomen loco. **Naxo** insula a dionisio
 dicta quasi dianaxon qđ fertilitate vitium
 vincat ceteras est autem a delo x. & viii. mi-
 lia passuum separata ex qua olim iouis ferē
 aduersus titanis fuisse profectus. **Melos** in-
 sula ex numero cicladum vna omnium insu-
 larum rotundissima vnde & nuncupata. **Hi-**
storia dicit ex iasone natum fuisse filomelū
 & plutū ex filomelo pareantam genitum qđ
 de suo noīe paron insulam & opidum appella-
 uit. Pri⁹ autem minora deinde paron dicta
 de qđ virgilius niuiūq; parō gignit enim mar-
 mor candidissimum qđ parium dicunt mit-
 tit & sardum lapidem marmoribus quidem
 prestantiorē & inter gemmas vilissimum
Cion insula sira lingua appellatur eoqđ ma-
 stix gignit. **Siri** enim masticem cion vacant
Samo insula est in mari egeo vbi nata est iu-
 no ex qua fuit sibilla samia & pitagoras sa-
 mius a quo philosophie nomen inuentum. In
 hac insula reperta prius fictilia vasa tradūt̄
 vnde & vasa samia appellata sūt. **Sicilia** a si-
 cāno rege sicania cognominata est. deinde a
 sicalo itali fratre sicilia. Prius autem trina-
 criam dictam propter triacria id est promō-
 toria pelorum pathmum & libeum. **Trina-**
cria enim grecum est. Quod latine triquadri
 quasi in tres quadras diuisa. Hec ab italia ex
 iguo freto discreta affricum maē prospectās
 terris frugifera auro abundans cauernis ta-
 mē & fistulis penetrabil̄ ventisq; & sulphu-
 re plena vnde & ibi etbne montis incendia ī
 cuius freto scilla est & caribdis quibus nauis

gia aut absorbentur aut collidunt̄ fuit au-
 tem quondam patria ciclopum & postea nu-
 trix titannorum. frugum fertilis ac primū
 terris omnib; commissis seminib; aratro pro-
 scissa. **Princeps** vr̄bium siracusas. habet fon-
 tem arecusam & alueum fluuū magnorū
 genera torē equorum in ea insula primum ē
 inuenta comedia. **Achate** lapidē ip̄a primū
 ex achate flumine dedit parturit & mare
 eius corallum gignit & sales agrigentinos ī
 igne solubiles crepitātes in aquis omnes am-
 bitus eius clauditur stadiorum trium mili-
 um. **Salusti⁹** autem dicit italie coniunctam
 fuisse siciliā sed mediū spaciū impetu ma-
 ris diuisum & per angustā scissum. **Tapsus**
 insula stadiis x. a sicilia īmota iacēs & planiō
 vnde & nūcupata. de qua virgilius tapsūq;
 iacente. **Eole** insule sicilie appellate ab eolo
 ippote filio quem poete finxerūt regē fuisse
 ventorum sed vt varro dicit rector fuit ista-
 rum insularū & quia ex earū nebul & fumo
 futuros predicabat flat⁹ ventorum ab impe-
 ritis visus est ventos sua potestate retinuisse
 eole insule & vulcane vocantur qđ & ipse sic
 ethna ardeant. **Sunt** autem nouē habētes p̄-
 pria nomina quaz; prima a liparus quidam
 liparem vocant qui eum ante eolum rexit: al-
 tera geram vocatur qđ sit collibus eminen-
 tissimis relique vero id est strongile didime
 erifusa festia fenicula euomō stripodes sono-
 res qđ nocte adēt eolie siue vulcanie dicūt̄
 ex his quedam ab inicio nō fuerunt postea ī
 mari edite vsq; ad nunc permanentes. **Stoe-**
caedes insule massiliensū lx. milium spacio a
 continenti in frontem narbonensis prouincie
 qua rodanis fluuus in mare exit. **Dicte** autē
 grece stoecades quasi opere in ordinem stēt
 posite. **Sardus** hercule procreatus cum ma-
 gna multitudine a libia p̄fect⁹ sardiniam oc-
 cupauit & ex suo vocabulo in sule nomē de-
 dit. Hec in affrico mari facie vestigiū huma-
 ni in orientem quā occidentē latior promi-
 net ferne paribus lateribus que in meridie
 & septentrionē vertunt ex quo ante cōmer-
 cium a nauigantibus grecorum ichus appel-
 lata est terra patet in longitudine milia cen-
 tum quadraginta in latitudine quadraginta
 in ea neq; serpens gignit neque lupus sed so-
 lifuga tantum animal exiguum hominibus
 perniciosum venenum quoq; ibi nō nascitur
 nisi herba p̄ scriptoēs plurimos et poetas me-
 morata apiastro similis que hoīes rectos con-
 trahit & quasi ridentes interemit fontes ha-
 bz sardinia calidos infirmis medelam prebē-
 tes furibus cecitatē si sacramento dato occn-
 los aquis eius tetigerint. **Corfice** insule ex

ordium incole ligures dederunt appellantes eam ex nomine ducis. Nam quedam corfa nomine ligus mulier cum taurum ex grege quem prope litora regerebat transnatare solitum atque per interualla corpore aucto remeate videret cupiens scire incognita sibi pabula taurum a ceteris digredientem usque ad insulam nauigio persecuta est. Cuius regressus insule fertilitatem cognoscentes ligures rati bus ibi profecti sunt eamque nomine mulieris auctoris & ducis appellauerunt. Hec autem insula grece cirne dicitur a cirno herculis filio habitata. De qua virgilius cirnea taxus. Diuiditur autem a sardinia viginti milium spacio freto cuncta ligustici equoris sinu ad prospectum italie. Est autem multis promuntoriis angulosa gignens & letissima pabula & lapidem quem catociten greci vocant. E borus insula hispanie dicta quod a zamo non procul sit quasi eborus. Nam septuaginta stadiis ab ea distat cuius terram serpentes fugiant. Huic contraria est colubria que feta est anguibus. Baleares insule hispanie due sunt a frosiades. & gemnaside maior & minor. Unde & eas vulgus maioricam & minoricam nuncupauit. In his primum insulis inuente sunt funde quibus lapides emittuntur. Unde & baleares dicte. Bali enim grece emittere dicitur. Unde balista quasi missa & fundibulum virgilius. Balearis verbera funde

De promuntoriis .vi.

Qommune est insulis ut promineant inde & loca earum promuntoria dicuntur. Sic salustius defardinia. In orientem quam occidentem latior prominet. Sigeum promuntorium asie ubi ellespontos apertius dilatatur. Dictum autem sigeum propter herculis taciturnitatem quia prohibitus hospicio a laomedonte troianorum rege simulauit abcessum & inde contra troiam cum silencio venit quod dicitur sige. Maleum promuntorium grece quod intrat in mare & per milia quinquaginta protenditur ubi vnda ita seua est ut persequi nauigantes videatur. Hoc autem promuntorium a maleo rege arginorum nomen accepit pelorum promuntorium sicilie respiciens a quilonem secundum salustium dictum a gubernatore hannibalis illic sepulto. pathmum promuntorium sicilie austrum spectans ab aeris crassitudine dictum nam path est pinguis & crassus austro enim perflatur. Libeum promuntorium sicilie sol occasum intedens vocatum ab eiusdem nominis ciuitate que ibi est sita. Borion promuntorium numidie vocatum ita quod aquilonem intedat b

ipponne regium postea dictum pro eo quod sit equore interruptum. Calpis hispanie promuntorium. Promuntoria enim que in insularum summitatibus consistunt & eis contra fluctus maris munimen prestant: possunt iuxta allegoriam doctores sanctos figurare qui sunt ecclesiis dei & eos in persecutionum fluctus roborant atque confortant ne procella tempestatibus atque alluione vnda obruantur.

Explicit liber xii. Incipit liber xiii.

De montibus	.i.
De collibus	.ii.
De vallibus	.iii.
De campis	.iiii.
De saltibus	.v.
De locis	.vi.
De confragosis	.vii.
De lustris ferarum	.viii.
De lucis	.ix.
De desertis locis	.x.
De deuuis locis.	.xi.
De amenis locis	.xii.
De apricis locis	.xiii.
De lubricis locis	.xiiii.
De estiuis locis	.xv.
De naualibus	.xvi.
De litore	.xvii.
De specu	.xviii.
De biatu	.xix.
De profundo	.xx.
De baratro	.xxi.
De beberi profunditate	.xxii.
De loco cocati	.xxiii.

139
Incipit liber xiii. De montibus.

Montes sunt tumores terrarum aptissime dicti quod sint eminentes. Quidam autem ex propriis causis vocati sunt ex quibus notandi sunt qui oppinione maxime celebrantur. Mons caucalus ab india usque ad taurum porrectus per gencium ad ingruarum varietate quoquo versum vadit diuersis nominibus nuncupantur. Vbi autem ad orientem in excelsiore consurgit sublimitate pro niuum candore caucalus nuncupatur. Nam orientali lingua caucasum significat candidum idem niuum densissimis candidatum. Vnde et eum scitbe qui eidem monti iungunt crocasum vocauerunt. Casim apud eos candor siue nix dicitur. Mons taurus a plerisque idem vocatur & caucalus. Ararat mons armenie in quo arcaz historici post diluuium sedisse testantur. Vnde & usque hodie ibidem lignorum vestigia eius videntur. Ararat interpretatur descendens aspecula mons moabitaz in quem adducit balabe filius beor balaam diuinum ad maledicendum israhel super verticem qui propter uehemens pruptum vocatur excisus & imminet mari mortuo haud procul ab arnone. Fogor et beth fogor mons moabitaz ad quem balaac rex adducit balaam ariolum in supcilio libiadis. Sed & alia villa sodor haud procul a bethleem cernitur que nunc faor nuncupatur. Abarim mons in quo mortuus est moyses dicitur autem mons esse nabau in terra moab contra hiericho super iordanem in supcilio fasga ostenditurque ascendentibus de libiade in herbum antiquo hodieque vocabulo iuxta montem fogor nomen pristinum retinentem a quo circa eum regio usque nunc vocatur fasga. Abarim autem interpretatur in transitu quod significare potest finez legis quoniam legis datur moyses ibi in monte virtutum collocatus de hac vita transit. Nec enim poterat per moysen populus israheliticus transire iordanem et intrare in terram repromissionis sed per ducatum ihesu hoc factum est hoc est saluatoris nostri. qui de deserto istius mundi per baptismi sacramentum fideles suos introducit in terram viuicium et gloriam regni celestis. Hermon mons amorreorum de quo dictum est quem phenices vocant sanir. & amorreus appellauit sanir diciturque esse in vertice eius in signe templum quod ab ethnicis cultui habetur eregione paneadis & libani. Sed & terra filiorum israhel transiordanem a solis ortu a prupto arnonis usque ad montem hermon extenditur. Hermon autem interpretatur anathema vel tristitia significat autem idolorum culturam & super

bie factum quibus merito anathema dicitur quia a sanctis & fidelibus viris omnis comunio & societas eius interdicta. quando iuxta apostolum nulla societas est lucis ad tenebras nec vlla est conuentio christi ad belial. Catachriseia idest ada urea. Sunt autem montes auri fertiles in deserto per culxi mansionibus a coreb iuxta quos moyses deuteronomium scripsisse prohibetur sed metallo eris fano quod nostro tempore corrumpit montes venarum auri plenos esse vicinos estimant. Choreb mons dei in regione madian iuxta montem sina super arabiam in deserto cui iungitur mons et desertum saracenorum quod vocant faran. Mibi videtur quod duplici nomine idem mons nunc sina nunc choreb vocetur. Interpretatur autem choreb caligo vel siccitas vel solitudo. vel sina temptatio vel rubrum & anfora mea vbi moyses legem accepit et mensuram viuendi ex domini mandato rudi populo scripsit sed temptatio perfidorum ibi non defuit nec sanguinis effusio penitus cessauit. Galaad mons ad quem septimo die perfectionis echaris iacob profugus venit. Est autem ad tegum phenicis et arabie collibus libani copulatus extenditurque per desertum usque ad eum locum transiordanem habitauit quondam seon rex amorreorum. Cecidit autem supradictus mons in sortem filiorum ruben & gad & dimidie tribus manasse. Sed et hierennias loquitur Galaad tu mihi inicium libani a quo monte et ciuitas in eo condita sortita vocabulum est quam cepit de amorreorum manu galaad filius machir filii manasse. Galaad autem qui interpretatur aceruus testimonii & transmigratio testimonii significat sanctam scripturam in qua fedus & pactum inter deum & homines constitutum legitur. Ibi etiam & reconciliatio humani generis per christum apud dominum predicatur. Galaad mons in deserto vbi castra metati sunt filii israhel. Gebal mons in terra repromissionis vbi ad imperium moysi ad altare constructum est. Sunt autem iuxta hiericho duo montes vicini contra se inuicem respicientes equibus vnus garibim alter gebal dicitur. Porro samaritani arbitrantur hos duos montes iuxta neopolim esse sed vehementer errant. Plurimum enim inter se distant. nec possunt inuicem benedictum siue maledictum inter se audiri voces quod scriptura commemorat. Bebal interpretatur vorago vel garizim mons super quem steterunt iniqui maledicta resonabant iuxta supra dictum montem gebal. Garizim interpretatur diuisio siue precisio. Qui sunt ergo isti qui incedunt iuxta montem garibim & qui incedunt iuxta montem ebal. Illi itaque qui in hoc loco iuxta montem gari-

im incedunt electi ad benedicendū eos figurāliter indicant qui non metu pene sed celestis promissionis amore succensi veniūt ad salutem. Illi vero dimidii qui iuxta montem gebal incedūt in quo maledictiones prolatae sunt illos indicant. qui non amore benedictionum vlt pmissionū sed futurorū suppliciorū timore complent que in lege scripta sunt vt peruēniant ad salutem. Omnes autem circa arcam incedunt qui ab ecclesie sinu non recedunt. sed nobiliores esse illos nouem⁹ qui boni ipsius desiderio eterne benedictionis amore quod bonū est agunt quā illos qui p metu bonū sectantur. Mons oliuarū ad orientē est iherusalem in quo discipulos erudiebat ihesus. Mons ergo iste significat celestium virtutum & graciarū spiritaliū que dono spiritus sancti distribuunt fidelib⁹.

Naban quod ebraice dicitur nabo mons super iordanem contra hierichū in terra moab vbi moyses mortuus est: et vsq; hodie ostēditur in sexto miliario vrbis eibus contra orientalem plagam. Nabau ergo interpretat̄ in conclubone & significat terminū legis sicut et mors moysi quia secundum ap̄m finis legis xp̄us est ad iusticiam omni credenti.

Or mons in quo mortuus est aaron iuxta ciuitatem petram vbi vsq; ad presentem ostēditur rupes qua percussa moyses aquas pp̄lo dedit. Or autē interpretat̄ iracundia & merito. quia ibi ppter dubitationem moysi et aaron in pductione aque de petra interdictum est eis ne introducerent filios israhel in terram repromissionis.

Gaas mons in tribu effraim in cuius septentrionali plaga sepultus est iesus filius naue. et vsq; hodie iuxta vicum thamnā sepulchrū eius insigne monstratur.

Seir mons in tra edom in quo habitabit esau in regione gebalena que ex eo q̄ esau pilosus esset & ispidus seir hoc est pilosi nomē accepit. In quibus locis ante habitauit chorreus quem interfecit chodor laomor. Meminit montes seir & ysaias in visione idunee. Quid autem seir qui interpretatur pilosus vel ispidus significat ille qui historiam iacob et esau legit & bene intelligit facile dinoscere potest quia iacob simplex significat simplicitatē ecclie. esau vero pilosus & ispidus iudeos & hereticos setis vitiōrū sordidos & fetidos exprimit

Baal hermon mons circa libanum in finibus allophilorum. Gelboe montes alienigenarū in sexto lapide ascitopolim In quibus et vit⁹ est grandis qui appellatur gelbus. In his ocubuit saul & ionathan ob quod maledixit

eis dauid dicens. montes gelboe nec ros nec pluuia veniant super vos &c. Quid ergo montes gelboe saul moriente deliquerunt quatenus in eis nec ros nec pluuia caderet. & ab omni eos viriditatis germine sentencie sermo siccaret. Sed quia gelboe interpretat̄ decursus per saul autē vinctum et mortuū mors nostri mediatoris exprimi ē. non inmerito p gelboe mōtes superba iudeorū corda signant que dum in huius mundi desideriis defluūt in xp̄i id est vincti se morte miscuerūt. & quia in eis vinctus rex corporaliter moriē ipsi ab omni genere rore siccantur. Thabor & hermon montes sunt sirie puincie quorū nomina ingencia sacramēta parturiunt. Thabor enī dicitur veniens lumē quod specialiter aduentum domini saluatoris significat de quo dictum est erat lumen verum quod illuminat omnem hominē venientē in hunc mundum Hermon significat anathema eius idē dyaboli quam a xp̄ianis domino veniente suscepit. Dignum enim fuit vt presenti lumine tenebrosus dyabolus vinceret. Isti ergo exultabūt in nomine domini sicut alibi fideles dicunt. Non nobis domine non nobis sed nomini tua da gloriam. Libanus mons fenicū altissimus cuius meminerunt ppheta. dict⁹ a thure quā ibi colligit. Cuius ea pars que est super eum ad orientalem plagam respiciens antiliban⁹ appellatur idem contra libanum. Libanus potest significare sanctam ecclesiaz sacro baptismate a peccatis mundatā. & candore virtutum dealbatam Vnde dicit̄ in psalmo. Sciantur omnia ligna siluarū & cedri libani quas plantasti. Ligna siluarū plebes significat ingentium pp̄loꝝ qui ecclesie catholice de tumulis atq; incultis nationibus adueniunt. Hec ligna indicant homines vtiq; mediocres. cedri autē libani declarant nobiles ac potentes qui in humano genere tanquam cedri eminere noscuntur. Libanus enim interpretatur candidatio. Seculi autem huius potestas quedā videt̄ esse festiuitas vbi diuites homines ac potentes exceisi atq; p̄ceri quasi in libano monte nascunt̄ qui tamen ad veram religionē domini munere puenerunt Sophim mons effraim in loco ramathē. Sophim vero interpretat̄ specula siue scopulus et significat culmē p̄fectionis. Vnde legitur in regum vir vn⁹ fuisse deramatha sophim de monte effraim in alta sc̄ contemplatione virtutū vt a nullis subiacentib⁹ & circumstantibus cogitationibus mentis eius sublimitas deiceret vel vnitas scinderet. Sion mons est vrbs iherl̄m in australi pte cōstitutus super eminens ciuitati. Vnde et

lion interpretat speculum siue speculacō. et significat sanctam ecclesiam que corde puro et simplici intencōne supne pacis visione contemplatur & ipsū super omnia dominantē et regnantem inspicit deum.

Sina mons in regione madian sup arbiā in deserto de quo in aplo legitur. **Sina** mons est in arabia qui coniunctus est ei que nunc est iherusalem & seruit cum filis suis. Significat autē synagogā iudeoz carnalem obseruatiam legis tenentem quam predictus apus cōparauit agar ancille sārē. **Sunt** et alii montes insignes quoz mentio tantū in historiis gentiliū reperitur. Horum quippe nomia hic cum etymologis eoz cōmemorari sufficiat.

Acroceraunii montes ppter altitudinem et fulminū ictus vocati sunt. **Grece** enim cerasunos fulmē dicitur. **Sunt** autē inter armenia & iberia incipientes a portis caspis vsq ad fontem tigridis fluiui.

Yberborei montes scithe dicti quod sup idē ultra eos flat boreas. **Rifei** mōtes in capite germanie sunt a perpetuo ventorū flatu nominati. **Nam** grece impet9 et orme dicitur.

Olimpus mons macedonie nimiam precelsus ita vt sub illo nubes esse dicantur. **De quo virgilius.** Nubes excessit olimpus.

Dictus autē olimpus quasi olor lampus. id ē quasi celum. **Hic** mons macedoniam diuidit a tracia. **Atbos** mons macedonie & ipse altior nubibus tantūq sublimis vt in lemno vmbra eius ptendat que ab eo septuaginta sex milibus separāt. **Parnasus** mons thesalie iuxta boetiam qui gemino vertice est erectus in celum hic in duo finditur iuga cirra & nisa. **Vnde** nuncupatur eo q in singulis iugis colebantur appollo & liber. **Hec** iuga a duobus fratribus ciceron et elico appellantur. **Nam** elicon dictus ab elicione fratre ciceronis.

Appenninus mons appellat9 quasi alpes pennice quia hannibal veniens easdem alpes aperuit. **Vnde** et virgilius alpes inmittit aptas. **Has** enim hannibal post bella ispanie a cetero rupit. **Iuuenalis.** Et montem rupit a coeto. **Et** inde loca ipsa que rupit appennine alpes vocantur. **Mons** etbnā ex igne et sulphure dictus vnde et gebenna cōstat. **Ab** ea autem parte qua hunc eurus vel affricus flat habere speluncas plenas sulphuris et vsq ad mare deductas que spelūce recipiētēs in se fluctus ventū creant qui agitatus ignē creat ex sulfure. **Vnde** est quod videtur incendiū.

Pireneus & ipse a crebris fulminū ignibus nuncupatus. grece enim ignis pirus vocatur. **Iste** est qui inter galliam atq ispaniam quasi de industria munimentū inter iacet.

Solurius a singularitate dicit9. quod omnibus ispanie montibus solus altior videat9.

Caspis mons in vltimis finibus oceanum qui diuoriat europam ab affrica quā atlantis finē esse dicunt. **De quo** lucanus esperiē caspem funonumq; impleuit atlantem.

Atlans sup pmethei fuit rex affrice a quo astrologie artē prius dicunt excogitatam. ideoq dictus est sustinuisse celum. **Ab** eruditione igitur discipline & sciencia celi nomen eius in montē affrice derivatū est qui nunc atlans cognominat9 qui ppter altitudinem suam quasi machinā celi atq; astra sustētare videtur. **Aliquando** dominū saluatorē significat. aliquando sanctā ecclesiā. aliquā aplos et pphetas siue sanctos viros pro celsitudine virtutum. **Et** ecōtrario aliquā supbos homines & tumidos in potencia mundana regni designat. aliquā hereticos. aliquā vero ipsum dyabolum. **Mons** enim dominū saluatorē in pphēcia significat vbi ait **Erit** in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montiū & eleuabitur super colles et ibunt ad eum omnes gentes & reliq. **Mons** autē ecclesiam significat vbi ppheta dicit in psalmo. **Qui** cōfidunt in domino sicut mons sion non cōmouebitur in eternū. et iter sicut ros inquit hermon quod descendit in montē sion. **Sion** enim qui interpretat9 speculacō significat ecclesiam vnā dixim9 in quā abundancia diuine gracie descendit & deus cotidie cōtemplatur. quia deus deoz videbit9 in sion. **Hermon** ebreum nomē est mōtis vltra iordanem fluiuium cōstituti cuius interpretacō sicut supra dictum est significat anathema. **Ros** ergo mōtis istius nutriēs peccatores qui sub anathematis excitacōe iacuerunt descendit in montem sion. qn aduersacōis remedium dño largiente perueniunt. **Sion** enim significat ecclesiam catholicā que recipit gentes que erant sub anathematis piculo cōstitute. **Nā** mōtes aplos & pphetas significāt vbi dicit9 **Montes** excelsi certis. **Cerui** enim sunt fideles qui vicia but9 seculi quasi spinas bona cōuersacōne transiliunt & habitant in montibus id est aplos & pphetis. qui sanctis predicacōibus suis in mūdo solida cacumina esse meruerunt. **Item** montes sanctos viros siue libros diuinos significāt in illo psalmiste quo ait. **Leuaui** oculos meos ad montes vnde veniet auxiliū mihi. **Hoc** si spiritalit9 inquiras omnino pficuum est vt oculos cordis sui siue ad sanctos viros siue ad libros diuinos siue ad sublimes angelos credat9 eleuasse qui magnitudine & firmitate sua vere montes sunt. **Vnde** etiā competens sustinebat9 auxiliū.

Mons est pp̄s iudeoz de quo in daniēle abscisus est lapis sine manib⁹ id est xp̄s absq̄ uirile semine cōceptus et fide sua repleuit uniuersum orbem terrarū. In cōtrariā uero partem montes significationem trabunt. Vnde scriptum est. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini. Hic montes significant homines qui et sc̄i huius altitudines appetūt et insensata sup̄sticōe durescunt. His mirabiliter cōparata est cera liquefcens. quō tanto facilius in penitentiā defluunt quanto se duricia immobiles esse crediderūt. Montes diuites & potestates seculi hui⁹ ut in iob p̄ dyabolo dicit̄. Huic montes herbas ferunt quod est uicia carnis. Mons dyabol⁹ p̄pter tumorem ut in esaia. Leuate signum super montē caligosū. et in iheremia. Ecce ego ad te mōs pestifer. Mons dogma hēticoz ut in pp̄ta ex persona ecclesie. In domino cōfido quō dicitis anime mee transmigra in montem sicut passer. Mōtes demōes uel heretici siue iudeorum scribe. In iheremia. Date domino deo uestro gloriā antequā offendāt pedes uestri ad mōtes caligosos. et ī psalmo Vsq̄ ad desertis montibus. Montes duo qui in zacharia erei describūt̄ duo testamēta legis de quorum medio quadriga domini id est quatuor euangeliōz p̄dicacō p̄cedit. Hereticos ergo significant montes ubi dicit̄. Nequādo offendant pedes uestri ad montes caligosos. Monet enim nos propheta ut caueamus ne forte gressus operū nostrōz in superbia doctrina hereticorū offendētes in caliginē errorū cadant. Diabolum uero significat mons ubi in apocalypsi scriptum est. quod mons magnus missus sit in stagnum ignis ardentis & sulphuris q̄a cōtumacia diaboli eterna gehēne damnat. fundamenta montiū spes sup̄borū. In psalmo Et fūdamēta mōtiū turbata sūt.

De collibus. Ca. ii.

Colles sunt preminencia iuga montium quasi colla. iuga autē montium ex ea appellata sunt q̄ p̄p̄nitate sua iungunt̄. Tumulus est quasi tumens tellus. Itē tumulus terra cōgesta ubi nulla memoria est. Colles enī significāt bonos homines minoris meriti. q̄ montes. Sunt autē mediores ex qualitate tractantes qui tamē dñm bonis operibus laudant. ut pp̄beta testatur dicens. Montes & colles cantabant corā deo laudem. Item in aliā partem collis ponit̄ ut est illud in euangelio. Omnis mons et collis humiliabitur. Iuga autem montium sanctis merito cōparant̄ qui fraterna caritate inuicē iuncti copulantur & socialiter uiuentes omne diuorciū sc̄ismatis spernant.

De vallibus. Ca. iii.

Valles sūt humilia loca q̄si uulsa hinc et cōualles depresso loca terraz inter montes. Sunt pp̄ria nomia vallium ut aialon vallis atq̄ preruptum supra quam orante quondā iesu luna stetit iuxta uillam que vsq̄ nunc aialon dicit̄ contra orientē belthelis trib⁹ ab ea milibus distans ab ea p̄cul agaba & rama saulis urbib⁹. Porro ebrei ad firmāt aialon uicem esse iuxta nicopolim in secundo lapide p̄ gentibus belia. Coelastitanoz id est uallis gigantū aduersus quos preliatus est dauid. Cedas id est uallis iofafeth inter iherusalēz & montē oliueta lege pp̄beta iobel. Rafaim uallis allophiloz ad septentrionalem plagam iherl̄m. Vallis significat cōtritionē cordis et humilitatē. ut est illud in psalmo. Cōuallis habundabit frumento. Cōualles pp̄los significat humiles. quia nihil his humilius que in quadā cōcauitate descendunt. Isti ergo humiles abundant frumento id est doctrina spiritali & ope uirtutū sicut ille publicanus qui nec oculos audebat ad celum erigere. nec aliqua meritorū p̄sumpcōne cōfidere abundauit frumēto. Nam quia humilis uallis fuit erectus est quia prestāte domino seipse deiecit. Itē in aliam partem uallis ponitur ut est illud pp̄beta. Vallis filiorū ennon in quo pena gehēne exprimitur. Valles heretici uel iudei siue peccatores de eccleie sublimitate cadentes. ut in esaia uallē filie sion. & alibi uallem filioz ennon. Vallis humiles corde significat de quo in cantico cāricoꝝ uox xp̄i loquit̄ dicens. Ego flos campi id est decus mundi & lilium cōualliū gloria uidelicet humilium.

De Campis. Ca. iiii.

Campus est terraz planicies. Dicitur autē campus quod breuis sit pedib⁹ nec erectus ut montes sed patens et spacio suo porrectus & iacens. Vnde et grece pedion dicit̄. Sumpsit autē nomē ex greca et h̄mologia. Cami enim grece breue dicit̄. Solum est omne qd̄ sustinet a soliditate dictum sc̄z. In campoꝝ ergo nomine aliqñ scripture diuine exprimit̄. eo q̄ pactum cōgruentem fidelibus animab⁹ prebeant. ut est illud in psalmo. Et campi tui replebunt̄ uertate. Aliqñ uero equalitatē & placiditatē morū designat. ut est illud psalmiste. Gaudebunt campi et omnia que in eis sunt. Campos hic familiariter in bono debemus accipere. quia illa plena dicim⁹ que pulcherrima equalitate tēduntur. Campos ergo dicit̄ uiros iusticie laude pollētes non sup̄bia tumidos. non asperos iracundia sed māsueta lenitate planissimos

Campus intelligitur mundus eo q̄ sit patēs de quo abacue ppheta dicit. Exiit verbū id ē fili⁹ dei et misit se in campum. Et in psalmo scriptū est. Sicut posuit in egipto signa sua et prodigia sua in campis taneos. Taneos enim ciuitas est egipti vbi facta sunt prodigia que leguntur. Signa utiq̄ fuerunt in egipto duris cordibus quasi characteris impressa vestigia. Prodigia vero quasi porro dicentia id ē que prefigurabantur esse ventura. Omnes enim ille plage ad aliquā significantiā pristis temporibus cōtigerūt. Merito ergo signa et prodigia sunt appellata que in egipto facta monstrant. Taneos humile mandatū dixim⁹ interpretari qui in isto sc̄lo necessariū nobis ac salutare cognoscit. vbi humiles ac p̄parati esse debemus qui venie semper suffragia postulamus. In cōtrariam vero partē campus accipitur quando luxū voluptatū & discipline laxamentum significat. quia arcta via est que ducit ad vitam lata via & spaciola que ducit ad mortem.

De Saltibus. Ca. v.

Saltus sunt vasta et siluestria loca vbi arbores exiliunt in altū. Saltus vel silua mystice significat sterilitatē gēcium. Vnde est illud psalmiste. Tunc exultabunt omnia ligna siluarū ante faciem domini quō venit. Ligna siluarū per se amata & steriles inferūt fructus. sed cum fuerint insita dulcissima vbertate pinguescūt. Sic gentes que prius fuerant velut ligna siluarū ad cultura fructiferā p̄ducte ante faciem domini magno sunt gaudio letature. Sed cum dicit omnia ligna illam partē vult intelligi que in feri bonis operib⁹ potuit ac mutari. Saltus ppl's ecclie vt in ppheta. Qui habitant in deserto securi dormient in saltibus. Saltus agri meridiem ppl's iudeorū vt in ezechieli ppheta dicit ad saltum agri meridiani. Ecce ego succendā igne vite. & deuorabit omne lignū viride & omne lignum aridum.

De Locis. Ca. vi.

Reperiuntur in diuinis libris nomina locorum que etiam sine significacōne mystica non sunt sed nos de his omnibus quid tipice significant enarrare longum esse arbitramur. ideo nomina ipsorū tantūmōponentes cum expōsicōe historica ceterū misterium earundē prudenti lectori ad inuestigandū relinquimus. Aenam euntibus thannam nunc desert⁹ est locus et p̄ximus thannevico grandi qui situs est inter eliā et in ospolim est. Et fons in supra dicto ena loco. Vnde et ena id est fons nomē accepit in quo stans idolum maxima illius regionis venera-

tionem colitur. Porro ebrei affirmant enā non locum significare sed biuium vbi certo in circuitu necessarium sit ad vnā eduabus viis eligēdam. Enam etiā interpretat̄ cor eorū. Area tat locus transiordanē in quo plāxerūt quondam iacob tercio ab ibericho lapide duobus milibus ab iordane qui nunc vocat̄ bethagla quod interpretat̄ loco giri eo q̄ ibi more plāgentium circūierint infunere iacob. Aelim castra filiorū israhel & loc⁹ in deserto in quo vndecī fōtes & lxx. palmarū arbores moises de mari rubro exiens reperit. Nam elim interpretatur arietes fortes vt in exodo legitur. Et venerūt filii israhel vbi erant duodecim fōtes id est aploz doctrina. Aelus in deserto vbi filii israhel castra metati sunt. Aelus quoq̄ interpretat̄ fermenta siue commisce. Aferoth pars heremi vbi maria & aaron contra moysen locuti sūt. Habitauerūt quondā euehi bias eroch vsq̄ ad urbem gazam. Vezbec loca non aferoth s̄ aferim appellari ebrei putant. Aferoth enim interpretat̄ atria vel vestibula. Asemona castra filiorū israhel in deserto. Nam asemona interpretat̄ os eius ab osse & non ab ore. Atheraim pro quo aliqua & simach⁹ exploratoz viam interpretati sunt vbi aduersum chananeum qui ab austro contra israhel eruperat insolitudine dimicant. Areopoleos in quo et militū ex omni parte presidia distributa plenum sanguinis & formidinis testant̄ ingressum. Hic quondā moabitarum fuit & postea seon rex amorreorū iure belli eum obtinuit. sed et terra filiorū israhel transiordanē incipiens ab arnone vsq̄ ad montem hermon & libanum extenditur. Ar locus vel oppidum arnon. quod a lxx. interpretibus per extensam vocalem er dicit̄. Ar vero dicitur suscitauit vel vigilia. Aesinon locus deserti deniq̄ & ipsum vocabulum in cultaz terrā desertāq̄ significat. Araboth moab vbi seculo numeratus est pplus quod aquila interpretat̄ hūilia siue equalia moab. Abelsathim locus in deserto ad meridiē moabita z & interpretat̄ luctus litorū vel ripaz.

Beniacan in deserto castra filiorū israhel. Benacham enim interpretat̄ fili⁹ necessitatis. Beroth filiorū iachim in deserto locus in quo obiit aaron & ostendit̄ vsq̄ hodie in decimo lapide urbis petre montis vertice. Beroch autem interpretat̄ putei. Bonos hoc est collis preputioz locus in galgalis vbi circumcidit iesus pplm israhel in secundo ab ibericho lapide et ostendit̄ vsq̄ hodie saxa que de iordane illuc translata scriptura commemorat. Bethdago locus in quo duobus tribus zabulon & isachar habent confinia.

Bethago quoque interpretatur domus festivitatis eorum. **Chaspi** ubi geminos inde filios **thamar** edidit ostenditur autem nunc locus desertus iuxta ad **ollam** in finibus **eleutero** **poleos**. **Chaspi** enim interpretatur calix inmensi siue immola mihi. De hoc quippe in libris **hebraicarum** questionum plenius disputatum est **Emebachor** quod interpretatur vallis **achor** id est tumulus atque turbarum ubi **achon** lapidibus oppressus est eo quod quedam de **anathemate** sustulisset. Est autem locus iuxta **ibericho** haud procul a **galgalis**. Male ergo quidam putant vallem **achior** a nomine eius qui lapidatus est nuncupatum cum ille **acheon** dictus sit et non **achior** siue **achar**. **Fanuel** locus in quo **iacob** tota nocte conluctans **israhel**is vocabulum meruit iuxta torrentem **iacob**. **Fanuel** autem interpretatur facies dei ab eo quod ibi dominum viderit. **Golgoth** et **galgal** iuxta quem montes esse scribuntur **garizim** et **gebal**. **Galgal** autem locus est iuxta **ibericho**. Errant igitur **samaritani** qui iuxta **neapoli** **garizim** et **gebal** montes ostendere volunt cum illos iuxta **galgal** esse scriptura testatur. **Galgal** autem interpretatur reuelatio **Colathmaim** locus qui interpretatur possessio aque **Galiob** locus iuxta **iordanen** in tribu **beniamin** ubi altare domo constituerunt **fili ruben**. **Galiob** enim interpretatur reuelatio siue **transmigrationis**. **Iroth** locus deserti ad quem venerunt **fili israhel** mare rubrum transfretantes. **Iroth** ergo interpretatur longitudo. **Letabutha** locus in deserto ubi torrentes aquarum demonstrantur.

Lobon locus solitudinis trans*iordanen* in quo **moyses** **deuteronomium** legitur. **Lobon** autem interpretatur ingressus siue inueniens.

Myrra vel **mara** quod interpretatur amaritudo id est litera legis. est autem locus in quo aquas iacto ligno **moyses** in dulce vertit saporem. Vnde legitur in **exodo**. Venerunt **fili israhel** in **myrra** vel **mara** et non poterant bibere aquam de **myrra** vel **mara** quia amara erat.

Rafidim locus in deserto iuxta montem **choreb** in quo de **petra** fluxere aque cognominatae sunt est temptatio ibi et **iesus** adversus **amalech** dimicat prope **faran**. **Rafidim** quippe interpretatur laxemans vel sanitas iudicii aut visio auris sufficiens eis.

Scene id est tabernacula locus in quo habitavit **iacob** regressus de **mesopotamia** qui lingua **hebraica** appellatur **sochoch**.

Sior locus contra faciem **egypti**. Sed & hodie ostenditur villa nomina **sior** inter **beliam** et **eleutero** **polim** in tribu **iuda**. Supra hoc in libris **hebraicarum** questionum plenius dicitur **Sior** velut interpretatur puulus siue turbuletur

Selo in tribu **effraim** in quo loco **arca** testamenti mansit & **tabernaculum** domini usque ad tempora **samuelis**. est autem undecimo milario **neapoleos** in regione **atrapitena**. Sed & inde **patarche** filium **selon** appellatum legimus **Selo** autem interpretatur vel dimissio eius aut petico. **Abennezer** quod interpretatur lapis adiutorii siue lapis auxiliatorum. Est autem locus unde tulerunt **philistinim** **arcam** testamenti inter **beliam** & **ascalonem** iuxta villam **bethsamis**. **Asion gaber** in hoc loco classis **iosaphat** vi tepstantis adtrita est. Fertur autem ipsa esse **issia** haud procul ab **ailo** in rubro mari.

Abia in **alinoz** regione locus. **Abia** quippe interpretatur vultus vel tus. **elim** puteus **dimon**. Et huius loci eadem visione **esaias** recordatur **Acheldemach** hoc est ager sanguinis qui hodie monstratur in **belia** ad australem plagam montis **sion**.

Ennon iuxta **salem** ubi baptizabat **iohannes** sicut in euangelio secundum **iohannem** scriptum est et ostenditur nunc usque locus in octavo lapide scytho **poleos** ad meridiem iuxta **salem** et **iordanen**. **Ennon** autem interpretatur donavit mihi. **Baalthamar** iuxta **gaba** ubi **fili israhel** adversus tribum **beniamin** iniere certamen et usque hodie **bethamari** in supra dictis locis viculus appellatur. **Baalthamar** autem interpretatur habens palmam.

Bechacar usque ad hunc locum populus **israhel**is fugientes alienigenas persecutus est appellatur eum lapidem adiutorii. Nam **betachar** interpretatur domus negocii vel agni. **Berasan** ad quem locum **dauid** prede partem misit.

Baurim locus ad quem usque persecutus est **michol** filiam **saule** vir suus lacrimas. **Baurim** quippe interpretatur electi vel iuvenes.

Ergab ad quem locum **ionathan** filius **saule** puerum dirigit militibus iaculis se exercens pro quo **aquila** & **symmachus** interpretati sunt lapidem.

Esthama ad quem locum misit **dauid**. **Esthama** interpretatur misericordia dei. **Fel monial** moni quod **aquila** interpretatur illum vel istud **symmachus** vero nescio quem locum transulerunt **archam** testamenti de **azoto**. Nunc vicus gradis vocatur. **getha** interpretatur atipatria et **iamniam** sed et alia villa appellatur **gethim**. Nam **getha** interpretatur torcular eius humilis fossio. **Gallim** unde fuit **falti** qui post fugam **dauid** **michol** uxorem eius acceperat. Meminit huius loci & **esaias**. Dicitur autem esse et quidam **acaron** vicus qui vocatur **gallim**. **Gallim** quippe interpretatur loca palustris acerui. **Gel** locus in quo percussit **bien** rex **israhel** **ochoziam** regem **iudee** iuxta **iebla**

am. **G**el autem interpretat̄ diuisio vel preci-
sio. **G**etsemani locus in quo ante passionē
saluator orauit. Est autē ad radices montis
oliueti nunc ecclesia desup edificata. Nam
getsemani interpretat̄ vallis pinguedinū.

Golgotha locus caluarie in quo saluator pro
salute omniū crucifixus ē. & vsq; bodie ostē
dit̄ i helia ad septētrionalē plagā mōtis sion
Nauoth locus in rama vbi dauid sedit. & de
hoc in libris hebraicaz̄ questionū diximus
Nauoth autē interpretat̄ cōspicius vel sessi-
onis exclusio. **R**ama pro quo aquila int̄pre-
tat̄ exaltacō. vel exaltabit̄ qđ scriptū est in
zacharia. Est autē & alius locus in tribu be-
niamin iuxta bethleem de quo dicit̄. vox in
rama audita est. **R**ama quippe interpretat̄
excelsa. **S**ofamoth ad quē locū misit dauid
Sofamoth interpretat̄ labium mortis.

Thelamage locus quo abner misit ad dauid.
sed sciēdū qđ pro hoc verbo aquila int̄pre-
tat̄ extemle simmachus p̄ semetipso. **S**aforua
im de quibus locis assirii trāsmigrantes ha-
bitauerūt in samaria & ab ipis samaritanoz̄
gens sūpsit exordiū. meminit horū & esaias

Thafeth legim⁹ in ieremia. **A**ram thafeth.
Est autē in suburbanis helie vsq; bodie loc⁹
qui sic vocat̄ iuxta piscinā fullonis & agrū
acheldemach ergo int̄pre-
tat̄ paruulus venit

Thabat vbi pugnatū est aduersus madian.
Nam thabat̄ interpretat̄ loma excepto hoc
nomine cetera que secunt̄ p̄ aspiracōez̄ littere
legenda sunt. **T**hopeth in valle filioz̄ isrl̄ en-
non vbi ppl̄s simulachra venerat̄. Est autē
locus in suburbanis iherl̄m. **T**hopeth ergo
interpretat̄ p̄tectio oris siue gebenne.

O De Confragosis locis. **Ca. vii.**
Confrages loca in que vndiq; venti
currūt ac sepe frāgunt vt h̄uius ait
In mōtes vbi venti frangebant locū.

O De Lustris ferarū. **Ca. viii.**
Lustra obscura latibula ferarū & lu-
porū cubilia sunt **V**nde & lupanaria
lustra dicunt̄ p̄ cōtrarietate viz quia parū il-
lustrant̄ **R**upes significat̄ supbiā vt in ihere-
mia. **O**nagri steterūt in rupib⁹. **A**ntrū signi-
ficat̄ hominē peccatorē sicut in iob p̄ zabulo
cōmorabit̄ bestia in antrio suo.

O De Lucis. **Ca. ix.**
Lucus est locus dēsis arborib⁹ septus
solo lucē detrahens. **P**otest & a cōlu-
cendo crebris luminib⁹ dici. **E**t ibi p̄pter re-
ligionē gentiliū cultūq; fiebant. **L**uci vbi in
diuinis libris legunt̄ errorē gentiliū signifi-
cant. quia sepius ibidē idolis immolabāt vt
est illud in pp̄hta lucus dazim⁹ hoc est ado-
nidis qui amasius erat veneris vbi ipse ab ex-

rantibus quasi mortuus plangebat̄.

O De Desertis locis. **Ca. x.**
Deserta vocata quia nō serunt̄ & ideo
quasi deserunt̄ vt sunt loca siluarum
et montium cōtraria vberimarū terrarum
vbi sunt vberime glebe. **P**onitur desertum
aliquando p̄ paradiso quē homo quando pec-
cauit deseruit vt est illud in euangelio. **Q**
homo qui habuit centū oues reliquit nona-
ginta nouē. in deserto abiit querere vnā ouē
que perierat. **A**liqñ aut̄ desertū significat̄ in-
digenciā p̄ntis vite vt est illud psalmiste. **I**n
deserto & in inuio & in aquoso sic in scō apa-
rui tibi. **I**n deserto dicit̄ hoc est immūdi ist⁹
indigencia & sterilitate ieiuna. **S**equit̄ & in
inuio quia mūdus in se non habet viā nisi do-
minū saluatorē qui inter est cecoz̄ & erran-
ciū rectitudo salutaris. **A**ddidit. **E**t in aq-
so id ē sterili atq; infructuoso. **A**quosū enī di-
cim⁹ qđ aquis abundatib⁹ irrigat̄ in aquosū
vero aridūq; atq; infertile vt merito eius aīa
nimia siccitate dure scat. **V**nde p̄ hec tria no-
mīa mundi istius necessitas indicat̄ **A**liqñ iu-
dee desertū dicim⁹ p̄pter infidelitatē viz a
dño sp̄retā atq; delictā. **A**liqñ gentilitas de
qua scriptū est. **L**etabit̄ & in via exultauit.
nec non est illud plures filii sunt deserte ma-
gis q̄ eius que habet virū.

O De Deuis locis. **Ca. xi.**
Deuia sūt loca secreta & abdita q̄si ex-
tra viā. **I**psa sunt et in via. **I**nde & au-
aria secreta loca & a via remota aut tantum
adibilia auib⁹. **V**nde est illud. **I**nculta rubēt
auaria vaccis. **D**euia enī errores hereticoz̄
misticte significat̄. **Q**ui viā veritatis seruare
negligunt & eius vestigia sequi nolunt qui
dixit ego sum via veritas & vita. **O**mīs enī
qui iusticie tramitē nō seruat recte p̄ deuia
transire dicunt̄.

O De Amenis locis. **Ca. xii.**
Amena loca varro dicta ait. **E**o qđ solū
amorē p̄stant & ad se amāda alliciāt.
Ver⁹ flacc⁹ qđ sine munē sint nec quicq; his
officiū agatur quasi annua hoc est sine fructu
vnde nullus fruct⁹ exsoluit̄. **V**nde etiā nihil
p̄stantes immunes vocant̄.

O De Apricis locis. **Ca. xiii.**
Aprica loca que sola gaudent quasi
id ē sine frigore siue qđ sit
aperto celo. **O**pacauero loca quasi opta celo
aprico contraria.

O De Lubricis locis. **Ca. xiiii.**
Lubricū dici locū. **E**o qđ ibi quis labit̄ et
lubricū dicit̄ non qđ labit̄ sed in quo labitur.

O De Estiis locis. **Ca. xv.**
Estiuā loca sunt loca vmbrosa quib⁹ p̄

estate vitant pecora solis ardore. & umbrosi patuere estiva licei. **A**mena autē & aprica loca spes virtutū. possunt designare vbi sol iusticie splendet & tēpamētū bone vite cōsistit. **E**cōtrario velud lubrica loca vicia valent significare vbi gressus recte cōuersacōnis non potest cōsistere. lubrica enim pgit qui luxus sc̄li sequit̄ & delicias huius mūdi atq; diuicias habere inbiant appetit. in quibus omnib; casus vite humane pxim⁹ est et decepcō animarū certissima.

Dualia sūt loca vbi naues fabricant̄ bec & textrimū vocāt. **S**tacio est vbi ad tēpus stant naues portus vbi hiemant. inportunū autē in quo nullū refugiu quasi null⁹ portus. **P**ortus autē locus est ab accessu ventoz; remotus vbi hiberna opponē solent. **E**t portus dicitur a deportadis cōmerciis. **H**unc veteres a baioladis mercib; baias vocabāt illa declinacōne a baia baias familia familias. **S**tacio autē naues spiritalit̄ ecclesias possunt significare que in salo istius mūdi versant̄ & fluctibus tēptacōnū atq; psecucōnū tēpestatib; q̄sant̄. non incōgrue stacio vel portus nauū fidei firmitas potest accipi vbi tranquillitē quietis scōz; anime inuenire desiderāt. **V**nde in psal. scriptū ē **E**t eduxit eos in portū volūtat̄ eorū et de necessitatib; eoz; liberavit eos. **O**stēdit dñm laboratib; solaciū p̄stare solēt enim post picula labore fessis emēgere vt se gaudeāt ingenti clade liberatos qñ ad portū cōperūt venire tutissimū. **P**ort⁹ enim a portandis nauibus dicitur est. **S**ubiungit̄ repetita quidē sed nimis grata cludit vt denecessitatib; cunctis liberaret̄ animus estuantis.

De Litore. **L**itus est tra aque & mare vicina & dicitur litus quia fluctu elidit̄ vel q̄ aqua alluit̄. **C**icero in topicis. **L**it⁹ ē aqua q̄ p fluct⁹ elidit̄. **L**it⁹ enī finis sc̄li vt est illud euāgelicū vbi dicit̄. **S**agenā dñi pisces trahere ad litus vbi boni pisces colligunt̄ in vasa. mali autem p litus immortalitatis status signāt. **V**nde legit̄ dñs in euāgelio sedisse in litore & discipuli describunt̄ nauigio laborare. **P**ost resurrectionē dñs in littore stetit qui ante resurrectionē suā corā discipulis suis in fluctibus maris ambulauit. **C**uius rei racō festine cognoscit̄ si ipsa que tunc inerat causa pensetur. **Q**uid enī mare nisi pñs sc̄li significat qd se causaz; tumultib; & vndis vite corruptibilis illidit. quid p soliditatē litoris nisi illa ppetuitas q̄tis eterne figurat̄. quia igit̄ discipuli ad huc fluctib; mortalis vite inerat̄ in mari laborabant. quia vero redemptor noster iam corrupcōez; carnis excesserat post resurrecti

onē suā in litore stabat. ac si ipsū resurrectionis misteriu rebus discipulis loqueret̄ dicens **I**am vobis in mare nō appareo. quia vobiscū in pturbacōnis fluctibus non sum.

De Specu. **Ca. xviii.**

Specus est fossa sub terra que p̄spici potest. **S**pelea grece spelūca latine. **S**peleunce designāt corda peccatoz; tenebrosa vt in p̄pheta. **E**t tenebre sup spelūcas vsq; in eternū. **S**piracula appellata omnia loca pestiferi spiritus que greci paronia appellant vel a ceronica. **E**cū varro spiraculū dicit huiusmodi locum & spiracula ex eo dicunt̄ quia terra spiritū edit. **De Hiatu.** **Ca. xviii.**

Hiatu p̄p̄cō terrea p̄fūda q̄si hiatus. **P**roprie aut̄ hiatus est hōis oris apercōne mōstrat̄. **De Profūdo.** **Ca. xx.**

Profūdū p̄p̄rie quasi cuius porro sit fūdu. **A**busiue autē p̄fundū vel sursum vel deorsū vt mare ac terre celiq; p̄fundum. **P**rofūdū aliqñ significat secretū sapienciē. aliqñ intimā cōpūctiōne cordis. aliqñ voracitatē peccatoz;. aliqñ inferni claustra. **P**rofūditas ergo dicit̄ sapiēcia diuina ad cuius fundum hoc est finē nemo ptingere valet. **C**ompūctiōne velud cordis significat in illo psal. vbi dicit̄. **D**e p̄fundis clamaui ad te dñe. **D**e isto p̄fundo gloriosas fudit lacrimas petrus. **D**e isto publicanus p̄ctōra culpanda tondebat qui sic in altum venerat peccatoz; vt nec oculos leuaret ad celū. **D**e isto deniq; loco iōnas tacitus vociferabat ad dñm qui in vētre ceti positus infernū vitius intrauerat. **C**etus enim p̄phete oratoriū fuit. **D**esignat autem p̄fundū voracitatē peccatoz; vel p̄secucōnū vbi dicit̄. libera me ex odiētib; me & de p̄fundo aquaz;. **I**nferni aut̄ claustra significāt vbi dicit̄. **N**eq; absorbeat me p̄fūdū neq; vrgeat sup me puteus os suū. **De baratro.** **Ca. xxi.**

Baratrū nimie altitudinis nomen est & dicit̄ est **B**aratrum quasi vorago atra sc̄z a p̄funditate. **De Erebri.** **Ca. xxii.**

Erebus inferorum p̄funditas atq; recessus. **De loco Cociti.** **Ca. xxiii.**

Cocitus loc⁹ inferi de quo iob ita loquit̄. **D**uicis fuit glareis cociti & post se omnē hominē trahet et ante se innumerabiles. **S**apientes huius sc̄li cociti fluiū esse apud inferos putauerūt. sed nos cognoscamus vocē beati viri cociton grece dicit̄ infirmaciū luctum dicit̄. infirmaciū utiq; qui viriliter agere renuūt. **G**lareas vero lapillos fluminū appellare cōsueuim⁹ quos aqua defluēs trahit. qui lapilli eos designāt. qui suis voluptatib; dediti q̄si semp a flumīe ad ima trahunt̄

quasi suis et tunc lapsis ad luctum tendunt ut
 in eternum postea luceant. Dulcis autem glareis
 fuit. quia ad quanta viciorum genera quolibet
 antiquus hostis pertrahit quasi tot sue dulce
 dinis potus eis propinat. Bene ergo dicitur dul
 cis fuit glareis eociti qui amarus est elec
 tis & suavis est reprobis. Et post se omnem
 hominem trahit et ante se innumerabiles.
 Quia autem plus est omnem hominem quam innume
 rabiles trahere cur plus dicitur. quia omnem hominem
 trahit et post in augmento innumerabiles sub
 iungunt. Ratio namque expetit ut prius quam mi
 nus est & postea in augmento quam plus est di
 ceretur. Sed sciendum quia hoc plus fuit innume
 rabiles dixisse quam omnes. post se enim omnem
 hominem trahit. quia in tribus annis & dimidio
 omnes quos in studiis vite carnalis inuenerit
 iugo sue dominacionis astringit. Ante se autem innume
 rabiles trahit. quia sexmilia adhuc ampli
 us annorum curricula quam carnales omnes tra
 here non potuit multo tamen plures sunt quos vi
 ta longo tempore rapiendos inuenerit. Tartarus
 vel quia omnia illic turbata sunt aut (quod
 est verius) id est a tre
 more frigoris quam est algere & frigere scilicet quia
 luce soleque caret quasi neque illic vapores sunt qui
 ex solis luce gignantur. neque flatus qui eiusdem
 montibus incitent sed perpetuus stupor. Tartarus
 enim horrere & tremere apud grecos
 legitur. Illic enim fletus est et stridor decium. Ge
 benna est locus ignis & sulphuris quem appel
 lant a valle idolis consecrata que est
 iuxta murum iherusalense repleta olim cadaueri
 bus mortuorum. Ibi enim hebrei filios suos im
 molabant demonibus & appellabant locum ipse ge
 bennam. futuri ergo supplicii locus ubi pecca
 tores cruciandi sunt huius loci vocabulo desig
 nantur. Duplicem autem esse gebennam ignis & fri
 goris legitur. Inferus appellatur eo quod infra sit.
 Sicut autem secundum corpus si ponderis sui ordi
 ne teneat inferiora sunt omnia grauiora. ita
 secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora.
 Unde & greca lingua origo nominis que appel
 latur inferus. ex eo quod nihil suauiter habeat resona
 re prohibetur. Sic autem cor animalis in medio
 est. ita & inferus in medio terre esse prohibetur.
 Unde & in euangelio legitur. In corde terre
 philosophi autem dicunt quod inferi pro eo dicuntur
 quod anime hinc illuc inferantur.

Incipit liber xiiii. ca. i. De Edificiis publicis.

De Portis.	De Viis.
De Plateis.	De Cloacis.
De Foro.	De Curia.
De Pretorio.	De Gimnasio.
De Capitolio.	De Arcibus.
De Amphiteatro.	De Faro.

De Therinis.	De Balneis.
De Apoliterio.	De Tabernis.
De Macello.	De Carcere.
De Habitaculis.	De Edificiis sacris.
De Aeditibus.	De pietibus edificiorum.
De Repositoriis.	De Officiis.
De Municipibus.	De Tentoriis.
De Sepulchris.	De Edificiis rusticis.
De Agris.	De Mensuris agrorum.

Civitas est hominum multitu
 do societatis vinculo adu
 nata: dicta a civibus id est ab
 ipsis incolis urbis. Nam
 urbs ipsa menia sunt civi
 tas autem non saxa sed habi
 tatores vocantur. Tres autem
 sunt societates familiarum gentium urbium.
 Urbs vocata ab orbe quod antequam civitates in orbem
 fiebant. vel ab urbo parte aratri quo muri signi
 cantur. unde est illud. Optavitque locum regno.
 Concludere. Sulco designabat id est aratro
 Cato qui urbem inquit novam condet tauro &
 vacca & ubi araverit murum faciet ubi por
 tam vult esse aratrum subtollet & portet & por
 tam vocet. Ideo autem urbs aratro circumda
 bat dispari genere iumentorum propter commixti
 onem familiarum & imaginem ferentis fructuum
 reddentis. Urbs autem aratro conditur aratro
 evertitur. Unde oracium. Imprimeretque muris
 hostile aratrum.

Oppidum quidam ab opposicione murorum dixe
 runt. alii ab opprobrio recondendis eo quod sit muni
 tum. quod sit conventus in eo habitaculum. & opem
 et mutuum contra hostem. Nam primum homines
 tanquam nudi et inerimes nec contra beluas pro
 dia habebant nec receptacula frigoris et calo
 ris nec ipsi inter se homines ab hominibus satis
 erant tuti. tandem naturali sollicitudine speluncis
 siluestribusque tegumentis tuguria sibi & casas
 virgultis arudinibusque contexerunt quo esset
 vita tucior ne his qui nocere possent aditus
 esset. Hec est origo oppidorum que eo quod opem
 darent idcirco oppida nominata dixerunt. Op
 pidum autem magnitudine & menibus discre
 pare a vico & castello & pago. Civitates autem
 aut colonie aut municipia aut vici aut castel
 la aut pagi appellantur. Civitas proprie dicitur
 quam non advenne sed eodem innati soli con
 diderunt ideoque urbes a propriis civibus condi
 te civitates non colonie nuncupantur. Colonia
 vero est que defectu indignarum novibus cul
 toribus adimpletur. Unde et colonia a cultu
 agri est dicta. Sunt ergo propria nomina ci
 vitatum atque oppidorum nec non et villarum. sed
 ex eis quedam que insigniora sunt hic in hoc
 opusculo nostro ponere censimus.

Achab est vrbs nēbroht regni in babilone. Porro ebrei hanc esse dicunt mesopotamiam ciuitatē que hodie vocat̄ nisibi a lucullo quodam cōsule obsessam captamq; & ante paucos annos a iouiniano imperatore persis traditam. **Achab** quippe interpretatur vmbra culum.

Aggai ad occidentalē plagā vertit bethelis non multū ab ea distās. **Sita** est autē bethel euntibus eliā de neapolim in leua parte via xii. circū miliario ab belia & vsq; hodie paruus licet vicus ostendit̄. **Sed** et ecclesia edificata est vbi dormiuit iacob p̄gens mesopotamiam. **Vnde** & ipsi loco bethel id est domus dei nomē imposuit. **Aggai** enim interpretat̄ questio vel festiuitas.

Arboc corrupte in nostris codib; arboc scribit̄ cum in hebreis legat̄ arbe id est quatuor ex eo q; ibi tres patriarche abraham isaac & iacob sepulti sunt et adam magnus vt in ihu libro scriptū est. licet eum quidā conditū in loco caluarie suspicent̄. **Hec** est autem eadem cehbron olim metropolis philistinorū & habitaculū gigancū regnūq; postea dauid in tribu iuda ciuitas sacerdotalis & fugitiuorū. distat ad meridianā plagā elie milib; circiter viginti duobus. & quercus abraham que & ylex mare vsq; ad cōstancii regis imperium monstrabatur truncus leumeius. in p̄senciaq; cernit̄. **Cumq;** a n̄ris ibidē ecclia iam extructa sit incircuito a cunctis gentib; terebinthi locus sup̄sticiose colitur eo q; sub ea abraham angelos quōdā hospicio suscepit. **Hec** ergo primum arbe postea a cebro vno filioz calep sortita vocabulū est. **Lege** verba dierū. **Cehbron** autē interpretat̄ coniugiū siue incarnator aut visio sempiterna.

Adama est vna de quinque ciuitatib; sodomorū versa cum ceteris. **Adama** vero interpretatur humus siue terra siue terrena.

Astachroth antiqua ciuitas **Og** regis basan in qua habitauerūt gigantes que postea cecidit in sortē tribu manasse regionis patane & sex milibus ab abra vrbe arabie sepata est. **Ham** astaroth interpretat̄ ouilia vel faciunt exploratorem.

Arabbi termin⁹ iude p̄uincie ad orientē respiciens tribus iude. **Est** autē & vicus nunc vsq; grandis nouem milibus a neapoli cōtra orientē descēdentib; ad iordanē & hierichū per eāq; appellatur a crapitene sed et finium amorreorū a crabim dicitur de quo loco non extminauit alienigenas tribus neptalim vt in iudiciū libro scriptum est. **Arabbi** enim interpretat̄ scorpiones.

Achar ebraice dicit̄ emebachur quod int̄

pretat̄ vallis tumultus siue turbarū eo q; ibi tumultuatus et turbatus sit israhel in qua lapidauerunt quondā aban p̄pter furtum anathematis. **Est** autē ad septentrionē herichus & vsq; hodie ab regionis illius accolis sic vocatur. **Nam** achur interpretat̄ turbacio vel tumultus.

Accaron in tribu dan vt ego arbitror siue in tribu iuda ad leua. **Cabananeoz** vrbs est antiqua que olim satrapes palestine. & decreta est quidē tribu iude nec tamē tenta ab ea q; habitatores pristinos nequit expellere. **Sed** et vsq; hodie grandis vicus ciuium iudeorū accaron dicitur inter azotum & iamniam. **accaron** turrim stratonis postea cesareā nuncupatam. **Accaron** quippe interpretat̄ erudio tristitia vel sterilitas.

Azotus vsq; hodie non ignobile municipiū palestine & vna est de quinque ciuitatib; allophilorum. **decreta** quidē tribu iude sed non retenta ab ea. quia nequaquā veteres potuit collonos expellere. **Azotus** quidē interpretatur ardor ignis patrii mei.

Ascalon vrbs nobilis palestine que & ipsa antiquit⁹ vna fuit de quinque satrapis allophilorum separata quidem per sortem tribu iude nec tamē retenta ab ea. quia habitatores eius sup̄are non potuit. **Porro** ascalon interpretatur appensa vel ignis vel in famis.

Emach vrbs que cecidit ī sortem ruben sed & nunc amathus villa dicitur trans iordanē & vicelimo p̄mo miliario pene ad meridiem. **Ego** autem inuestigās reperi emath vrbe celestrie appellari que nūc greco sermone epiphania nuncupatur. **Emach** quippe interpretatur populus ad huc.

Bethlehem ciuitas dauid in sorte tribu iude in qua domin⁹ noster atq; saluator natus est in sexto ab elia miliario contra meridianam plagam iuxta viam que ducit hebron ibi & sepulchrus iesse patris dauid ostenditur. & mille circiter passibus. procul turris gregis quodam vaticinio pastores natiuitatis dominice cōscios ante significās. **Sed** & propter eandem & bethlehem regis quondam iude archelai tumulus ostenditur. qui semite adcellulas nostras a via publica deuertētis principiū est. **Vocabatur** autē bethleem & filius efrathe id est marie vt in paralipomenon legitur. **Hec** vrbs iuxta quosdam aiebusis cōdita fertur et vocata primū effrata. **Quando** autem ibi iacob pecora sua pavit eidem loco bethlehem nomen quodam vaticinio futuro imposuit. que domus panis interpretatur propter eum panem qui ibi de celo descendit.

Balaq et segor nunc gozara nuncupat. So-
 la deniq; sodomoz; vrbibus loth precibus re-
 seruata est iminet autem mari mortuo et p̄si-
 dium in ea positum est militū romanoz; habi-
 tatorib; quoq; propriis frequenta; & apud
 tam gignitur balsamū & poma palmarū an-
 tique vbertatis indicia. Nullum autem mō-
 ueat quod segor eadem zoara dicitur cum
 idem nomen sit paruule. vel minoris sed se-
 gor ebraice zoara firie nuncupat. Bala autē
 interpretat; absorpta.

Damascus vrbs nobilis fenicis eodem autē
 vocabulo et masech ancille abraham filius ap-
 pellatus est. Damascum firie cōditam cōstat
 et nuncupatā a damasco dispensatoris abre
 filio. Damascus quoq; interpretat; sanguinis
 potus vel sanguinis osculum.

Dan inculus quarto de paneade miliario eū
 tibus tyrus qui vsq; hodie sic vocat; termin9
 iudee puincie cōtra septentrionē. de quo et
 iordanis flumen erumpēs a loco sortitus est
 nomen. Ior quippe richron idem fluuū siue
 riuū ebrei vocant. Dan enim iudicium inter-
 pretatur vel iudicans.

Dotbai vbi inuenit ioseph fratres suos pec-
 cora pascentes qui et vsq; hodie in decimo a
 sebastia miliario contra acquilonis plagam
 ostenditur. Dotbaim ergo interpata; pabu-
 lū vel viride eoz; aut sufficientē defectiōē.

Debonq; et dibon in solitudine castra filioz;
 israhel. Est autē et alia dibonvilla per gran-
 dis iuxta pararnonem que dum prius fuis-
 set filioz; moab & postea eam seon rex amor-
 reorum belli iure tenuisset a filiis israhel cap-
 ta atq; posseset in partem venit tribus gad
 Nam debon interpretat; abundanter vel sa-
 tis intelligens.

Esebon ciuitas seon regis amorreorū in ter-
 ra galaad. Que cū fuissa moabitaz; ab amor-
 reis belli iure possessa est. Esebon vero cogi-
 tacō vel cingulum meroris interpretat;. En-
 gathi in tribu iuda vbi abscondit9 est dauid
 in solitudine que est in aulone iberichis hoc
 est in regione illa campestri. Vocatur autē
 vsq; hodie vicus per grandis iudeoz; engad-
 da iuxta mare mortuum vnde & balsamum
 venit quas vineas engaddi salomon nuncu-
 pat. Engaddi vero interpretat; fons bedi.

Endor i tribu manasse vbi phithonissa a sau-
 le iudee rege cōsultitur. Endor autem inter-
 pretatur fons generationis.

Gaza ciuitas eneborum in qua habitauere
 cappadoces pristinis cultoribus interfectis
 Apud veteres erat cōminus chanaanoz; iux-
 ta egiptum ceciditq; in sortem tribu iude sed
 eam tenere non potuit quia enachim id ē gi-

gantes allophilorum fortissime restiterunt
 et est vsq; hodie insignis ciuitas palestine vo-
 cata autem gaza eo quod ibi cambises rex
 persarum thesauros suos posuit cum bellum
 egyptiis intulisset. Persaz; enim lingua the-
 saurus gaza nominat;. Gaza quippe inter-
 pretatur fortitudo eius.

Gabaath in tribu beniamin vrbs finees filii
 eleazar vbi sepultus est eleazarus. est autē
 gabatha villa in duodecimo lapide eleutero
 poleos. Nā gabaath intpretat; colis patruel
 lericho vrbs a iebuseis condita traditur a
 quibus traxisse nomē perhibet; quā iordane
 trāsgressos subuertit hiesus rege illius inter-
 fecto. pro qua cōstruxit aliā ozam de bethel
 ex tribu effraim quā dominus atq; saluator
 sua presenciam illustrare dignatus est. Sed et
 hec eo tempore quo iberusalem oppugna-
 batur a romanis propter pfidiā ciuium cap-
 ta atq; destructa. p qua tertia edificata est
 ciuitas que hodieq; permanet. & ostendunt
 veriusq; vrbs vestigia vsq; in presentē diem
 lericho quoq; interpretat; odor eius. vel luna
 et significat defectum mortalis vite.

Iberlm in qua regnavit adonibezeth & post
 ea tenere iebusei equibus & sortita voca-
 bulum est quibus multo post tempore dauid
 extimatis tocuis eam iudee prouincie me-
 tropolim fabricatus est eo q; ibi locum tem-
 pli emerit & in pensis structure salemo-
 ni filio dereliquerit. Hanc esse ioēphus refert
 que in genesi sribitur salem sub rege melch-
 isedech fuit autem in tribu beniamin. Iebas
 vero q̄tuor modis significacōez habē in scrip-
 turis i perit;. Ipsa est que & iberlm. Iberlm
 hoc est iuxta historiā in qua scā ecclia ipsa
 terrena ciuitate notatur & iuxta allegoriā
 exprimitur. & iuxta tropologiā in quo anīa
 fidelis designat;. & iuxta anagogē in quo ce-
 lestis patria prefigurat; sicut sup ostendim9

Sion eadem ciuitas propter montē in ea sitū
 in australi parte ipsius ciuitatis nominatur
 et sensum mysticum habet. Nam sion specula
 siue contemplatio interpretat; et significat
 ecclesiā siue animā fidelem siue celestem pa-
 triam. Sion iuxta historiā plebs est iudeorū
 vel ipsa ciuitas in mōte sion que et iberusalē
 dicitur. Vnde legitur in amos pphete dñs
 in sion rugiet & de iberusalē dabit vocē suā
 quia ex eadem plebe domin9 secundū carnē
 genit9 est. Et de hoc esaias dicit. De sion ex-
 ibit lex & verbum de iberlm. Et in michea
 de hoc scriptum est. Sion quasi ager arabie
 et iberlm quasi aceruus lapidū erit. Scdm
 allegoriā vero sanctā ecclesiā designat. vt est
 illud in psalmo. Lauda dominū tuum sion.

Vnde esaias dicit. **C**ōsurge cōsurge induere fortitudine tua sion. Et micneas de hoc scribit. **S**urge & tritura filia sion quia cornu tuum ponam ferreum & vngulas tuas ponam ferreas. Secundum anagogen autē celestem patriā designat. Vnde dicit apłs. **A**ccessistis ad montem sion & ciuitatem dei uiuentis iherusalem. **F**ilia sion est ecclesia siue scā anima. Vnde legit in sopobonia. **L**auda filia sion. **I**ubila tu israhel. **F**ilii sion filii ecclesie sunt. Vnde legit in psalmo. **F**ilii sion exultēt super regem suum. **E**t iobel dicit. **V**os filii et filie sion exultate domio deo vestro qui dedit vobis doctorē iusticie.

Moab ab vno filiorū loth qui vocabat moab vrbs arabie que nunc areopolis dicit. **A**ppellatur autem moab ex nomine vrbs & regione propter hoc ipsa ciuitas quasi propriū vocabulum possidet rabbatha moab id est grandis moab. **M**oab interpretatur ex patre id est ex dyabolo.

Ammōn filii generis mei siue ppl's turpidi iudei scz vt quid ā volunt vel heretici. Vnde in deuteronomio legitur. **A**mmōnite & moabite etiam post decimā generationem non intrabunt ecclesiam domini vsq̄ in eternum.

Et sopobonia de hoc dicit. **V**iuo ego dicit dñs quia moab & sodoma erit et filii ammon q̄si gomorra. **I**tem in bonam partem intelligunt vt est illud esaię. **F**ilii moab obediētes erunt.

Roboch ciuitas assirioꝝ quā edificauit asur regrediēs de terra sennaar. **R**oboch enī interpretat̄ inclinacō vel platee.

Sidon vrbs fenicis in signis olim terminus chananeorū ad aquilonem respicientes et postea regionis iudee. **C**ecidit aut in fortē tribus aser sed non eam possedit quia hostes nequaquā valuit expellere. **H**anc quoq̄ vrbs fenices a rubro mare profecti cōdiderūt quā apiscium copia sidon appellauerunt. **N**am pisce fenices sidon vocant. **I**psi etiam tirum in siria ipsi vtiā in africa iponē iebtin aliasq̄ vrbes maris maritimis cōdiderunt. **S**idon quoq̄ interpretat̄ venacō mortis.

Sennaar campus babilonis in quo turris est vnde egressus asur edificauit niniuen. **S**ennaar ergo interpretat̄. excussio dencium vel fetor eorum. **S**odoma ciuitas impiorū diuino igne cōsumpta iuxta mare mortuum. **S**odoma quoq̄ interpretat̄ pecus silens siue ciuitas siue similitudo eorum.

Seboim & hec ciuitas impiorum in eternas cineres dissoluta.

Sora vrbs iuxta sodomā que et segor & zora dicit̄ de qua supra dictum est.

Salem ciuitas sicimorūq̄ sicbem. **S**ed et alia

villa ostēdit vsq̄ in presentē diem iuxta elia cōtra orientalem plagam hoc nomine. **I**n octauo quoq̄ lapide a scito polim campo vicus salumias appellat̄. **S**alem ciuitas interpretat̄ pax vel reddens.

Thamna vbi onnes suas totondit iudas ostēditur hodie que vicus pergrandis in finibus diospoleos euntibus eliam in tribu dan siue iuda. **T**hamna alia ciuitas principium edom. sed et cōcubina. **E**lifabz filii esau thamana appellata est que peperit ei amalech. vnde amalechite. **P**orro thamna interpretat̄ perfecta pars siue cōsummacō data.

Arimathem ophini ciuitas elchane & samuelis in regione thamnica diosopolim vnde fuit ioseph qui in euāgelio de arimathia scribitur. **N**am arimathem interpretat̄ altitudo eorum.

Bethsamis ciuitas sacerdotalis in tribu beniamin que vsq̄ hodie demōstrat de eluteropoli per gentibus in copolim in decimo miliario contra orientalem plagā. **B**ethsamis vero interpretat̄ domus solis.

Bethsaida ciuitas in galilea andree & petri et philippi ppe stagnum genesareth. **N**am bethsaida interpretat̄ domus fructuum vel domus venatorium.

Bethfage villula in monte oliueti ad quam venit dominus ihesus. **P**orro bethfage interpretat̄ domus oris vallium vel bacea.

Bethania villa scdo ab elia miliario in latere montis oliueti vbi saluator lazarum suscitauit cuius monumentū ecclesia nunc ibidem cōstructa demōstrat. **B**ethania quoq̄ domus afflictionis vel domus obediencie.

Bethsaida piscina in iherusalem que vocatur pbatia & a nobis interpretari potest pecualis. **H**ec q̄nq̄ quondā porticus habuit. ostēdiunt q̄ gemini lacus quorū vnus hibernis pluuiis adimpleri solet alter mirum in modum rubens quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testat̄. **N**am hostias in eo lauari a sacerdotibus soliti fuerunt vnde et nomen acceperat.

Capharnaum iuxta stagnū genesar vsq̄ hodie opidum in galilea gentiū sc̄tum in finibus Habulon & neptalim. **C**apharnaum autē interpretat̄ ager vel villa cōsolacōnis.

Emmaus de quo loco fuit cleophas cuius lucas euangelista meminit hec est nunc nicopolis insignis ciuitas palestine. **E**mmaus enī interpretat̄ populus abiectus.

Effraim iuxta desertū ad quā venit dominus ihesus cum discipulis suis. **E**ffraim ergo interpretat̄ fertilis pplus siue acutus que nos possumus dicere ab augendo augentiū.

Fanuel ciuitas quam edificauit iherobobam
Fanuel enim interpretatur facies dei.

Modin vicus iuxta diosopolim vnde fuerunt
machabei quorum hodieque ibidem sepulchra
monstrantur.

Mello ciuitas quam edificauit salomon.

Nazareth vnde & dominus noster atque salua-
tor nazareus vocatus est. Est autem usque hodie
in galilea vicus contra legionem in vx-
miliario ad orientalem plagam iuxta mon-
tem thabor nomine nazara. Nazareth autem
interpretatur flos aut virgultus eius vel mun-
dicia aut separatio vel custodia.

Saba ciuitas regalis ethiopiae quam iosephus
a capise rege meroe cognominata ex sororis
vocabulo refert. Saba quoque interpretatur
captiua.

Sarepta opidum sidonorum in via publica situm
vbi habitauit quondam elias. Sarepta inter-
pretatur incendium siue tribulatio panis.

Tharsis vnde aurum salemoni deferbatur

Hanc putat iosephus tharsu urbem esse sci-
licet Tharsis enim interpretatur exploratio gaudii

Therfa vbi asa israhel rex fuit. Therfa vero
interpretatur contemplatio.

Acbeldemach ager est sanguinis qui hodie
monstratur in elia ad australem plagam
montis sion & hactenus iuxta iudeorum con-
suetudinem mortuos ignobiles alios terra tegit alios
sub diuo putrefacit.

Antiochia ciuitas syriae coeles in qua barna-
bas & paulus apostoli sunt ordinati. est et alia
in pisidia provincia asiae in qua idem predica-
tes iudeis dixerunt nobis oportebat primum
loqui verbum dei sed quomodo repulistis illud etc.

Alexandria ciuitas egypti in qua beati euan-
geliste marci tumulus veneratur. Interpretatur
autem alexandria auferens angustiam tenebrarum

Attalia ciuitas est pamphilie maritimae. At-
talia enim interpretatur tempus eius vel meli-
us declinatio domini.

Amphipolim ciuitas est macedoniae. Est et
altera eiusdem nominis in siria. Amphipolim
autem interpretatur populi ore corruens.

Appolonia ciuitas et ipsa macedonia. Est
altera in affrica que dicitur pentapolis. Ap-
polonia autem interpretatur disciplina vel sina-
goga eorum.

Athene ciuitas est in asia. Athenienses autem
interpretantur exploratores aut responde-
tes vel humiles siue tempore dissipati.

Ariopagus athenarum curia que interpretatur vil-
la martis quia ipse ibi quondam a xii. diebus iu-
dicatus sit. Ariopagus quoque primitiua inter-
pretatur vel sollempnitas sed et hoc violentum
cum atheniensis curie nomen sit que a marte

nomen accepit.

Antipatris ciuitas palestinae nunc diruta quam
herodes rex iudee ex patris sui nomine vo-
cauerat. Interpretatur autem antipatris donans
laudationem.

Cesarea ciuitates iudee sunt in terra repro-
missionis vbi cesarea palestinae in litore maris
sita altera vero cesarea philippi cuius euan-
gelii scriptura meminit. Cesarea autem inter-
pretatur possessio principis.

Corinthus ciuitas achaie maritima. Cor-
inthus interpretatur conuersatio eorum.

Lidda ciuitas palestinae in litore maris mag-
ni sita. Lidda enim interpretatur utilitas.

Seleucia ciuitas syriae nouella quam condidit se-
leucus qui et antiochiam. Seleucia quoque in-
terpretatur tollens semetipsam siue expimentum
itineris vel exeuntem ad uocationem.

Salamis ciuitas in cipro insula. Hec enim in-
terpretatur missus.

Tyrus metropolis fenicis in tribu neptalim
Tyrus que interpretatur angustia ut supra diximus.

Troas ciuitas asiae maritima. Troas vero in-
terpretatur requies.

Thesalonica ciuitas macedoniae. Nam thesa-
lonica interpretatur festinas umbram roborare
siue firmare. Ciuitas vel urbs quando in bona
partem accipitur aut sanctam ecclesiam signifi-
cat aut fidelem animam. Vnde in psalmo scriptum
est. Magnus dominus et laudabilis nimis in ciui-
tate dei nostri in monte sancto eius & iherusalem. Flu-
minis impetus letificat ciuitatem dei. hoc spi-
ritus sancti gratia letificat sanctam ecclesiam dei
vel cuiuslibet sancti viri fidelem animam. De
quo in apocalypsi abundantissime scriptum est
Vnde illud. Vidi ciuitatem iherusalem nouam de-
scendentem de celo ornatam tanquam sponsam
viro suo. Ciuitates vero iudee similiter sunt
ecclesie christi vel anime fidelium. Vnde scriptum
est in psalmo Edificabunt ciuitates iudee. Et
Et relique Ciues autem fideles mystice dicitur
Vnde ait apostolus Sed estis ciues sanctorum & dome-
stici dei. Ciuitas corda vel corpora impiorum
ut in psalmo. ciuitates eorum destruxisti Et in
euangelio. Et ciuitates eorum igne succendisti
Quando autem in contrariam partem ciuitas ponitur
significat babilonem spiritalem urbem videlicet
diaboli qui mergetur in profundum abyssi vbi
est habitatio demoniorum & omnis spiritus in-
mundi super quam flebunt reges terre qui cum
illa fornicati sunt & negociatores terre fle-
bunt & lugebunt super illam. Dicit enim apostolus
non habemus ciuitatem hic manentem sed futu-
ram inquirimus hoc est celestem patriam &
societatem sanctorum angelorum Municipium est
quo manente statu ciuitatis ius aliquando

minoris aut maioris officii a principe impetrat. **D**ictū autē municipiū a munus id est officiis quod tantū munia id ē tributa debita vel munera reddant. **N**am liberales et famosissime acule et q̄ ex principe pficiscunt̄ ibi non aguntur. **H**ec enim ad dignitatē ciuitatis pertinet. **V**ici et castella & pagi sūt que nulla dignitate ciuitatis honorātur sed vulgari hominū cōuentu incolunt̄. & ppter paruitatem sui maiori ciuitati attribuantur. **M**unicipiū similiter significat futurā in celis patriam & gloriā ppetuam sanctorū. **V**nde et ap̄ls ait. noster autem municipatus in celis est. **V**nde expectamus dominū saluatorē qui r̄formauit corpus humilitatis nostre cōfiguratum corpori claritatis sue. **V**icus autē dictus ab ipsis tantū habitacōnibz vel q̄ vias habeat tantū sine muris. **E**st autē sine muniōne murorum licet et vici dicant̄ ipse habitacōnes vr̄bis. **D**ictus autē vicus eo q̄ sit vice ciuitatis vel q̄ vias habeat tantū sine muris. **V**ici autem vel ville genciū vel vias sitz vel terrenas actiones mystice exprimere possunt quia extra ciuitatis locū posite sūt id ē extra cōmunicionē plebs dei habitāt. **V**nde est illud quod dominus iubet in euangelica parabola quādo illi qui ad nupcias vocati sūt nolēbant venire seruos suos exire in plateas & vicos ciuitatis vt quoscunq̄ inuenerit vocarent ad nupcias hoc est retardante iudaica plebe venire ad nupcias domini mandat gencium multitudinē in locum illz subintrare vt implerentur nupcie discumbentiū.

Castrum antiqui dicebant oppidū loco altissimo situm quasi casam altam cuius pluralis numerus castra diminutiū castellum est. **C**astra siue castella cohabitacōez bonoz hominum vel sanctorz angeloz possunt significare **V**nde legit̄ in exodo castra filioz israhel vbi castra metati sūt & in geneseos vbi iacob patriarcha obuam sibi habuit angelos dei appellauit nomē loci illz manaim id est castra **C**astra dei que vidit iacob i itinere nulla dubitacō est quod angelorū fuerit multitudo ea quippe in scripturis militia celi nominat̄.

Pagi sunt apta edificijs loca inter agros habitantibz hec et cōciliabula dicta a cōuentu et societate multorū in vnum. **C**ompeta sūt vbi vsus est cōuentus fieri rusticorū et dicta competi q̄ loca multa in agris eorū cōpetūt quo cōueniūt a rusticis. **S**ub yrbana sūt circūlecta vel iecta ciuitatis edificia quasi sub vrbe. **S**ub yrbana autē que edificia sunt & loca ciuitatis possunt significare diuersarū gencium situs qui ad ciuitatis dei hoc est sancte ecclesie vsus possunt ptinere quando per pre

dicatorū studiū ad pceptionē verbi dei p̄dicant̄ & cathecumini fiūt si q̄ si fide p̄seuerauerint vnitati sancte ecclesie sociabunt̄. **M**enia sunt muri ciuitatis dicti ab eo q̄ muniāt ciuitatem quasi munimenta vr̄bis id est tumenta. **M**uniū autē dictum quasi manu factum sicut et manus. **M**uri a munitione dicti quasi muniri quod muniant & tueant̄ interiora vr̄bis. **M**enia autē duplicē habent significacōez **N**am interdū menia abusue dicunt̄ omia edificia publice ciuitatis dū diuidimz muros et menia pandimus vr̄bis proprie autem menia sunt tantum muri murus autem turribz p̄. **P**ropugnaculisq̄ ornat̄. **P**murale vero qd̄ sit pro munitione muri. **E**st enī murus pximus ante murum. **M**enia ergo ciuitatis sancte iuxta sensum mysticū aut cōuenticula sunt iastorū aut culmina sacrarū virtutum. **M**urus autē ipsius ciuitatis in expugnabilem fidei caritatis sp̄ci que firmitatem significat. **P**otest et ipse dominz ecclesie vndiqz p̄tegens murus magnz intelligi de quo elias ait vr̄bs fortitudinis nostre saluat̄. ponetur in ea murus & ante murale id est dñi p̄tectio et intercessio scōz patriarcharū et p̄phetarū vel ceterorū sanctorū predicatorz qui ei ita faciunt docendo corda credentium vel murus significat fidem & antem vr̄bile bona opera. **N**on enim sufficit murū habere fidei nisi ipsa fides bonis operibus cōfirmet̄ hic murus & hoc antemurale siue circū murale de viuis lapidibz exprimit̄ qui iuxta p̄phetā voluunt̄ super terrā. **I**tem muri munimenta sunt scripture diuine vel p̄phete sic legitur in psalmo edificent̄ muri iherusalem **T**urres vocate qd̄ teretes sint & longe teretes. **E**st enim aliquid rotundū cum p̄citate vt columna. **N**am et quāuis quadrate aut late cōstruant̄ p̄cul tamē videntibz rotunde existimant̄. ideo quia omne cuiusq̄ anguli si mulachrū per longum aeris spacium euanesceit atqz consumit̄ & rotundū videtur **I**n turris significacōne ipse saluator intelligitur vt est illud. **T**urris fortissima nomē dñi. item turris scriptura diuina vt in canticorū cantis dicit̄. **C**ollum tuum sicut turris dauid. **V**el excellentiā virtutū significat vel eminentium doctorū qui primum locū tenent in ecclesia **V**nde in cantico canticorū dicit̄. **N**asus tuz sicut turris libani. **I**n naso vero verbi dei dispensatores causa discrecōis designant̄ turri qui assimilatur qui eminentissimū locum tenent in ecclesia. **I**nueniūt aliquando turris in cōtrariam partē posita hoc est altitudinē superbie significat. **H**inc est illud qd̄ fili adam in genesi legunt̄ turrim excelsum edi

ficare ubi confusa est lingua eorum. Item turris ecclesia ut in michea & turris gregis nebulosa filia sion id est diuinis sacramentis obumbrata. Quidam autem hanc turrim virginem mariam intelligunt. Item turres corda reproborum duplicitatis militia constructe ut in sophonia super omnem murum munitum & super omnem turrim excelsum.

De Portis.

Ca. ii.

Porta dicitur quia potest vel importari vel exportari aliquid. proprie autem porta aut urbs aut castrorum vocatur sicut superius dictum est. Porta aliquando in bonam partem accipitur aliquando vero in malam. In bonam ergo partem accipitur quando ipsum dominum significat per quem nobis vite eterne aditus patet. Unde ipse ait. Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur & ingredietur & egredietur & pasca inueniet. Item porta fidem christi significat. Unde scriptum est. Per portam ingrediuntur in ciuitatem quia per fidem rectam introeundum est in ecclesiam dei. Porta christi vel fides ut in psalmo. Ecce porta domini iusti intrabunt per eam. Porta ueteris virginis marie siue canon ueteris testamenti ut in ezechiele. Vidi portam in domo domini clausam porte scripture sancte apostoli vel opera bona ut in psalmo. Eleuamini porte eterne & introibit rex glorie porte corda hominum siue aditus mentis a diabolo dum oblesse postea christo possesse ut in genesi. Possidebit semetipsum id est christus portas inimicorum suorum. Item porte doctores sancti intelliguntur qui nobis aperiunt dogmatibus suis introitum regni celestis. E contrario uero porte nomine heretici et falsi doctores exprimitur per quas perdit in gehennam intrant. De quibus dominus ad petrum ait. Tu es petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et psalmista exaltas me de portis mortis ut adnunciem omnes laudes tuas in portis filie sion. Porta uero est mortis diaboli uel omnis illecebra secularis. Quod per hanc ad eternum exitum infeliciter introit. liberatus ergo ex illis portis mortalibus in istis portis ecclesia que beatitudinem tribuunt sempiterna pronuntiator se laudes domini pollicetur per quas nomen eius eximium toto orbe celebratur.

De Viis.

Ca. iii.

Via ipsa spacia angustia que in vicis sunt. Via in bonam uel in malam partem posita reperitur. In bonam ubi dominus ait. Ego sum uia ueritas et uita. Et psalmista. Viam inquit ueritatis elegi hoc est doctrinam ueritatis. E contrario est alia uia de qua

idem prophetam deprecans dominus ait. Viam iniquitatis amoue a me et in lege tua miserere mei. Et in salemone de meretrice scriptum est. Via inquit inferi domus eius. Item uia nomine exprimitur. de quibus dominus per prophetam ait. Unum quicquid iuxta uias suas iudicabo dicit dominus deus. Dicitur ardua et angusta uia que ducit ad uitam. lata & spaciofa que ducit ad mortem. Via uita presens ut in euangelio. Eslo consciens aduersario tuo cito dum es cum eo in uia. Via libri legis et prophetarum ut in iheremia super uias stete & uidere et interrogare de semitis antiquis que sit uia bona. Semita precepta diuina ut in psalmo. Deduc me in semita mandatorum tuorum.

De Plateis.

Ca. iiii.

Platee perpetue ac latiores ciuitatum uie sunt iuxta proprietatem lingue grece a latitudine nuncupate. Platee uero similiter aliquando in bonam partem aliquando in malam posite reperiuntur. In bonam quando amplitudinem creditur in gentibus significat. Unde scriptum est. Sapientia foris predicat et in plateis dat uocem suam. Aliquando significat eternam beatitudinem dilatata sanctorum ut in apocalypsi. Platee tue iherosolym sternerent auro mundo et per omnes uicos tuos alleluia cantabunt. In malam uero partem platea ponitur quando amplitudinem significat secularium uoluptatum. quia ut supra diximus lata & spaciofa uia est que ducit ad mortem.

De Cloacis.

Ca. v.

Cloace dicte quod his proclantur atque has primus rome fecisse tarquinium priscum ut quociens pluuiarum mundatio existeret per eas extra ciuitatem emitterentur ne maximis perpetuisque tempestatibus planicie uel fundamenta urbium strages aquarum subuerteret.

De Foro.

Ca. vi.

Forus est exercendarum litium locus a fando dictus. Hec loca & prostra uocantur. ideoque quod ex bello punico captis nauibus cartaginensium rostra ablata sunt et in foro romano prefixa ut esset eius insignis uictore.

De Curia.

Ca. vii.

Curia dicitur eo quod ibi cura per senatum de cunctis ad ministratur.

De Pretorio.

Ca. viii.

Pretorium dicitur quod ibi pretor presideat ad discutiendum.

De Gimnasio.

Ca. ix.

Gymnasium generalis est exercitio locus. Tamen apud athenas locus erat ubi dicebatur philosophia et sapientie exercebatur studium. Nam gymnasium grece uocatur

quod latine exercitiū dicitur h^o est meditacō. Sed & balnea & loca cursuū abletarū gymnasia sunt eo q̄ illic homines in sue artis studium exercitent.

De Capitolio.

Ca. x.

Capitolium rome vocatum quod fuerit romane vr̄bis & religionis caput summum. Alii dicunt tarquinius prius capitolii fundamēta rome aperiret in loco fundamenti caput hominis litteris tuscis notatū inueit & p̄inde capitolū appellauit

De Arcibus.

Ca. xi.

Arces sunt ptes vr̄bis excelsae atq; munite. Nam quecunq; tutissima vr̄biū sunt ab arcendo hostē arces vocant. et arcus & arca. Arx enim aliquando significat mundanā potētiā aut secularē sapiētiā. aliquando vero culmen vere sapiētie et celsitudinē virtutū. Vnde legitur quod dauid expugnauerit arcem sion iebuseos inde expellēs & eiciēs de ea cecos & claudos qui odiebant animā dauid et vocauerit eam deinceps ciuitatē dauid. quia saluator noster de gentium multitudine vel de qualibet anima malignos spūs eiciēs sibi p̄ illuminationē sapiētie illustrat Merito arx sion idē speculacō & visio pacis ip̄a tunc vocabit̄ atq; de ea tūc recte p̄ psalmistā dicit̄. Notus in iudea deus in israhel magnum nomē eius et factus est in pace locus eius et habitacō eius in sion. Circum romani dictū putant a circuitu equorū eo q̄ ibi circū metas equi current. theatrum autē ab spectaculo nominatū qd̄ in eo p̄plus stans desuper atq; spectās ludos scenicos cōtemplaretur.

De Amphitheatro.

Ca. xii.

Amphitheatrū vero vocatū quod ex duobus sit theatris cōpositum. Nam amphitheatrū rotundū est. theatrū vero ex medio amphitheatro est semi circuli figurā habēs. Laberintus est perplexū parietib; edificū qualis est apud cretam a dedalo factum vbi fuit minoraurus inclusus in quo si quis introierit sine glomere lini exitū inuenire non valet. Cuius edificii talis est situs vt apientib; fores tonitruū intus terribile audiat descendit centenis vltra gradib;. Intus simulachra & monstrifice effigies. in partes diuisas transitus innumeri per tenebras etē. ad errorē ingdiētū facta ita vt de tenebris eius in lucē venire impossibile videat. Quatuor autē sunt laborintbi. primus egyptius. scd̄s ereticus tercius in lemno. quartus in italia omnes ita cōstructi vt dissoluere eos nec sc̄la quidem possint.

De Faro.

Ca. xiii.

Farum turris est maxima quā greci ac latini in cōmune ex ipsius rei vsu farū appellauerunt. eo q̄ flammārū indicō longe videatur a nauigantibus qualē ptholomeus iuxta alexandrū cōstruxisse octingentis talentis tradit. Vsus eius nocturno nauium cursu ignes ostendere ad p̄nuntianda vada portusq; introitus ne decepti tenebris nauigantes in scopulos incidant. Nam alexandria fallacib; vadis insidiosos accessus habet. Hinc ergo in portib; machinas ad p̄ lucendi ministeriū fabricatos faros dicunt. Nam fos lux est. oros visio dicitur. Vnde et lucifer grece fos faros appellatur. Coclee sunt alte & rotūde turres & dicte coclee q̄ silicie vel circuli q̄ in eis tanq; per circulum orbemq; cōscendat qualis est rome centum septuagintaquinq; pedibus.

De Thermis.

Ca. xiiii.

Thermas appellatas qd̄ caleant. Greci enim thermon calorem vocant.

De Balneis.

Ca. xv.

Balneis vero nomē inditū a lauacōne meroris. Nam greci balanion dixerūt quod anxietatē animi tollat. Hec & gymnasia dicunt quia ibi athlete vincto corpore et perfricato manibus exercitant. Nam gymnasium grece latine exercitiū dicitur sic supra ostendimus.

De apoliterio.

Ca. xvi.

Apoliteriū vbi lauantiū vestimenta ponuntur ab exuendo scilicet dictū apodeterin enim grece exuere dicitur. Popina grecus sermo est qui apud nos corrupte propina dicitur. Est autē locus iuxta balnea publica vbi post lauacrū a fame & siti reficiunt. Vnde & ppina & ppinare dicitur. Pina enim grece fionem. vel famē significat eo q̄ hic locus famem tollat.

De Thabernis.

Ca. xvii.

Thaberne olim vocabantur edicte plebei orum parue & simplices inuicē sexibus vel vectibus & tabulis cluse. vnde et thabernarie quod ibi solebant confedere. Dicte autē thaberne quod ex tabulis lignisq; erant cōstructe. que nunc & si non speciē nomē tū pristinum retinent.

De Macello.

Ca. xviii.

Macellum dictū q̄ ibi macentē pecora que mercantibus venundant. Mercatum autem a cōmercio nominatū. Ibi res vendere vel emere solitū est sic & teloneū dicitur vbi merces nauium et nauiaz emolumēta reddunt. Ibi enim vectigalis exactor sed & precium rebus impositurus & vocem a mercatoribus flagitans.

De Carcere. Ca. xix.

Carcer est a quo perhibemur exire & dictus carcer a coercendo. Carcer iuxta allegoriam aliquando significat tribulationem presentis vite ubi tribulantur electi ad tempus de quo prophetas ait. Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo. Aliquando custodiam inferni ut est illud in evangelio. Iudex tradat te ministro & in carcerem mittaris & reliqua

De Habitaculis. Ca. xx.

Habitaculo ab habendo vel ab habitando vocata ut habitare casas. Domus ex greca appellacione vocata. Nam dogmata greci tecta dicunt. Est autem domus unius familie habitaculo sicut urbs unius populi sicut orbis domicilium totius generis humani. Omne edificium antiqui edem appellauerunt. Alii edem ab edendo quidam sumpsisse nomen existimant. dantes exemplum de planto. si vocassem vos in edem ad prandium. Nunc & edificium eo quod fuerit prius ad edendum factum. Domus caro saluatoris assumpta in sancta ecclesia ut in salomone sapientia sibi domum edificauit. Et in psalmo. In domum domini ibimus cum consensu. Domus corda fidelium vel corpora ut in exodo. Ponetis de sanguine agni super vtrumque postea & super liminibus domus in quibus edetis illud. Domus corda reproborum ut in esaias. Et oriuntur in domibus eorum spine id est solitudo seculi. Domus diaboli conuentus omnium malorum ut in salomone. Ne forte impleantur extranei viribus tuis & labores tui sint in domo aliena. Aula domus est regia siue spatiosum habitaculum porticibus quatuor conclusum. Atrium magna edes est siue amplior & spaciola domus & dictum est atrium quod addantur ei tres porticus extrinsecus. Alii atrium quasi ab igne & ligno atrium dixerunt. Atrium ergo fit ex furno. Aula enim sancta ecclesiam significat aut conscientiam mundissime anime ipsa est enim aula regalis & habitaculum spiritus sancti sicut dicit apostolus. Quia templum dei estis & spiritus dei habitet in vobis. Domus ergo aliquando significat sanctam ecclesiam ut est illud. Domum tuam decet sanctitudo. domine in longitudine dierum. aliquando celestem iherusalem de qua legitur. Letatur sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. aliquando vero animam sanctam in qua habitat deus. Atria enim aut sanctam ecclesiam significat aut introitum fidei. Unde scriptum est. Stantes erant pedes nostri in atris tuis iherusalem. Significat enim eos qui iam in penetralibus sunt ecclesie siue qui ingressus vel ingressus esse meruerunt. Thalamum hac ex

causa vocatum ferunt. Cum enim rapte fuissent a romanis sabine ex quibus cum vna antea alias specie nobilis cum magna admiratione omnium raperetur thalamoni duci eam oraculo responsum est dari. Et quomodo hec nuptie feliciter cesserant institutum est ut in omnibus nuptiis thalamo nomen iteretur. Aegyptii quoque lingua sua loca in quibus nuptes succedunt & cubant thalamum nominant. Thalamus ergo mystice vterum sancte marie virginis significat. in quo natura nostra conuincta est verbo dei hoc est sancta ecclesia. cristo filio dei copulata est. vel corda sanctorum in quibus anima per amorem spouso inuisibili iungitur ut eius desiderio ardeat. nullaque iam que in mundo sunt concupiscat. presentis vite longitudinem penam deputet exire festinet & amoris amplexu in celestis sponsi visione requiescere desideret. Cenaculum dictum a comunione vescendi. Unde & cenobium congregacio. Antiqui enim publice & in comune vescerant nec illius conuiuium singulare erat ne occulto delicie luxuria gigneretur. Cenaculum ergo significat sanctam ecclesiam in qua christus misterium passionis sue & sacramentum corporis et sanguinis sui dicitur necnon et ubi spiritus sanctus in specie ignis super centum viginti credentes & variarum linguarum loquela eis per eundem spiritum data est. Triclinium est cenaculum a tribus lectulis discumbentium dictum. Apud veteres enim in loco conuiuii apparatus exponebatur. Clinon enim grece lectum vel accubitum ex quo conuictum est ut triclineum diceretur. Triclinium enim fidem trinitatis exprimit. ubi sancte anime fide spe & caritate quiescentes expectant introitum regni celestis. Cella dicta quod nos occultat & celat. Cubiculum vero quod cubam ibi dormientes requiescimus. Cubile autem cubandi locus est. secessus quod sit locus id est sine accessu. Cubiculum spiritualiter significat cordis secretum. unde iubetur vir euangelicus orare patrem celestem. Unde ei dicitur. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum & clauso ostio ora patrem tuum. Diuersorium dictum eo quod ex diuersis viciis ibi conueniant. Hospiciu sermo grecus est. ubi quis ad tempus hospitali iure inhabitat. & iterum inde transiens migrat inde & metatum quia mutatur. Unde legitur. Et castra etatis permutauerunt. Non enim illic permanet exercitus sed pertransit. Diuersorium potest significare presentem ecclesiam ad quam undique gentes conuenientes habitaculum qua erunt & in eo hospicio manentes aditum expectant superne patrie. Apogeuum est constructum sub terris edificium quod nos antrum vel speluncam dicimus. Solarium quod soli

& aure pateat. qual fuit locus in quo dauid bethsabee lauante aspexit & adamauit. Cuius misterium patet. quia xps videns ecclesiam degentibus se a peccatis p penitencie lacrimas atq; baptismi sacramentū purificāte eis speciem cōcupiuit & sibi sponsam associare desiderauit. **Xenodochiū** vero est habitaculum factum ad suscipiēdos peregrinos. Itaq; cum hierosolimā antiochus obsideret ircan⁹ princeps iudeorum reserato dauid sepulchro tria milia auri talenta inde abstraxit. ex quibus trecēta antiocho dedit vt obsidionē relinqueret atq; vt facti inuidiā demeret. Fertur ex reliqua pecunia instituisse. prim⁹ xenodochia quibus aduentū suscipet pauperū & peregrinorū. vnde & vocabulū sumpsit. Nam ex greco in latinū senodochiū pegrinorū susceptio nuncupat. Vbi autē egrotantes de plateis colligunt nosochomiū ion dicitur grece in quo cōsumpta languoribus atq; medus miserorum membra fouentur.

De Edificiis sacris. Ca. xxi.

Sacrariū pprie est locus tēpli in quo sacra reponunt. sicut donariū est in quo collocant oblata sicut lectisternia dicunt vbi homines sedere cōsueuerunt. Ab inferendis ergo & deportandis sacris sacrariū nuncupat. donariū vero eo q; ibi donata ponant que in templis offerre cōsueuerūt. **Oratoriū** orationi tantū est cōsecratū. in quo nemo aliquid agere debet nisi ad quod est factū. vnde & nomen accepit. **Penetralia** secreta sunt oraculorū. & penetralia dicta sunt ab eo qd est penitus. **Monasteriū** vnius monachi habitacō est. **Sterio** stacio id est solitarii habitacō **Cenobium** ex greco & latino videt esse cōpositum est enim habitaculum plurimorū in cōmune uevinciū. **Cenon** enim grece cōmūe dicit. **Fana** dicta a funibus quibus templa error gentiliū cōstruebat. vnde cōsules demōnū responsa audierant. **Delubra** veteres dicebāt templa fontes habencia quibus ante ingressum diluebant. & appellari delubra a diluendo. Ipse sunt nunc edes cum sacris fontibus. In quibus fideles regenerati purificant & bene quodā presagio delubra sunt appellata. sunt enim in ablucōe peccatorū. **Fons** aut in delubris locus regeneratoz est. in quo septē gradus in spiritu sancti misterio formantur. tres in descensu & tres in ascensu. **Septimus** vero is est qui et quartus id est similis filio hominis extinguēs fornacē ignis. stabilitimentū pedum. fundamentū aque. in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. **Basilice** prius vocabant regum habitacula. vnde & nomē habēt. **Ham** basileus rex & ba

silice regie habitacōes. nunc autē ideo diuina tēpla basilice nominant. quia ibi regi omnium deo cultus & sacrificia offerunt. **Martirium** locus martirii greca deriuacōne eo q; in memoria martiris sit cōstructū. vel q; se pulchra sanctorū ibi sint martiriū. **Aram** quidam vocatā dixerūt. q; ibi incense victime ardeant. alii aras dicunt a precacionibus quas greci aras dicūt. **Pulpitū** qd in eo lectorum vel psalmista in publico cōspici a pplo possit quo liberi⁹ audiat. **Analogiū** dictū q; sermo inde predicet. Nam logus grece sermo dicit qd ipsum altius sitū est. **Tribunal** eo q; inde a sacerdote tribuant pcepta viuendi. **Est** enī locus in sublimi cōstitut⁹ vnde vniuersi eum audire possint. **Alias** tribunal a tribu denominatū qd ad illum tribus cōuocet. **Tribunal** aliqū in scripturis sanctis potenciā maiestatis diuine qua iudicaturus est mundū significat vt est illud in euangelio. **Dum** venerit filius hominis in sede maiestatis sue tunc cōgregabunt omnes gētes. & in aplo. omēs inquit stabimus ante tribunal cristi vt recipiat vnusquisq; ppria corporis sui put gessit siue bonū siue malum. **Sacra** sūt loca diuinis cultibus cōstituta vt pote ea in quibus altaria litatibus de more a pōtificibus cōsecrant. **Sacra** iuxta veteres exteriora templi sunt. sancta autē sanctorū locus templi secrecior ad quē nulli erant accessus nisi tantū sacerdotibus. **Dicta** autē sancta sanctorū qa exteriori oraculo sanctiora sūt vel quia sanctorū sanctiora sunt sicut cantica canticorū. quia cantica vniuersa precellunt. **Sanctū** autē a sanguine hostiarū nuncupatū. Nihil enim sanctum apud veteres dicebat nisi qd hostie sanguine esset cōsecratū aut cōspersū. **Itē** sanctū qd existat esse sanctū. **Sancire** autē cōfirmare & irrogacōne pene ab iniuria defendere. **Sic** & leges sancte & mores sancti esse dicunt. **Propiciatoriū** quasi ppiciacōnis oratoriū. **Propiciacō** enim placacō est. **Oracula** dicta eo q; inde responsa reddunt & oracula ab ore. **Quā** autē materiā ad instructionē tabernaculi dominus quesierit ipse in exodo manifestat dicens ad moysen loquere filiis israhel vt tollāt mibi primicias ab omni homīe qui offeret vt troneus accipietis pncias mibi. **Et** nos pncias bonorū nostrorū domio tollim⁹. quādo si quid boni agimus totū hoc diuine gracie tribuimus. **Hec** sunt autē que accipere debetis aurum argentū et es iacintum ac purpurā coctūq; bistinctū & byssum pylos caprarum & pelles arietum rubricatas. pelles iacintinas & linguas et bim oleum ad luminaria cōciannāda aromata inūgētū & thimiamia boni

odoris lapides onichinos & gēmas adorādos ephod ac racōnale. facientq; mibi sanctuariū & habitabo in medio corū. **Cuncta** hec que dominus sibi a priore pplo ad faciendū scūariū materialiter offerri precepit nos quoq; qui spiritales filii israhel. id est ymitatores domini videntes ppli esse desideram; spiritali intelligētia debemus offerre. **Cui** viz aurū offerimus cum claritate vere sapiēcie qua esse in fide recta resplendē. argentū cum & ore nostro cōfessio fit ad salutē. es cū eadem fide publica predicacōne diuulgare gaudemus. **hiacintum** cum sursum corda leuamus. **purpurā** cum corpus passioni subicimus coctum bisinctū. cum **gemma** id est dei & pximi dilectione flagrans. **bissū** cū carnis castitatē. **sentim;** pilos caprarū cum habitum penitēcie ac luctus induim;. **pelles arietū** rubricatas cum ipos dominici gregis ductores suo sanguīe baptisatos videm;. **pelles iacintinas** cum nos post mortē spiritalia in celis corpora habitaturos esse speram;. **ligna sethiri** cum expurgatis peccatoz spinetis munda carne & et anima domio soli seruiem;. **oleum** ad luminaria cōcinnāda cū fructibus caritatis & misericordie resurgem;. **aromata** in unguentū & thimiama boni odoris. cum opinionem bone nostre actionis multis ad exemplū bene viuēdi longe lateq; diffundimus. **lapides onichinos & gemmas** adornādū ephod ac racōnale cum miracula sanctorū quibus cogitacōes deo deuotas & opa virtutū ornauere digna laude pdicam;. atq; hec in adiutoriū nostre fidei vbi opus fuerit ad summus. **Quia** enim in humeris onera gestare solemus recte ephod id est sup humerale opera iustorū & py pro dño labores insinuant;. quia vero in pectore cogitacōnum sedes est recte in racōnali qui est habitus pectoris racōnales munde electoz cogitacōnes exprimunt;. **lapidesq; onichini & gemme** ornant ephod ac racōnale. cum eximus sumoz patrum actibus & cogitacōnib; ecia; miraculorū insignia iungunt;. legit ergo inueteri testamento de tabernali cōstructione qd moyses fabricauit in deserto & de templi edificacōne quod edificauit salomon in terra re promissionis vbi in utroq; edificio sancta & scā sanctorū cōmemorant;. quorū misteria rite intelligētib; facile patent quia vtraq; domus sanctā ecclesiā designāt. **Verū** quia prior domus i itinere quo ad terram re promissionis veniebat;. **Hec** autē edificabat in ipsa terra re promissionis & in ciuitate hierl; m illa vt de loco ad locum crebro leuitaz; ministerio portata tandē in terrā pmissē hereditatis indu

cereēt hec vt mox i patria ipsa & ciuitate regna cōstructa inuiolabili semp fundamēto cōsisteret donec indutum sibi figurarum celestium munus impleret. potest in illa presentis ecclesie labor & exiliū in hac futura requies & beatitudo figurari. vel certe qa illa solis filiis israhel hec autē a p̄sētis ecia; & gentibus facta est possunt in illa principaliter patres veteris testamētī & antiqu; ille dei populus in hac autē cōgregata de gentib; ecclesia figuratiter exprimi. quis edificū vtriusq; domus enucleacius spiritali sensu excussū & labores p̄sentis ecclesie cottidianos & premia in futuro p̄sentia gaudia que regni celestis & electionē prime de isrl; ecclesie & salutem omniū genciū in cristo multimodis ostēdatur insinuare figuris. **Sanctū** autē qd velo suspēso a sanctuario se paratē significat p̄sentē ecclesiā que p̄egrinacōe istius mundi versat;. **sanctū** autē sanctoz illā que in celis ē quia ipsa sancta ecclesia que ex sanctis angelis & hominib; cōstans partim ad huc p̄egrinat in infimis partim autē in supna patria regnat in supnis. adhuc ciues suos dirimēte velo celi habet abinuicem segregatos. **De** qua paulus ap̄ls ad hebreos scribens plenissime testat; cum xpm verum pontificē asserit non per hircorū & vituloz. sed p̄ ppriū sanguinem introisse semel in scā eterna redempcōe inuenta. **Deniq;** in scripturis sanctis aliquando tabernaculū corpus domini saluatoris significat vt in psalmo. **In** sole posuit tabernaculū suū. **Item** tabernaculū dei sancta est ecclesia siue anima fidelis in p̄egrinacōne mundi degens. **Vnde** legit in psalmo. **Quonia;** ingrediar in locū tabernaculi admirabil; vsq; ad domum dei. & in ap̄lo tabernaculū quod fixit deus & non homo. **De** hoc tabernaculo in exodo dñm moyli ita locutum fuisse narratur. **Facies** mibi sanctificacōne & inde videbor a vob;. **Colūne** tabernaculi doctores sunt ecclesie vt in ap̄lo legit iacob; & iohes & cephas qui videbant; colonne esse. **Sere** siue vectes que tabulas siue columnas cōtinebant scripturā sacram vel cōcordiā scōz; p̄dicatoz significant. **Vnde** robur & firmitas eorū demonstrat;. **Basas** sunt columnarū libri legis & p̄phetaz; caput colūnaz; xps. **In** ap̄lo **Caput** viri xpus. **Cortine** tabernaculi multitudo fidelitū fidei funib; atq; scripturaz; p̄ceptis suspēse. ansule cortinarū iacintbine celestia p̄cepta. saga cilicina vndecim sub peccatoz; forma exprimunt;. **quingenta** circuli spem future quietis significant;. **scā** scōz; celestis illa patria & in eterna gaudia regni celorū. duo cherubin duo testamenta

legis. arca testamenti ecclesia. Vnde legitur in psalmo. Exurge domine in requiem tuam tu & arca sanctificationis tue propitiatorum super arcam christus in capite ecclesie. in epistola iohannis. aduocatum habemus apud patrem iesum christum iustum & ipse est propitiatorum pro peccatis nostris. Quatuor circuli aurei in quibus arca portabatur. quatuor euangelioz libri quibus ecclesia per quatuor mundi partes accincta predicatur. Vectes de lignis in putribilibus circulis intromissis fortes predicatorum mente incorrupta euangelice predicationi semper intenti. Vrna aurea caro est saluatoris munda perpetue diuinitatis dulcedine repleta Mensa dominus iesus christus qui est refectio electorum siue vnitas fidei. de qua dicit psalmista. Parasti in conspectu meo mensam potest et mensa de lignis sethim pacta scripturam sacram significare de fortibus sanctorum patrum verbis actibusque compacta. que dum nobis que sint eterne gaudia beatitudinis & quomodo ad hec perueniam ostendit cibum perfectio nobis salutis ac vite suggerit. Varia vasa que ea ad offerenda libamina sunt facta. varie sunt distinctiones eloqui diuini pro dispari capacitate audiencium. Panes propositionis super mensam positi semper doctores sunt spirituales qui in lege domini die ac nocte meditantur cunctis ecclesiam intrantibus refectioem verbi celestis offerunt. Duodecim ergo panes in mensa tabernaculi duodecim sunt apostoli et omnes doctrine illorum sequaces in ecclesia. Candelabrum corpus domini vel ecclesia sancta aut diuina scriptura. In zacharia. Vidi a dextris altaris candelabra duo argentea. Septem lucerne candelabro suppositae septiforme ecclesie sacramentum vel fides. In exodo. Lucerna ecclesie fides vel opa iusticie. In salomone. Propterea non extinguetur lucerna per totam noctem. Paxilli aurei in tabernaculo patriarcharum & prophetarum obtinent sacramentum paxillus dominus iesus christus in corda fidelium defixus. sicut in esaya de eo loquitur. Figam illum in domo fidei Paxillus compunctiouis stimulus sicut in deuteronio scriptum est Habebis locum extra castra ad quem egredieris ad requisita nature gerens paxillum in balteo. Circulus spiritalis in scripturis circuitus. In exodo. Catenule testimonia scripturarum inuicem se continentia. vasa in tabernaculo fideles in ecclesia. Vnde dicit apostolus. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea sed & lignea & fictilia. Ostium tabernaculi presens vita siue introitus ad fidem vel inchoatio bonorum operum. Vnde in leuitico. Et adducet eum ad hostium tabernaculi & ponet manum super caput hostie sue Altare aureum ipsa diuinitas vel altitudo fidei. in exodo.

Non ascendas per gradus ad altare meum. Nam inueteri testamento duo altaria facta esse leguntur. vnum erat altare holocausti in quo vitime immolabantur. aliud altare thimiamatis in quo incensum domino offerre batur. Sed altare holocausti generaliter vitam designat iustorum qui carnem suam quotidie crucifigere cum vitus & concupiscens atque in hostiam viuente deo offerre consueuerunt. Altare vero thimiamatis quod in adoleum thimiamata factum erat speciale quorundam perfectorum vitam significat. Neque frustra in illo carnes animalium incendebantur in hoc adolebatur incensum. quia in illo figurabantur hi qui non secundum desideria carnis ambulant sed quasi bec domino immolantes omnes sui corporis sensus per ignem sancti spiritus eius voluntati dedicant. in isto autem illo rum typus exprimitur. qui maiore mentis perfectione extinctis prius ac sopitis illecebris omnibus carnis sala domino orationum vota offert. nil quidem de carne quod se impugnet. nil de conscientia peccati unde conturbentur ac pauant habentes. sed dulcius perfusione lacrimarum optantes venire & parere ante faciem dei. Vnde apte hoc altare intus inuicinia veli et arce illud ante tabernaculum foris positum est. quia nimirum illi in conspectu sancte ecclesie cunctis exemplo virtutum perfurgent. isti alacriores ardore desiderii contemplatione future beatitudinis etiam corpore detenti non minimum propinquat. Apte illud ere hoc vestiri auro precipitur. Es namque plus aliis metallis sonorum ac diu durabile est. aurum vero quantum sono succubunt tantum splendore prestat aramento illud doctorum predicatione foris uel significat istud interius splendorem caritatis diuine intimat ubi lumine contemplationis dei habundanter illustrat. Potest & altare mystice significare corda electorum in quibus domino hostia laudis et bone deuotionis offertur. vel altitudinem fidei ut est illud in psalmo. Tunc impones super altare tuum vitulos. Quidam hoc loco dicunt ipsum dominum vitulum qui se hostiam obtulit pro salute cunctorum. Qua propter siue de adoleueribus siue de predicatoribus siue de martiribus sentiantur. Tales tamen propheta vitulos altaribus domino potuit promittere quos christiane religioni nouerat conuenire. Altare corpus saluatoris assumptum. In exodo. Altare de terra facietis mihi. Altare sancta ecclesia. In deuteronio. Cum transieritis iordanem edificate altare de lapidibus quos ferrum non tetigit id est de sanctis fidelibus quos nulla scisma heresum aut contumatio peccati maculauit. Item altare significat pascua scripturarum. ut in psalmo. Lauabo in innocentes manus meas et circumibo

127

altare tuum domine. **R**ursus altare corda sanctorum significat. In leuitico. **I**gnis autem in altari semper ardebit. id est ardor caritatis. **C**ornu altaris est altitudo celestis patrie. ut in psalmo. **C**onstituite diem solemne in confrequentationibus usque ad cornu altaris. **A**ltare eneum corda carnalium. in quo altari carnes in holocaustum cremabantur que opera carnalia deplorant incensum orationes sanctorum. in psalmo. **D**irigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. **S**acrificium oblationis iusticie. in psalmo. **S**acrificate sacrificium iusticie. **H**olocaustum. id est totum combustum totus fidei accensus siue carnis mortificatio. **E**st enim quidam ignis caritatis omnia membra hominis in proprios usus assumens ut non permittat ea militare peccato. **E**t in psalmo. **H**olocausta medullata offerat tibi. **H**ostia pacifica opus misericordie. que ideo hostia pacifica appellatur eo quod hostia dyabolo resistat & deo hominem reconciliet. In psalmo. **T**ollite hostias & introite in atria eius. **A**dipes pacificorum conpunctio cordis & lacrimarum profusio intelligitur. **I**n leuitico. **E**t impositum desuper holocaustum adolebit. **I**n taburo vero superbia que continencie cultro in ara cordis iugulatur. in ariete furor. **I**n birco libido. **I**n vitulo carnis voluptas. **I**n agno lasciuia. in edis peccata diuersa. per turturam & columbam mundicia castitatis & simplicitas cordis in sacrificium dei offertur. in simulagine puritas mentis vel opera misericordie. in primiciis incia bonorum operum vel bona voluntas. in decunis vero perfectio bonorum operum. **S**acerdos dominus est ihesus christus. in psalmo. **T**u es sacerdos secundum ordinem melchisedech. **S**acerdotes sancti. ut in esaiam. **V**os sacerdotes domini vocabimini ministri dei nostri. & in mala parte in malachia. **V**os sacerdotes quod polluistis nomen meum. **V**estimenta sacerdotum opera iusticie. & in psalmo. **S**acerdotes tui domine induantur iusticia. **I**tem vestimenta sacerdotis plebs fidelium. **I**n leuitico. **C**aput suum non discoopiet & vestimenta non scindet. **T**unica iacinthina christi ecclesia eius sanguine decorata. **I**n exodo. **E**t fecerunt tunicam iacinthinam &c. **S**uper humerale virtus operationis ab humeris significata. in exodo. **E**t fecerunt super humerale de auro & iacintho purpura & cocco & bisso rotorta. rationale doctrina. vel veritas seu rationis a pectore declaratio. in exodo. **E**t fecerunt rationale opere textili. **D**uodecim lapides in rationali quaternario ordine trini positi fidem trinitatis & euangelicum sermonem atque xii. apostolorum doctrinam in pectore sacerdotis semper inesse monstrat. **P**oderis hoc est tunica secrecior. in exodo. **E**t fecerunt vestimentum podere sub umbone opus

textile totum iacinthinum. **T**intinnabula aurea vestimentis inserta sermo predicacionis operibus coniunctis. **M**ala punica tintinnabulis permixta unitas fidei & concordia caritatis. lamminam auream in fronte crucis prefiguratio vel manifesta iusticia. in exodo. & fecerunt lamminam auream & fecerunt in ea litteras deformatas scitatis signaculo domini. **S**ancta sanctorum misteria queque dei vel regna celorum. in apostolo. **N**on enim in manufactis sanctis ihesus introiit exemplaria verorum. sed in ipsum celum ut appareat nunc vultui dei. **T**empla nomen generale. **P**ro locis enim quibuscumque magnis antiqui templum dicebant. & templum dicta quasi tecta ampla sed & locus designatus ad orientem a contemplatione templum dicebatur. cuius partes quatuor erant antica ad ortum portica ad occasum sinistra ad septentrionem dextra ad meridiem expectant. **V**nde & quando templum construiebant orientem expectabant equinoctiale ita ut linea ab ortu ad occidentem missa fierent presceli dextra sinistra equales ut qui consuleret ac deprecaretur rectum aspiceret orientem. **T**emplum mystice vel corpus domini significat de quo ipse in euangelio ait. soluite templum hoc dicit dominus & in tribus diebus excitabo illud. vel coetum sanctorum quibus apostolus ait. **V**os estis templum dei & spiritus dei habitat in vobis. si quis autem templum dei violauerit dispdet illum deus. **T**emplum enim dei sanctum est quod estis vos. **S**i ergo ille templum dei per assumptam humanitatem factus est et nos templum dei per inhabitantem spiritum eius in nobis effici-mur. constat utique quia figura omnium nostrum & ipsius videlicet domini & membrorum eius que nos sumus templum illud materiale tenuit. sed ipsius tanquam lapides singulariter electi & preciosi in fundamento fundati. nostri autem tanquam lapidum viuorum super edificatorum super fundamentum apostolorum & prophetarum hoc est super ipsum dominum. **D**omus autem quam edificabat rex salomon domino habebat. lx. cubitos in longitudine & xx. cubitos in latitudine & xxx. cubitos in altitudine. **L**ongitudo domus longanimitate designat ecclesie qua in exilio peregrinationis huius patienter aduersa queque tollerat donec ad patriam quam expectat perueniat. latitudo insinuat caritatem que nouit dilatato sumentis non solum amicos in deo sed inimicos diligere propter dominum donec veniat tempus quando siue ad pacem suam conuersis seu funditus omnibus extinctis inimicis cum solis gaudeat amicus in deo. **A**ltitudo spem denunciat future retribucionis cuius intuitu libenter infirma queque siue que demulcet seu que aduersantur contempnit usque dum utrisque transcens sola

mereat videre bona dñi in terra viuencium
Opera que byram artifex de tiro fecerat sa-
loniōni spiritalē significacōem habent. Mare
fusile decem cubitoꝝ a labio vsq; ad labium
rotundū in circuitu figurā tenet sacri baptis-
matis quo in remissionē peccatorū emunda-
mur. Duodecim boues qui illud portabant
duodecim aplos significāt & omnes qui vice
eoz; regendā in xp̄o sanctam susceperūt eccle-
siā. Similiter duodecim luteri in quib; ho-
stie lauabātur significāt sacrum baptisma &
sanctificacōem spiritus sancti. Cetera autem
vasa que predictus artifex finxit de ære in
argillosa terra diuersas spēs significāt scōꝝ
hominū que in argillosa terra hoc est in scrip-
tura sacra formant ad ministeriū dei.

De Aditibus.

Ca. xxii.

Aditus ab adendo dicitur per quem
ingredimur & admittimur. Vestibu-
lum est vel aditus domus priuatae vel
spacium adiacēs edibus publicis. & vestibulum
dicitur eoq; eo vestiunt fores aut qd̄ aditum
tecto vestiatur aut ab stādo. Vestibulum
autē aliqñ significat fidem per quam intrat
in ecclesiā. aliquando humilitatē quia nemo
potest ad gradus spiritualium donorū ascendē
nisi per humilitatis virtutē. Vnde scriptum
est. Super quem relescit spūs meus nisi sup
humilē & quietū & tremētē sermones me-
os. Potest quoq; p vestibulū fides intelligi.
Ipsa q̄ppe est ante gradus & portā. quia p̄us
ad fidem venimus & postmodū p spiritaliū
donorū gradus celestis vite aditū intramus.
Non enim virtutib; veniē ad fidem sed fide
pergitur ad virtutes. per fidem ergo veniē
ad opera sed p opera solidatus in fide. Vesti-
bulum itaque ante gradus est. quia qui p̄us
crediderit ipse post virtutū gradib; ad por-
te aditum ascendit. Gradus spirituales ascen-
sus sunt. vt in psalterii titulo. canticū graduū.
Gradus eburnei sunt casta antiquorū patrū
exempla. A gradibus eburneis ex quibus te
delectauerūt. His quoq; virtutū gradib; rec-
te credens ad porte aditū ascendit. Porticus
qd̄ transitus sit magis q̄ vbi stādum sit quasi
porta. & porticus eo q̄ sit aptus. Porticus
aliquādo significat aditū domus. Vnde scrip-
tum est in libro regū. Porticus erat ante tē-
plum xx. cubitoꝝ iuxta mensurā latitudinis
templi &c. Porticus que erat ante templum
& ppior lucē solis accipere solebat quid apci-
us q̄ illam eius ptem que dominice incarna-
cōis tēpora precessit tipice denunciat. in qua
sunt patriarche & pphete qui orientem huc
mūdo solem iusticie primi susceperunt & na-
scendi in carne domino testimoniū siue viuen-

do siue predicādo siue nascendo siue eciā mō-
riēdo p̄buerunt. Ianua a iano quodā appellat
cui gētilis omnē introitum vel exitum sacra-
uerunt. Vnde lucan⁹. Ferrea belligeri cōpe-
scat limina iani. Est autē primus domus in-
gressus. cetera intra ianuā hostia vocant. Ge-
neraliter hostium est per quod ab aliquo ar-
cemur ingressu ab obstādo dictū. Alii aiunt
hostium appellari quia hostem morat̄ ibi enī
aduersarius nos obicimus. Hinc & hostia tibe-
rina quia hostibus sunt opposita. Fores & va-
lue claustra sunt. sed fores dicunt̄ que foras
value que intus reuoluunt̄. & duplices cōpli-
cabilesq; sunt. sed generaliter vsus vocabula
ista corruptit. Claustra ab eo q̄ claudāt dicta.
Ostia significat cogitacōez mētis siue aditū
cordis vt in euangelio. Tu autē cum orabis
intra cubiculū. & clauso ostio sup te ora pa-
trem tuum. Introitus ingressus per fidem in
ecclesia egressus per dissolutionē carnis ad cō-
templacōez diuinā vt in euangelio. Et ingre-
diatur & egredietur et pascua inueniet et in
psalmo. Domin⁹ custodiat introitū tuum &
exitum tuum ex hoc nunc & vsq; in seculum.
Item hostium aliqñ apcionē fidei significat
vt est illud in aplo. Hostiū enim mihi apertū
est magnū & euidens. Ianua ergo vel ostium
templi domini. significat dominū saluatorem
quia nemo venit ad patrē nisi per ipm. & sic
ipse alibi dicit. Ego sum ostium p me siquis
introierit saluabit. Ostium porticus sermo
ppheticus. qui quasi recto calle ingredien-
tes ad ostium templi pducebat. quia graciā
domini saluatoris qua mundū erat redemp-
turus aperte predicabat. Factura ergo por-
ticus tota fideles illius tēporis signat. ostiū
vero in porticu doctores qui ceteris lucē vi-
te ianuāq; intrandi ad dominū pandebat ex-
primit. Et bene vnū ostiū ppter consonā in
omnib; sanctis fidem ac dilectionē veritatis
Que videlicet porticus iuxta latitudinē tem-
pli xx. cubitis longa erat. q̄ nimirū antiqui
iusti per longanimitatē deuote mētis deside-
rabant venire ad dilatacōem ecclesie in carita-
te dei que est in xp̄o ihesu domino nostro. Le-
gitur autē in libro regum qd̄ salomon fecerit
in ingressu oraculi duo ostiola quia boni an-
geli & homines sancti dominum ac p̄ximos
p̄fecte diligunt. neq; vllus ianuam vite nisi p
geminā hanc dilectionē poterit intrare. seu
quia vtriusq; ppli fidelibus & iudeis sc̄z &
gentibus eadē vite ianua reserat. Postes ha-
bent angulos quinq;. quia non solum animas
electoz; aula celi recipit sed & corporib; im-
mortali gloria p̄ditis in iudicō suas fores
aperit. Cardio est locus in quo ostium vertit̄

& semper mouet. dictus a potocardian quod quasi cor hominē totum ita ille cuneus ianuā regat ac moneat. Vnde puerbiale est in cardine rem esse. limina ostiorū dicta eo q̄ tranuersa sunt vt limes & per ea sicut in agro aut introeāt aut foras eāt. Postes & antes quasi post & ante. Antes quia ante ianuam stant vel quia antea ad eas ascendimus prius q̄ ad domū ingrediamur. postes eo q̄ post ostium stent. **C**ardo potest significare recte fidei firmitatē. in hac enī ostia vertunt q̄ extra regulam fidei nullo modo patiē dilectionis ordo se separari. Itē legit̄ in libro regū. Et cardines ostiorū templi ex auro erant. Si ostia domus interioris sancti sanctorū āgelica sūt ministeria que nobis de corpore egressis introitū vite celestis referant & ostia tēpli doctores sunt sancti ac sacerdotes qui instruēdo baptisando dñici corporis & sanguinis misteria cōmunicādo prima nobis ecclesie p̄sentis limina pandunt. quid cardines vtrorūq̄ ostiorū nisi sensus & corda sunt eorundē angeloz̄ siue hominū sanctorū quibus immobiliter cōtēplacōni ac dilectioni sui cōditoris adherent vt eo ministeriū diuinit̄ sibi delegatū recte cōpleant. Item in malam partē ponit̄ cardo. vt in salomone vbi dicit. Sicut ostium vertit̄ in cardine suo. ita piger in lectulo suo. piger ergo in lecto sui corporis sicut ostium vertit̄ in cardine quia modo exire ad opandū modo ad requiescendū redire p̄ponit. tamē in suis iacere prauitatibz̄ nunq̄ desistit. **L**imina enī ostiorū humilitas & mansuetudines bonorū sunt morū. Quia in ipsis perficiant̄ gradus virtutum ibiq̄ patet ingressus regni celestis dicente ipso dño. Qui se humiliauerit exaltabitur. Et alibi Beati mites quoniā ipsi possidebunt terram. & psalmista. Mansueti inq̄ possidebunt terram & delectabunt̄ in multitudine pacis.

De parietibus edificiorū. Ca. xxiii.

Fundamentū dictum qd̄ fūidus sit domus idem et cemetū a cedendo dictū qd̄ grosso lapide surgat. Fundamentum enim allegorice x̄ps intelligit̄ vel fides eius catholica sup̄ quā fundata est ecclesia. Vnde scriptū est in ap̄lo. Fundamentū enim aliud nemo potest ponere preter id qd̄ positum est in x̄po ihesu. Et item. sup̄ edificamini. Inquit sup̄ fundamentum ap̄loz̄ & p̄phetarū hoc est doctrinā eorū. Item legit̄ in psalmo de ciuitate dei. Hoc est ecclesia fundamenta eius in mōtibus sanctis. id est x̄ps dominus. qui sic ecclesiam suam cōtinet. vt nulla possit quassacōe titubare. Merito ergo ab ipso sup̄ sit exordiū quem rerum omnium cōstat esse

principium. **P**aries nūcupat̄ quia semp̄ duo sunt pares vel a latere vel a frōte. Siue enim tetragonū siue exagonū. sic qui se cōspiciunt ex pari erūt. **A**lter enim structura facta de formis est. parietinas dicimus quasi parietū tum ruinas. sūt enī parietes stātes sine tecto & sine habitātibus vel habitatoribz̄. **A**ngul9 dicit̄ qd̄ duos parietes in vnum cōiungat. **P**aries corpus saluatoris significat. vt est illud in psalmo. Tanq̄ parietem inclinato & macerie in pulse. & alibi ecce stat post parietē nostrum. **P**aries simulacō. ypocritarū vt in ezechiel. **I**psi edificabāt parietē illi autē hūiebāt eum luto absq̄ paleis. **F**enestre audit9 fidei vel cordis intellectus. vt in canticis canticoz̄. **E**cce ipse stat post parietem nostrū respiciens per cancellos. **F**enestre visus auditus odoratus & ceteri sensus carnis. vt in iheremia. **I**ntrauit mors p̄ fenestras nostras. **F**enestra cogitacō cordis vel ipsa mētis intencō vt in sophonia. **V**ox cātātis infenestra curuus ī sup̄limi naribus eius. **P**ictura in pariete cogitacōnes prauē in corde hominis. vt in ezechiel. **E**t ecce omnia idola dom9 israhel depicta erant in pariete. **P**arietes enim templi dei fideles sunt ex utroq̄ populo hoc est iudaico & gentili ex quibz̄ x̄ps edificauit ecclesiam suam. Vnde legit̄ in regum de salomone. **E**t edificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis a pauimēto dom9 vsq̄ ad summitatē parietum & vsq̄ ad laquearia opuit lignis cedrinis. intrinsecus quidē domus cedro erat vestita nā forinsecus tāto nitore lapis ipse de quo facta fuerat fulgebat ac si calculo esset candido texta. iuxta sensus vero mysticos parietes templi sunt fidelium populi ex quibus sancta vniuersalis cōsistit ecclesia. quorum dilatacōem per orbem latitudo designat parietum spem vero & intencōnem omnem ad celestia erectam longitudo. vel certe altitudo parietis q̄ ex ordinibz̄ lapidū super inuicē positis constat presentis statū ecclesie significat vbi electi super fundamentū x̄pi omnes edificati sibi inuicem in ordine p̄ temporū curricula succedunt sese q̄ inuicem portantes legem x̄pi que est caritas adimplēt. **A**ngulus quod duos parietes in vnum cōiungit. **A**ngulus autē siue lapis angularis in scripturis intelligit̄ x̄ps. eoq̄ duos parietes cōiungat in vnū credētes videlicz̄ ex iudeis & gentibz̄. Vnde scriptū est in psalmo. **L**apidem quē rep̄bauunt edificātes hic factus est in caput anguli. **S**ub allusione fabricancium exponit̄. inanis opa iudeorū. **S**oli quippe hominū adhuc in mundo vnum colētes edificare videbant̄. dū ceteri nacōes ydolorū se cultura destruerent

Edificantes enim tendunt super vel semper ad
 angulum ut commissorum parietum soliditas
 impleat. Iudei vero fidei sue fabricam minime
 profecerunt. quoniam ipsum qui erat lapis fortissi-
 mus angularis more demencium putauerunt
 esse contemnendum. **D**ominus autem Christus per tropolo-
 giam sicut innumeris locis constat expositum
 ideo lapis dicitur angularis quia duos ad se po-
 pulos a diuerso venientes gentilium atque iude-
 orum tanquam gemmos parietes in vna solidita-
 tis gratiam colligauit. **D**e hoc lapide prophete
 de hoc apostoli de hoc multi diuersa dixerunt. **A**n-
 gulos enim tractus est ex greco sermone id est
 a goni quod latine dicitur genu eo quia inflexu
 speciem anguli conformi qualitate restituit.
Nam apud grecos originem sui nominis in de-
 riuacionibus omnino custodit ut tetragonus
 pentagonus & his similia. **C**ulmia dicta sunt
 quia apud antiquos tecta culmo tegebantur
 ut nunc rustici. **H**inc tecti summitas cul-
 men dicitur. **C**amere sunt volumina introrsum
 respicientia appellata a curuo. **C**amur enim
 grece curuum est. **L**aquearia sunt que camera
 subtegunt & ornant que & lacunaria dicuntur
 principaliter autem lacus dicitur ut lucilius re-
 sultant edesque lacusque cuius diminutio lacu-
 nar facit. ut oracius. neque aureum mea reni-
 tet in domo lucanar. **I**nde fit alia diminutio
 lacunarium & per antistichon laquearium facit. **T**ec-
 ta enim siue laquearia sancti doctores intelligi possunt
Vnus sponsa in canticis ait **L**igna domorum
 nostrarum cedrina laquearia cipressina. **D**omos quippe
 suas varia per mundum fidelium conuenticula no-
 minat. e quibus omnibus ipsa vniuersalis eccle-
 sia constat. **L**igna autem & laquearia diuersos
 in eisdem domibus ecclesie fidelium ordines de-
 signant. **N**amque vtraque in alto solent poni. sed
 tigna ad munitionem sicut laquearia vero ma-
 gis decori domorum quam munitioni proficiunt. **S**ig-
 nificant ergo tigna predicatorum sanctos quorum
 & verbo & exemplo structura eiusdem ecclesie
 ut subsistere possit continetur. qui sue robore doc-
 trine turbines heretice impulsiois ne eam de-
 iciant arcant. **A**ssimulantur laquearia simplici-
 oribus christi famulis qui propriis ecclesiam virtu-
 tibus potius exornare quam doctrine verbis dif-
 fundere & contra dogmatum impetus norunt
 munire. **D**ependunt autem affixa tignis laque-
 aria. quia necesse est ut quicumque in sancta ec-
 clesia sublimis virtutibus splendere desiderant
 summorum patrum dictis atque exemplis quibus
 a terrenorum ambitu suspendantur tota mente
 inhereant. **E**t bene tigna hec cedrina & laque-
 aria dicuntur esse cipressina. quia vtraque hanc
 arborem imputribilis omnino nature altitu-
 dinis eximie & odoris constat esse precipui

Quod eis apte conuenit qui cum apostolo dicere
 possunt. **X**risti bonus odor sumus deo & nostram
 conuersationem in celis est. **T**ectum intencionem ce-
 lestis operationis signat. id est vitam contemplati-
 uam in euangelio. & qui in tecto est non descen-
 dat aliquid tollere de domo sua. **I**tem tectum
 corpus hominis ut in euangelio. **Q**uod in aure
 auditis predicare super tectum. **T**ectum vela-
 men legis & obscuritas sanctarum scripturarum
 intelligitur. **A**bsida greco sermone latine inter-
 pretaur lucida. eoque lumine accepto per arcum
 resplendet. **S**ed vtrum absidam an absidem
 dicere debemus verbi genus ambiguum quidam
 doctorum existimant. **T**estudo est camera templi
 obliqua. nam in modum testudinis veteres tem-
 ploque tecta faciebant. que ideo sic fiebat ut ce-
 li imaginem redderet. quod constat esse conexum
Alii testudinem volunt esse locum in parte atrii
 aduersa venientibus. **A**rcus dicitur quod sunt arca
 conclusionem curuati ipsi & fornices. **P**auimenta
 origine apud grecos elaborata arte picture
 licostrata paruis crustis ac tessellis tinctis
 in varios colores vocata autem pauimenta eoque
 pauentur. id est cedant. **V**nde & pauor quia
 cedit cor. **O**strachus est pavementum testacium
 eoque fractis testis calce admixto feriatur. **T**esta
 enim greci ostracum dicunt pavementum intelligitur
 humiliatio atque afflictio anime siue in terrena
 declinatio ut est illud in psalmo. **A**dhersit pau-
 mento anima mea. **P**auimentum est soli alicuius
 in lenitate maxima constructa soliditas que
 merito nostro corpori comparatur quoniam & ipsum
 simili nitore leuigatur. **A**dhersisse se ergo dicit
 carni sue quod viciosum esse non dubium est. **A**ni-
 ma si adhereat corpori delictis fauet. si volu-
 tate sit diuisa virtutibus. **P**auimentum humili-
 tatis fidelium doctrinam sanctorum patienter sus-
 cipientium ut in ezechiele. **E**t ante gazophi-
 lacium pavementum stratum lapide. **I**tem legitur
 in libro regum quod salomon pavementum texerit
 auro intrinsecus & extrinsecus hoc est in ora-
 culo & in ipso templo. **T**exit ergo salomon pa-
 uimentum domus auro intrinsecus & extrinse-
 cus. quia rex noster pacificus & angelos atque
 animas iustorum in celis perfecte ac plenarie do-
 no dilectionis eternoque a mortalium vilitate se-
 creuit. **C**ompluuium dicitur quia aque partibus
 que circa sunt eo conueniunt. **T**essella sunt e qui-
 bus domicilia sternuntur a thesseris nominata
 id est quadratis lapillis per diminutionem. **B**a-
 ses fulture sunt columnarum que a fundamento
 consurgunt & supposite fabricae sustinent pon-
 dus. **B**ases autem nomen petre est fortissime sy-
 ro sermone. **C**olonne per longitudinem & rotun-
 ditatem vocantur in quibus totius fabricae pondus
 erigitur. **A**ntiqua ratio erat columnarum altitu-

97

dines tertia pars latitudinū. Genera rotundarū quatuor sunt dorice ionice tuscanice corinthee mensura crassitudinis & altitudinis inter se distantes. Quintū genus est eaz que vocantur attice quaternis angulis aut amplius paribz laterū intualis. Capitella dicta q̄ sint columnarū capita sic sup collū capitis. Epistilia sunt que super capitella columnaz ponunt & est grecū. id ē supmissa. Bases aut̄ mystice possunt intelligi libri testamētoꝝ diuinorū quibus innitur om̄s doctrina scōꝝ predicatoꝝ. Columne enim sunt apl̄i & doctores euāgelii. Hos p̄figurauerūt ille due colonne quas legiē fecisse hirā in edificacōne templi domini sicut scriptū est in libro regū & paralippomenon. vt est illud. Compleuit hiram omne opus regis in domo dei hoc est columnas duas & epistilia & capita & quasi quedā retiacula que capita teget̄ sup epistilia. He sunt colonne de quibus paulus ait. iacobus cephas & iohānes qui videbantur colonne esse dextras dederūt mibi & barnabe societate vt nos in gentibz. illi aut̄ in circumcissione. Quibus verbis quasi exponere videt̄ mysteriū columnaz materialū & qd̄ videlicz figurauerūt & quire due sint facte. Aplos namq̄ & doctores sancti cūctos spiritales significāt fortes nimirū fide atq̄ ope & cōtemplacōe ad supna erectos. Due sunt autē vt ergentes & circumcissionē predicādo in eccl̄iaz introducāt. Stabāt in porticu ante fores templi & ingressum illius suo decore ac pulchritudine ex vtraq̄ parte mirabiliter ornabant. Ostium autē templi dñs est. quia nemo venit ad patrē nisi per ipsū. & sicut alibi dicit. ego sum ostium p̄ me si quis introierit saluabitur. Quod videlicz ostiū colonne ab vtroq̄ latere coram posite circumstāt. cum ministri sermonis vtriq̄ pp̄lo introitū regni celestis ostendunt. Capita etenim columnarū hoc est supma pars earū precordia sunt fidelīū doctorū quorum deo deuotis cogitacōibus sicut capite membra ita ipsoꝝ om̄ia & opa diriguntur & verba. Duo autē capitella que his capitibz erant supposita duo sunt testamenta. quorū meditacōe atq̄ obseruācia doctores sancti toto animo subdunt & corpore. Vnde bñ vtrū q̄ capitellum q̄q̄ cubitos habebat altitudinis. quia nimirū quinq̄ libris scriptura moy saice legis cōprehēsa est. Quinq̄ etiam seculi etates tota veteris instrumēti series cōplexa est. Nouum vero testamētū non alia nobis aliqua predicat quā que moyses p̄dicāda per hoc esse predixerat. & p̄phet e. Species namq̄ catenarum & similitudo retis in capitellis varietas est virtutū spiritaliū in sc̄is de qua

dom̄io cantat̄ in psal. Assitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta varietate diuersorū carismatū vel certe multiplex cōtextio catenarum & retis expansio multifarias electoꝝ p̄sonas insinuat. qui cum verbis sanctoꝝ predicatoꝝ fideliter auscultādo atq̄ obediendo adberent quasi colūnarū capitibus supposite res et catenule miraculum sue cōnexionis cūctis aspectātibz p̄bent.

De Repositoris. Ca. xxiiii.

Rariū vocatū. quia prius æs signatū sibi recondēbat. Hoc enim olim in vsu erat auro argentoq̄ nondum signato. Ex quorū metallis quāuis postea facta fuisset pecunia nomē tamē ararii p̄mansit ab eo metallo vnde pecunia incipit sumpsit. Armarium locus est vbi quarūcūq̄ artū instrumēta ponunt. armamētarium vero vbi tantū tela armoz. Vnde iuuenalis. Quicquit teloz armentaria celi dicta autē vtraq̄ ab armis id est brachiis quibz exercent. Bibliotheca est locus vbi reponunt libri. Biblio enim grece liber. theca repositorū dicit̄. Cellariū q̄ in eo colligant̄ ministeria mensarū. vel que necessario victui supsūt. Inter promptuariū autem & cellarium hoc int̄est quod cellariū est paucorum dierum. p̄mptuariū vero tēpis longi. Promptuarium dictum eoq̄ inde necessaria victui p̄munt̄ hoc est p̄ferunt. Promptuaria aliq̄ in malam partē accipiunt. vt est illud. Promptuaria eorū plena eructācia ex hoc in illud. Prōptuaria que cellaria vulgus appellat hereticoꝝ corda significāt. vbi diuersarū rerū species epuleq̄ deposite sunt. Ista quātū copiose farcita sunt tātum diuersas eructuatiōes pessime exaltacōis emittūt. Quos si auctoritate cōuincas ad interptationū nequicias trāferunt. cum inde quoq̄ fuerint dño iuuante supati ad sophistarū se versucias calumni asq̄ cōuertunt. vagi instabiles quia radicem nequeūt habere veritatis. Vnde asperis odoribus comparata sunt que simpliciū corda fetido sermone decipiunt. Apotheca autē vel horrea a greco verbo repositoria vel reconditoria dici possunt. eoq̄ in his homies elaboratas fruges reponunt. Vnde & enteca greco nomine repositam rei copiosam substantiam appellamus.

De officinis. Ca. xxv.

Ergasterium locus est vbi opus aliqd̄ fit greco enim sermone erga opa steri ostacō id ē operarii ergastula quoq̄ & ipsa a greco vocabulo nuncupant̄ vbi deputant̄ noxii ad aliqd̄ opus faciendum vt solent gladiatores & exules qui marmora secant et tamen vinculorum custodiis alligati sunt.

Genetbeu grece dictu eoq̄ ibi couentus femi-
narum ad opus laneficii exercendu coueniat
mulier enim gene nuncupat. **P**istrinu quasi
pistrinu quia pilo antea tundeant granu
Vnde et apud veteres non molitores sed pi-
stores dicti quasi pinsores a pinfendis granis
Mole enim vsus nondum erat sed granu pilo
pinfiebant. Vnde & virgilius. Nunc torrete
flammis fruges. nunc frangite saxo. **C**liba-
num id est furnu per diriuacoem a farre aiut
dictum quonia panis ex eo factus ibi coquit
Clibanus vt dixim9 cobustio sempitna intel-
ligit. vt in euangl. Si enim fenum quod ho-
die in agro est & cras in clibanu mittit Vn-
de clibanus tribulaco vite presentis. vt in ihe-
remia. **P**ellis nostra hoc est caro quasi cli-
banus exusta est a facie tempestatu famis. **C**li-
ban9 e coquedis panib9 enei vasculi deducta
rotunditas que suburentib9 flammis ardet
intrinsecus. In qua similitudine merito pecca-
tores ponunt qui in futuro iudico & merore
animi & penali excruciacoe torquendi sunt
qui cōtra regias dñi obstinata mente vixerit
De quibus dicit in psalmo. Pones eos vt cli-
banu ignis in tempe vultus tui. **V**ultus vero
domini dies est iudicii. quādo filius hominis
videbit ab hominib9. sed soli eum iusti etiam
diuinitatis sue cōtemplacoe respiciunt. **T**or-
cular dictum eoq̄ ibi vna calcant atq̄ extorte
expmuntur. **F**orus est locus vbi vna calcatur
dictus q̄ ibi feratur vna vel ppter q̄ ibi pe-
dib9 feriat. vnde & calcatoriū dicit. sed hoc
nomē multa significat **T**orcular altare ab eo
q̄ ibi oblacoes atq̄ fructus cōferant. vt in ca-
tico esaye. **E**t torcular fodi in ea. **I**tem torcu-
lar futura tribulaco. vt in apocalipsi. **E**t ipse
calcauit torcular vini ire furoris domini. **I**ta
q̄ torcular qd̄ iuxta scripture sancte cōsuetu-
dinē interdū pro vitione atq̄ supplicii ponit
peccatoz. interdum in cōgregacoe nouorū
fructuū. pro penis ponitur atq̄ tormētis qñ
iberemias in lamētacōib9 plangēs euerfione
iberlm loquit. **T**orcular calcauit dñs virgi-
ni filie iuda. ideo ego ploro. **I**n bonam ptem
scribuntur psalmi pro torcularib9 octauus &
octogesimus tercius. legit enī in titulo octo-
gesimi psalmi ita. **I**n fine p torclarib9 asaph
Quinti sabbati est. quinta dies a sabbato que
a gentibus dies iouis a nobis quinta feria vo-
cat in qua dixit deus. pducant aque reptilia
animarū viuarū & volatilia sub firmamento
celi. mystice significās diuerse virtutis viros
ex aquis baptismatis esse nascituros. **T**ituli
ergo huius intētio talis est vt in finem desig-
net dominū xpm. pro torcularib9 ecclesiam
psecucōib9 exanimatā. asaph congregacōem

quinta sabbati baptismū. Vnde colligit psal-
mū in ecclesia domini de regenerata cōgre-
gacoe esse locuturum. **H**oc enim asaph ad
historiā quidē loquit. sed melius intelligitur
spiritualiter a ppl'o xpiano. **L**acus infernū sig-
ficat. vt in psalterio. **P**osuerunt me in lacu
inferiori. & alibi. deduxerunt in lacum mor-
tis vitam meam.

De Munitionib9.

Ca. xxvi.

Munitum vel munimentū dictum.
quia manu est factū. **C**ubors vo-
cata vel q̄ coarctet cuncta que inte-
rius sunt. id est cōcludat vel q̄ co-
erceat obiectu suo extraneos & adire p̄hibe-
at. **V**allum est qd̄ mole terre erigit vt custo-
dia pretēdat. **D**ictum autē a vallis Nam val-
li fustes sunt quib9 vallū munit. & valli dicti
q̄ figant & vellant interualla sunt spacia int̄
capita valloz. id est stipitū quibus vallum fit
vnde & cetera q̄ spacia dicunt ab stipitib9. s.
Agger est cuiuslibet rei aceruacō. vnde fosse
aut valles possūt repleri. **A**gger pprie dicit
terra aggesta que val'o factio pprie ponitur
sed abusiue & muros & munimēta omnia ag-
gerē dicimus. **V**allum enī vel agger in scrip-
turis coangustacōem hostium significat. qua
hostes coartant eos quibus nocere volūt. **V**n-
de ad iberlm dñs in euangl'io ait. **V**enient
dies in te & circumdabūt te inimici tui val-
lo & coangustabunt vndiq̄ & ad terrā p̄ster-
nent te & filios tuos qui in te sūt. qd̄ signifi-
cat anime humane que visio pacis debuit esse
pppter peccata sua angustā. **Q**ui nanq̄ sunt
humane anie maiores inimici q̄ maligni spūs
qui hanc corpe exeuntē obsidēt quā in carnis
amore positā deceptoris delectacōib9 fouēt
hanc societatem sue damnacōis trabentes co-
artant vt in ipsa iam extremitate vite depre-
hensa a quibus hostibus circūclusa sit videat
et tamē euadendi aditū inuenire non possit.
quia operari iam bona non licet que cum licu-
it agere cōtemplit. **M**acerie sūt parietes lon-
gi quibus vinee alique claudunt. **L**ongū enī
greci macron dicūt. **S**epes munimēta satoz
sunt inde & appellate. **M**aceria vel sepes mi-
stice angeloz custodiā significant qua plebs
dei que vinea dñi sabaoth per p̄phetā appel-
lata est circumuallabatur atq̄ munitabatur.
Vnde in esaya scriptum est. **V**inea facta est
dilecto in cornu filio olei. **E**t post paululum
Auferam inquit sepem eius & erit in direp-
tionē. **D**iruā maceriā eius & erit in cōculca-
cōem. **E**t in euāgelio. **I**pse dñs textit parabo-
lam dicens. **H**omo quidā erat pater familias
qui plantauit vineā & sepem circumdedit ei
Item in psalterio de eadem vinea ita legitur

destruxisti omnes macerias eius posuisti munitiones eius in formidine. Itaque maceria est que loca ad aliquam utilitatem preparata defensionis causa communit. Hec non commixtione rei alterius edificatur. sed in parietis modum saxorum tantum adunatione constructum ad cuius similitudinem ponit simplicem illam inuictamque defensionem diuinam quam necesse fuit amoueri ut gens iudeorum potuisset hostium incursione vastari. Pulcherrime autem dictum est munitiones eius posuisti in formidine ut culpis facientibus ipsum dominum formidaret cuius solebant munitione vallari. Maceria ergo significat crucem christi ut quidam volunt ut est illud psalmi. Tanquam parieti inclinato & macerie impulse. Caulas munitionum vel sepimenta ouilium. Est autem grecum nomen e. detracta. Nam greci aulas vocant animalium receptacula. Allegorice autem sicut oves religiosos homines qui mansueti sunt & innocenter viuunt sic & caule sanctam ecclesiam significant ubi oves christi posite conseruantur & a bestiis defenduntur.

De Tentoriis.

Ca. xxvii.

Tabernacula tentoria sunt militum quibus in itinere solis ardores tempestatemque imbrium frigorisque iniurias vitant. Dicta autem tabernacula quod cortine distente funibus tabulis interstantibus appenderentur que tentoria sustinerent. Tentorium vocatum eo quod tendatur funibus atque paxillis unde et hodie pretendere dicuntur. Mystice tentorium siue tabernaculum aut presentem ecclesiam significat sicut illud tabernaculum mosaicum in deserto in huius figuracione conditum est. aut congregacionis fidelium ex gentibus sicut illud est psalmiste. Quam amabilia sunt tabernacula tua domine. vel condicionem corporis humani de quo dicit apostolus. Quoadiu sumus in hoc tabernaculo in gemiscimus grauati nolentes expoliari sed superuestiri. Item cogitacionem mentis significat tabernaculum ut est illud. beati iob. Ignis deuorat tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. sicut enim corpus in tabernaculo. sic mens habitat in cogitacione. sed ignis tabernacula deuorat dum estus auaricie cogitaciones deuastat.

De Sepulchris.

Ca. xxviii.

Sepulchrum a sepulto dictum. prius autem quisque in domo sua sepeliebatur. postea vetitum est legibus. ne fetore ipso corpora uiuentium contacta inficerentur. Monumentum ideo nuncupatur eo quod mentem moneat ad defuncti memoriam. Cum enim non videris monumentum illud est quod scriptum est. Excidi tanquam mortuus a corde. cum autem videris monet mentem & ad memoriam te reducit ut mor-

tuum recorderis. Monumenta itaque & memorie. pro mentis ammonicione dicte. **T**umulus dictus quasi tumens tellus. **S**arcophagus grecum est. eo quod ibi corpora conseruantur. sarco enim grece caro. fagus comedere dicitur. **M**ausolea sunt sepulchra vel monumenta regum a mausoleo rege egyptiorum dicta. Nam eo defuncto uxor eius mire magnitudinis et pulchritudinis extruxit sepulchrum intantum ut usque hodie omnia monumenta preciosa ex nomine eius mausolea nuncupantur. **P**iramides est genus sepulchrorum quadratum & fastigiatum ultra omnem excelsitudinem que fieri manu possit. unde & mensuram unam umbrarum egressse. nullam habere umbram dicuntur. Tali autem edificacione surgunt ut a lato incipiunt & in angusto finiantur sicut ignis. **P**ir autem dicitur ignis. Has egyptus habet. apud maiores enim potentes. aut sub motibus aut in motibus sepeliebantur. Inde tractum est. ut super cadauera. aut piramides fierent. aut in gigantes colonne collocarentur. **M**ystice sepulchrum aliquando occultam nequiciam siue hereticorum predicacionem significat. Unde psalmista dicit. Sepulchrum patens guttur eorum. Sepulchrum enim mortui guttur est mentis. qui exciabilem sibi vanitatem in faucibus reuoluit que malum mortis infligit. Bene autem addidit patens. quod si clausum esset. minus fereret. Aliquando fetidam conuersacionem peccatoris & auari hominis significat. Unde idem psalmista ait. Sepulchra eorum domus eorum in eternum. quia in incepta auaricia & luxuria eligunt perseuerare. **I**tem sepulchrum significat ypocritas qui foris simulatam iusticiam ostendunt. & intus pleni sunt malicia & dolore. de quibus dominus in euangelio dicit. quod similes essent sepulchris dealbatis qui foris apparerent hominibus speciosa intus sunt plena ossibus mortuorum. Aliquando tamen sepulchrum in bonam partem accipitur. ut est illa sententia eliphaz. ad beatum iob. Ingredieris in abundantia sepulchrum. Quid sepulchri nomine nisi contemplatiua vita signatur. que nos quasi ab hoc mundo mortuos sepeliuit. dum a terrenis desideriis susceptos in intimis abscondit. **A**it ergo ingredieris in abundantia sepulchrum. **V**ir quippe perfectus sepulchrum in abundantia ingreditur. quia prius actiue vite opera congregat. & postmodum carnis sensum per contemplacionem mortuum. huic mundo fuditus occultat. **I**tem sepulchrum memoria mortis & resurrectionis domini intelligitur. ut in esaiam. **E**t erit sepulchrum gloriosum. **S**epulchrum corpus peccatis subditum. siue simulatores quique ut in euangelio. **V**e vobis pharisei scribe qui similes estis sepulchris dealbatis. **F**ossa dampnacionis peccatorum ut in psalmo. **V**t mitiget eum a diebus malis

donec fodiat. Fossa dānacō diaboli vel anthi-
xpi. vt in ppheta. Et indagat ut assur id est
anthixpm in fossa nebroth. Fouea dolus vel
laqueus in mortem vt in psalmo Lacum ape-
ruit & effodit eum. & incidit in foueam quā
fecit Fouea heretica decepcō. vt in salomone
Fouea pfunda est meretrix. & puteus angu-
stus aliena vxor.

De Edificiis rusticis. Ca. xxviii.

Quia agreste habitaculū palis atq; uir-
gultis arundinibusq; contextum quibz
possint homines tueri a vi frigoris vel
caloris iniuria. Tuguriū casula est quā faci-
unt sibi custodes vinearū ad tegimen sui qsi
teguriū siue ppter ardorem solis & radios
declinādos. siue vt inde vel homines vel bestii-
as que insidiari solēt natis frugibus abigāt
Hanc rustici capanam vocāt q; vnum tantū
capiat. Casa siue tuguriū possunt egestatem
presentis vite significare. Vnde legiē patres
nostros in terra pegrinacōis siue in casulis ha-
bitare. Et p tuguriū vile habitaculū in esaiā
& cito deciduum in hoc mundo exprimitur
vt est illd. erit syon sicut vmbraculū in vinea
& sicut tuguriū in cucumerario.

De Agris Ca. xxx.

Ager latine appellat. eoq; in eo aliquid
agatur. Alii agrum ex greco nomina-
ri manifestius credunt. vnde & villa
grece coragros dicit. Villa a vallo id ē agge-
re terre nūcupata qd p limite cōstitui solet.
Possessiones sunt agri late patentes publici
priuatq; quos in initio non mācipacōne. sed
quisq; vt potuit occupauit atq; possedit. vnde
& nūcupati Fundus dicitur qd & fundatur
vel stabiliat patrimoniu. Fundus autē vrba-
num edificium & rusticum intelligendū est
Predium qd ex omnibz patrifamilias maxie
puidetur. id est apparet quasi preuidium vel
q; antiqui agros quos bello ceperāt vt prede
nomine habebāt. Omnis autē ager vt varro
docet. quadrifarie diuiditur aut aruus est
ager id ē sacōalis aut cōstitus id est aptus ar-
boribz aut pascualis qui herbis tantū & ani-
malibz vacat. aut sunt orti apibus cōgruētes
& floribus. Quod etiā virgilius in quatuor li-
bris georgicorū secutus est. Agri autē nomie
humanū genus habitās in hoc mundo expri-
mit. Vnde legiē in parabola euāgelica. Ager
est mundus in quo seminat sanctū verbū dei
sed iuxta differētiam terre fructificauit qd
bona terra fructū centuplū bonorū operum
pfert. mala autē pfert spinas & tribulos vi-
cioz que etiā est maledictiōi proxima. Item
ager est ecclesia. vt in genesi. Ecce ait ysaac
odor filii mei sicut odor agri pleni cui bndix

it deus. & in euāgelio Emerunt ex eis agrū
figuli in sepulturā peregrinorum Item ager
est ppl's iudeorum. De quo agro salomon ad
abiathan sacerdotē ait. Vade in agrum tuum
in anathot. Item ager significat disciplinā re-
ligionis xpiane. vt ē illud in euāgelio. Simi-
le est regnū celoꝝ thesauro abscondito ī agro
quē qui inuenit homo abscondit & pre gau-
dio illius vadit & vendit omnia que habet &
emit agrū illum & cetera. Thesaurus iste cele-
ste desideriu significat. Ager vero in quo the-
saurus abscondit disciplinā studii celestis. ho-
mo qui hunc thesaurū inuenit humiles & reli-
giosos significat Quia valde gaudēt dum bo-
num picipiūt desideriu. tunc pfecto venditis
id ē cōtemptis voluptatibus carnis cunctisq;
terrenis delectacōibz omnia mūdi p discipli-
ne celestis custodiam calcāt. nil iam qd caro
blandit libet nil qd carnis vitam trucidat
spūs horrescit. Siue alter thesaurū iste xps
intelligit. ager autē sancta scriptura in qua
reposita est noticia saluatoris nostri. qd quis-
quis eum eius gratia reuelate cognouerit op-
tet illum omnia delectamēta seculi contem-
nere. & ad eius noticiā iugi exercitacōe bono-
rum operum festinare. Inuentus thesaurus
absconditur enī vt seruet. quia studiū bone vo-
lūtatis ī ope dei nemo custodiē sufficit. qd ab
hūanis laudibz nō abscondit. Rura veteres in
cultos agros dicebāt. id est siluas & pascua.
Agrum vero qui colebat. Nam rus est quo
mel quo lac quo pecus haberi potest. Vnde et
rusticus nomiat Nam bec rusticorū prima et
ociosa felicitas. Seges ager est in quo ferit
Vnde & virgilius. illa seges demū votis hspē-
det auari. agricole Compascuus ager dicitur
qui a diuisoribus agrorū relictus est ad pas-
cēdū cōmuniter vicinis. Aluius ager dicitur
est qd paulatim fluius in agrum mittit. Ar-
cinius ager dicitur est quia certis linearum
mensuris non cōtinetur. sed arcenē fines eius
obiectu fluminū montiū arborum. Vnde &
in his agris nil sublitum interuenit. Noualis
ager est primū pscissus siue qui alternis an-
nis vacat nouandarū sibi viriū causa. Noua-
lia enim semel cum fructu erunt & semel va-
cua. Noualia possunt significare labores fru-
ctuosos nouiter inceptos. Vnde ē illud pphē-
ticum innouate vobis noualia. ac si diceret.
exercete vosmetipsos in studiis vtilibz ne seg-
nities vos steriles reddat. Hinc & alibi scrip-
tum est Multi cibi in noualibus patrū hoc est
abūdātes delicie virtutū sūt in doctrinis &
exēplis sanctorū doctoz. Area dicitur tabularū
eqlitas. Dicta autē area a planitie atq; eqlitate
vnde & ara. Alii aream vocatam dicunt qd

pro triturandis frugibus era dāt q̄si erea v̄l q̄ non triturent̄ in ea nisi arida. Area mystice ecclesiā significat. Vnde iohānes baptista legit̄ dixisse in euāgelio de xp̄o. Cuius ventilabrum in manu eius & pmundabit aream suā. Per ventilabrum. id est palam discreció iusti ex animis. p̄ aream vero presens ecclesia designat̄. in qua p̄cul dubio q̄d lugubre satis est. Multi sunt vocati pauci vero electi. pauca grana sup̄nis recipienda mātionib̄ in cōparacōe multoz̄ que flāmis sunt mācipanda p̄petuis. Cuius aree purgacō & nunc viritim geritur. cum quisq̄ peruersus vel ob manifesta peccata de ecclesia reiciē vel ob occulta post mortem diuina districtione damnat̄. & vniuersaliter in fine pficietur quādo mittet filius hominis angelos suos & colligēt de regno eius omnia scādala. Ventilabrum itaq̄ dominus in manu. id est iudicii discrimē habet in potestate. quia pater non iudicat quēq̄. sed iudicium omne dedit filio.

De Mensuris agroꝝ. Ca. xxxi.

Mensuras viarū has miliaria dicimus. greci stadia. galli leugas. egypti signes. ple paralagnas. Sunt autē pp̄rio queq̄ spacō. miliarium mille passib̄ terminat̄. Et dictum miliarium quasi milladiū. habēs pedes quinq̄ milia. Leuga finitur passib̄ mille quingētis. Stadiū octaua pars miliarii est. cōstans passib̄ centū viginti quinq̄. Hoc primū herculē statuisse dicunt. eunq̄ eo spatio terminasse. q̄ ipse sub vno spiritu cōfecisset. ac p̄ inde stadiū appellasset. quo in finē respirasset simulq̄ & stetit.

De Itineribus. Ca. xxxii.

Via est qua potest ire vehiculū & via dicta a vehiculoz̄ incurſu. Nam duos actus capit pp̄ter euntium & ventientium vehiculoz̄ incurſū. Omnis autē via aut publica aut puata. Publica est que in solo publico ē que inter actus pp̄lo patet. Hec aut ad mare aut ad opida pertinet. Priuata est que vicino municipio data est. Via enim multiplicē significacōem habet. in bonā ptē aliquādo accipiē. aliquādo vero in cōtrariam. Via enim ipsum dominū xp̄m significat. qui ait in euāgelio. Ego sum via. veritas & vita & per ipsū ad eternā vitam pgimus. & ipso tribuente veram beatitudinē accipiemus. Aliquādo vero vie nomie p̄cepta diuina et regle sanctarū scripturarū designant̄. vnde psalmista ait. Viam mādatoꝝ tuoz̄ cucurri. Et itē Vias tuas domie demōstra mibi & semitas tuas doce me. Aliquā vita homis in eo significatur. Vnde pp̄beta ait Vias meas enūciaui & exaudisti me. In cōtrariam vero ptem vie

significacō trahit̄ quādo pp̄ter viam mētis inique ad actionē maloz̄ operū demōstratur vt est illud pp̄beticū. Viam inquit iniquitatis amoue a me. & in libro sapientie scriptum legim⁹. Sunt vie que putantur ab hominib̄ recte. quoz̄ vita duc̄ ad infernū. Vnde dicit̄ Via spaciōsa hoc est vitioꝝ illecebris dilatata vt est illud in euāgelio. Lata & spaciōsa via est que ducit ad pditionē. Arta autē via est districta vel tribulacōib̄ p̄ssa. de qua scriptum dicit̄. Quā angusta porta & arta via que ducit ad vitam. Directa autē via est illa que preceptis dei est ornata. vt in esaya. Rectas facite inquit semitas dei. Prava autē a dei p̄ceptis deuia. vt in eodē pp̄beta. Erunt autē prava in directa aspera in vias planas. Plana enī illa est via que obediētia p̄ceptoz̄ dei est exeq̄ta. Nam alibi legit̄. Vias que a dextris nouit dominus. que a sinistris sunt peruerse. Strata dicta quasi vulgi pedib̄ trita. Lucretius. Strata que iam vulgi pedibus detrita viarū. ipsa est & dilapidata. id est lapidibus strata. Primi autē peni dicunt̄ lapidib̄ vias strauisse postea romani eas p̄ omnē pene orbē disposuerunt pp̄ter rectitudinē itinerum ne plebs esset ociosa. Agger ē media strate eminentia coaggeratis lapidibus strata. ab aggerē. id est a coaceruacōe dicta quā hystorici viam militarē dicūt. vt qualis sepe vie dep̄bensus in aggere serpens. Item itus est via qua ire ab homie quaquerſum potest. iter autē & itiner diuersam significacōem habēt. Iter enim est locus trāsitu facilis vnde & appellam⁹ ad itum. Itiner autē itus ē longe vie & ipse labor ambulādi vt quo velis puenias. semitas itineris dimidiū a semi ita dictū. semita autē homis est. Calles ferarū & pecudū. callis est iter pecudū iter montes angustū & tritum a callo pedū vocatum siue callo pecudū pduratum. Tramites sunt trāsuerſa in agris itinera sine recta via dicta q̄ transmittāt. Diuortia sunt flexus viarū. hoc est vie indiuerſa tēdentes. Nunc diuerticula sunt hoc ē diuerſe ac diuise vie siue semite trāsuerſe que sūt al a tere vie. Buium q̄ duplex est via. Competa q̄ plures in ea cōpetūt vie q̄si triuie quadriue. Hoc quoq̄ obseruandū est in locis singularib̄ vbi ista nomia viarū sunt denotata. vt app̄cedētibus vel consequentibus eiusdē scripture locis eaz̄ significacō intelligat̄. Quia sic cōgruus sensus facile in eis dinoscit̄ vtrū ad bonā vel malā ptem p̄tinent.

Incipiunt capitula libri decimi quinti.

De Philosophis. .i. De Poetis. .ii.
De Sibillis. .iii. De Magis. .iiii.
De Paganis. .v. De diis gentiū. .vi.



Dilosophi greca appellati
one vocant. qui latine ama
tores sapientie interpretantur.
Est enim philosophus qui di
uinarum & humanarum rerum
scientiam habet. omnem bene
uiuendi tramitem tenet. No
me philosophorum primum a pitagora ferre ex
ortum. Nam dum antea greci veteres sophistas
id est sapientes. aut doctores sapientie semetip
sos iactantibus nominarent. iste interrogatus quid
proferret verecundo nomine philosophum. id est
amatorem sapientie se esse respondit. quoniam sapi
entem proferri arrogatissimum videbat. Ita dein
ceps posteris placuit ut quatalibet de rebus
ad sapientiam pertinentibus doctrina quisque vel
sibi vel aliis videret excellere. non nisi philo
sophus vocaretur. Idem autem philosophi tripli
ci genere diuiduntur. Nam aut phisici sunt aut
ethici aut logici. Phisici dicti quia de natu
ris tractant. natura quippe grece phisis vocatur.
Ethici quia de moribus tractant. Mores enim
apud grecos ethis appellantur. Logici autem quia
in naturis & in moribus rationem adiungunt.
ratio enim grece logos dicitur. Diuiditur autem phi
sica in septem partes. hoc est arithmetica Astro
nomicam Astrologiam Mechanicam Medicinam
Geometricam et Musicam Arithmetica est nu
merorum scientia. Astronomia est lex astro
rum & occidunt astra Astrologia est astro
rum ratio & natura & potestas celique conuersa
tio. Mechanica est peritia fabricae artis. in me
tallis & in lignis & lapidibus. Medicina est sci
entia curacionum ad temperamentum & salutem
corporis inuenta. Geometrica est disciplina me
surandi spacia locorum et magnitudines corporum
Musica est diuisio sonorum & vocum varietas
est modulacio canendi. Ethica autem diuiditur
in quatuor partes hoc est in prudentiam iustitiam
fortitudinem & temperantiam. Prudentia in
agnicionem veritatis inducit hominem. iustitia
dilectionem dei & proximi seruat. Fortitudo
vincit aduersa. mortemque contemnit. Tem
perantia viciosas voluptates repprimat & omnia mo
derat. Logica autem diuiditur in duas species.
hoc est dialecticam & rethoricam. Dialectica est
disputacio acuta verum distinguens a falso. Re
thorica est disciplina ad persuadendum queque
ydonea. Diuisi sunt autem ipsi philosophi in here
sibus suis habentes quaedam nomina ex autoribus. ut
platonici epicurici pitagorici. alii a locis con
uenticulorum & stacionum suarum. ut peripatetici
stoici. academici. Platonici a platone. Hi
animarum creatorem esse deum. corporum angelos as
serunt. per multos annorum circulos in diuersa cor
pora redire animas dicunt. Stoici a loco dicti

Porticus enim fuit athenis. quam
appellabant. in qua picta erant
gesta sapientum atque viroque fortium hystorie. In
hunc porticum conuenientes sapientes philosopha
bant. ex quo & stoici dicti sunt grece enim
porticus stoa dicitur. Hanc sectam primo zeno in
stituit. Hi negant sine virtute effici quemquam
beatum. Omne peccatum vni forme esse assertit
dicentes sic ille nocens erit qui paleas furauerit
quam qui aurum. qui mergum occiderit quam qui equum
Non enim animal crimem sed animam facit. Hi etiam
animam cum corpore pure dicunt animam quam virtutem
continentem & eternam esse negant. affectant gloriam
eternam cum fatent se non esse etnos. Academici
a villa platonis appellati academia athenarum
ubi idem plato docebat. Hi omnia incerta opi
nantur. sed sicut fatendum est multa & occulta
esse que voluit deus intelligenti hominis exce
dere. sic tamen plurima esse que possint & sen
sus penetrabili ratione comprehendi. Hanc sectam
archelaus. cirinaicus philosophus reperit.
cuius sectator fuit democritus qui dixit tan
quam in puteo alto ita ut fudus nullus sit ita in
occulto iacere veritatem. Peripatetici a de
ambulacione dicti eoque aristoteles auctor eorum
deambulans disputaret. Hi dicunt quandam par
ticulam anime esse eternam. de reliquo magna ex
parte mortalem esse. Cinici ab immundicia im
pudencie nuncupati. contra humanam enim vere
cundiam in proptulo coire. cum coniugibus eis
mos erat. celsentes licitum & honestum esse palam
cum uxore concubere. quia coniugium iustum
est publice id predicantes agendum esse ut canes
in vicis vel plateis. Unde & a canibus quorum
vitam imitabantur etiam vocabulum nomenque traxerunt
Epicurei dicti ab epicuro quodam philosopho
amatore vanitatis non sapientie quem etiam
philosophi porcum nominauerunt. quasi volu
tas in ceno carnalem voluptatem corporis sum
mum bonum asserens. Qui etiam dixit nulla diu
na prudentia instructum esse aut regi mundum
sed originem rerum a hominibus id est inscicabilibus
ac solidis corporibus assignauit quorum fortuitis
concurcionibus vniuersa nascantur & nata sunt
Asserunt autem deum nihil agere omnia constare
re corporibus. animam nihil aliud esse quam corpus
Unde & dixit non ero postea quam mortuus fue
ro Gymnosophe nudi pro opacas indie soli
tudines prohibent philosophari adhibentes tantum
genitalibus tegmina. Gymno enim ex eo dictum
est. quod iuuenes nudi exercentur in campo ubi
pudenda tantum opiunt. Hi & a generando se co
hibent. Theologi autem idem sunt qui & phi
sici dicti autem theologi quoniam in scripturis suis
de deo dixerunt. Quorum varia constat opinio quod
deus esset dum quereretur. Quidam corporeo

sensu hunc mundum visibilem ex quatuor elementis deum esse dixerunt. ut dionysius stoicus alii vero spiritualiter intellexerunt mentem esse deum ut talesmilesius. Quidam autem animum in omnibus commanentem & lucidum ut pithagoras. quidam deum sine tempore incommutabilem ut plato. quidam mentem solutam ut cicero. quidam & spiritum & mentem ut maro. Inuentum enim solummodo deum ut non inuenerunt exposuerunt. euauerunt in cogitationibus suis. Dicentes sese sapientes & stulti facti sunt. Platonici quidem curatorem & arbitrum & iudicem asserunt. epicurei otiosum & inexercitatum. Mundum autem platonici affirmant incorporale. stoici corporale. Epicurus atomis pithagoras ex numeris. eracritus ex igne. Vnde & varro ignem mundi animum dicit. p inde quod in mundo omnia gubernet sicut animus in nobis quod vanissime qui cum est in nobis inquit ipsi sumus. cum exit emorimur. Ergo & ignis cum de mundo perficitur perfulgura emoritur. Hi philosophorum errores etiam apud ecclesiam induxerunt hereses. Inde eone & forme. nescio que inde apud arrium trinitas numinis. & apud valentinum platonice furor. inde marcionis deus melior de tranquillitate. ab stoicis enim venerat. Et ut anima in terere dicatur. epicurus obseruat & ut carnis restitutio negetur de vana omnium philosophorum scola sumit. & ubi materia cum deo equatur zeronis disciplina est. Et ubi quod de igneo deo legitur eracritus intuenit. Eadem materia apud hereticos & philosophos volutatur. id est retractatis implicatur. sed scriptis erroribus gentilium atque hereticorum que sit vera philosophia secundum catholicorum patrum sensum dicendum nobis est. Philosophia ergo est nature inquisitionum rerum humanarum diuinarumque cognitio quantum homini possibile est rimari. Est quoque philosophia honestas vite. studium beneuolendi. meditatio mortis. contemptus seculi. quod magis conuenit christianis. qui seculi ambitione calcata disciplinabili similitudine future patrie viuunt. Materia ergo philosophie constat ex scientia & opinione. Scientia est cum res aliqua certa ratione percipitur. ut eclipsis solis. lunaris. corporis obiectus est vel in scripturis historie textus qui rerum gestarum exprimit veritatem. siue moralis vite fidelis institutio. Opinio est cum incerta res latet & nulla firma ratione diffiniri potest ut magnitudo celi. vel profunditas terre. siue etiam inuisibilium rerum & incomprehensibilium disputatio. Diuiditur ergo philosophia in tres partes. hoc est in physicam ethicam & logicam sicut superius ostendimus. In physica igitur quaerendi. in ethica ordo viuendi. In logica ratione intelligendi versatur. In quibus videlicet generibus tri

bus philosophie diuina eloquia consistunt. Nam aut de natura disputare solet. ut in genesi. & in ecclesiasten. aut de moribus. ut in puerbiis & in omnibus sparsim libris. aut de logica per qua nostri theologia sibi vendicant. ut in cantico canticorum & sancto euangelio. Theologica quae est que inspectiua dicitur qua supgressi visibilia. de diuinis & celestibus aliquid mente solum contemplantur. Nam quoque in has duas partes philosophia vera diuiditur. id est inspectiuam & actuale. Actualis est que in operationibus huic vite mortali necessariis consistit. Per hanc legitur mos viuendi honestus appetitus & instituta ad virtutes tendentia exercentur. per illam vero deus amantem spe & fide colitur. Vnde necesse est ut quicumque sapiens esse desiderat & ad agnitionem vere sapientie atque ad contemplationem ipsius veritatis peruenire voluerit sacras scripturas secundum regulam catholice fidei mente legat. & secundum earum instituta in sacris virtutibus bene viuendo semetipsum exercere studeat. mundumque cor ab omni malo desiderio et mundi cupiditate habere cettet. sicque ad desideratum bonum deo opitulante peruenire valebit. hoc enim psalmista nobis ostendit dicens. Beati immaculati in via qui ambulat in lege dei. Beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde exquirunt eum. Hinc & ipsa veritas ait Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Itaque primo sciendum est. quod quedam res tam clare & nobiles sunt ut non propter aliud emolumentum expetende sunt sed propter suam solummodo dignitatem amande sunt & exequende. virtus videlicet scientia veritatis amor boni. Has quidem res veri philosophi intellexerunt in natura humana & summo studio coluere. Igitur virtus est animi habitus. nature decus. vite rationum nobilitas. que habet partes quatuor. id est prudentiam. iustitiam fortitudinem. temperantiam. Nam prudentia est rerum & naturarum scientia. Hec partes tres habet. hoc est memoriam intelligentiam. prudentiam. Memoria per quam animus repetit que fuerunt. intelligentia per quam ea percipit que sunt. prudentia per quam futurum aliquid prouidet antequam fiat. Iustitia quidem diffinitio talis est. Iustitia est habitus animi unicuique rei propriam tribuens dignitatem. In hac diuinitatis cultus. in hac humanitatis iura. & equitas totius vite conseruatur. hec partim ex nature iure partim ex consuetudinis usu constat. quia partes illius quedam nature ius inserit ut religionem. pietatem. gratiam vindicationem. obseruacionem veritatem. quarum diffinitio talis esse poterit. Religio est que superioris cuiusdam rei quam diuinam vocant curam ceremoniamque affert. pietas per quam sanguine coniunctis

patrieque beniuolis officium & diligens tribuit
 cultus. gratia in qua amiciciarum & officiorum
 alterius memoria & remunerandi voluntas con-
 tineatur. vindicatio per quam ius aut iniuria et
 omnino omne quod offuturum est defendendo aut
 vlciscendo propulsatur. **O**bseruatio per quam homi-
 nes aliqua dignitate antecedentes cultu quo-
 dam & honore dignantur. **V**eritas per quam ea que
 sunt aut ante fuerunt aut futura sunt dicuntur.
Ex consuetudinis ergo vsu iusticia obseruatur.
 ita vt ex pacto pari iudicatio quod & ex lege con-
 sideretur. **P**actum quoque est quod inter alios
 aliquos conuenit piter non omnes **E**quabile
 iudicatum est. quod alicuius magni viri aut ali-
 quorum sententia constitutum est. **L**ex est omni po-
 pulo scriptum ius quid cauere vel quid obser-
 uare debeat. **T**ercia vero species virtutis est
 fortitudo. que ita diffinitur. **F**ortitudo est mag-
 no animo periculorum & laborum perpressio. cuius
 partes sunt. magnificentia. fidentia. paciencia
 perseverantia. **M**agnificentia est rerum magna-
 rum & excellentiarum cum animi ampla quadam &
 splendida propositioe cognitio atque administratio.
Fidentia est per quam magnis & honestis in-
 rebus multum animus in se fiducia certa cum
 spe collocavit. **P**aciencia est honestatis aut vti-
 litatis causa rerum arduarum aut difficilium volun-
 taria ac diuturna perpressio. **P**erseuerantia est in-
 racioe bene considerata stabilis ac perpetua perma-
 nentia. cuius diffinitio talis est. **T**empantia est ra-
 conabilis in libidine atque in aliis non rectis
 impetus animi firma & moderata dominatio
 eiusque partes sunt. continentia. clementia. mode-
 stia. **C**ontinentia est per quam omnis mala cupidi-
 tas magna consilii gubernatione regitur & gu-
 bernatur. **C**lementia est per quam iniuria et
 odia miti animo retinentur. **M**odestia est per
 quam totius vite modus seu animi seu in corpore
 motibus ubique honesti cura seruatur. **V**nde ho-
 nor est eximius coram hominibus hec seruanti.
 & laus apud deum. **S**ed dolendum est cum illi
 philosophi has virtutes ob illarum tantum virtu-
 tum dignitatem ad laudem vite seruauerunt. quod
 nos christiani ab his in multis de uio errore decli-
 namus. quando hec nunc in fide & caritate ob-
 seruantibus eterne glorie ab ipsa veritate christo
 ihesu premia pollicentur. **S**unt ergo he excellen-
 tes virtutes in nostra hoc est christiana religioe
 intelligende atque obseruande. vt sapientia sit qua
 deus secundum modulum humane mentis intelligatur
 & timeatur & futurum eius credatur iudicium. **I**u-
 stitia vt caritas dei eiusque mandatorum obserua-
 tio firmiter teneatur. fortitudo qua hostis anti-
 quus vincatur. & aduersa mundi tolentur. **T**em-
 perantia que libidinem refrenat. auaritiam reprimat

omnes animi impetus sedet ac temperet. illeque
 finis in omnibus his virtutibus attendatur vt dili-
 gatur deus & proximus. **Q**uid enim facilius est
 amare species pulcras. dulces sapes. sonos
 suaves. odores fragrantes. tactus iocundos.
 honores & felicitates seculi. que velut volati-
 lis umbra recedunt. ante deum amare qui est
 eterna pulcritudo. eterna dulcedo. eterna sua-
 uitas. eterna fragrantia. eterna iocunditas.
 perpetuus honor. indeficiens felicitas. maxime
 cum diuine nihil aliud nobiscum agant. nisi vt
 diligamus deum & dominum nostrum ex toto cor-
 de. & ex tota anima. & ex tota mente. & proximum
 nostrum tanquam nosmetipsos. **N**am promissum ha-
 bemus ab illo qui fallere ignorat. iugum inquit
 meum suauis est & onus meum leue. **L**aborio-
 sior est enim huius mundi amor quam christi. **Q**uod
 enim in illo anima querit non inuenit. id est felici-
 tatem & eternitatem. quoniam hec infima pulcri-
 tudo transit & recedit vel amantem deserit.
 vel ab amante deserit. **T**eneat ergo anima or-
 dinem suum vt diligat quod superius est. id est
 deum. & regat quod inferius est. id est corpus
 & socias animas dilectione nutriat & foueat
 sicut sacrificiis purgata. atque exonerata anima
 ab hac laboriosa vita et erumosa reuoluet ad re-
 quietem. & intret in gaudium domini sui. **I**n scrip-
 turis ergo sacris sapientie non inuenitur aliquis christus no-
 tatur. vt in aplo. christum inquit dico dei virtutem
 & dei sapientiam. aliquando doctrina celestis
 vt in aplo. sapientiam inquit loquimur inter-
 perfectos quoniam nemo principum huius seculi cog-
 nouit. **I**tem sapientia aliquis huius mundi philo-
 sophia nuncupatur. **V**nde salomon ait. **S**apientia
 hominum non est mecum. **E**t in aplo stultitia inquit
 fecit deus sapientiam huius mundi. **S**apienter
 vero deus in iob dicitur. vt est illud. **D**eus sapi-
 ens corde & fortis est robore. **I**tem sapientes
 sancti vocantur. in osee ubi scriptum est. **Q**uis
 sapiens & intelliget & sciet hec quia recte
 vie domini. & iusti ambulat in eis. **R**ursum
 sapientes dicuntur philosophi. iudei siue hereti-
 ci. de quibus aplos ait. **D**icentes enim se esse
 sapientes. stulti facti sunt. **S**tulti ergo seculum
 sunt sancti. **V**nde aplos ait. **S**tul-
 ta mundi & infirma elegit deus. vt confundat
 fortia. **R**ursum sapientes huius mundi stul-
 ti sunt apud deum. **V**nde in psalmo scriptum
 est. **S**imul insipientes & stultus peribunt.

De Poetis.

Ca. ii.

Poete vnde sint dicti. sicut ait traquil-
 lus. **C**um primum homines iuxta incipi-
 um christianitatis exuta feritate rationem
 vite habere cepissent. seque ac deos suos nosse
 cultum edidicimus ac sermonem cometi. sibi vtri-
 usque necessarium ad religionem magnificentiam

deorū excogitauerūt . Igitur vt templa illis domibus pulciora & simulacra corpibus ampliora faciebāt . ita eloquio etiam quasi angustiori honorandos putauere . laudesq; eorum & verbis illustriorib; & iocundiorib; numeris extulerūt . id agentes quia forma quadā efficiūt que poetas dicit . Poema vocatū est eiusq; factores poete . Vates a vi mentis appellatos . varro autor est . vel a viendis carminibus . id est flectendis hoc est modulādis . et p̄inde poete latine vates olim scripta eorum vaticinia dicebant . **Lirici** poete a potolirin . id est a varietate carminū . vnde & lira dicta **Tragedi** dicti q̄ initio canētib; premiū erat byrcus quē greci tragos vocant Vnde & oratius . **Carminē** qui tragico vilem certauit ob hircum . **Iam** de hinc sequētes tragici multū honorē adepti sunt . & excellētes in argumētis fabularū ad varietatis imaginē fictis . **Comedi** appellati siue a loco quia circum pagos agebant quos greci comas vocāt . seu a comestatione . Solebant enim post cibum homines venire ad eos audiendos . sed comici priuatorū hominū predicāt acta . tragici vero respublicas & regum historias . **Quidam** autē poete theologici dicti sunt . quoniam de diis carminā faciebant . **Officiū** poete in eo est vt ea que vere gesta sunt in alias species obliquis figuracōibus cum decore aliquo cōuersa transducant . Vnde & lucan; ideo in numero poetarū non ponit . quia historias cōposuisse videt nō poema . **Poematis** genera sunt tria . aut enim actuum vel imitacōnū est qd̄ greci dramaticon vocāt vel micticon appellant . Aut enarratiuū quod greci exegematicon v̄l pangericon nūcupant . aut cōmune vel mixtum quod grece cenon vel micton appellāt . **Dramaticon** est actuum in quo p̄sone loquētes introducunt sine poete interlocucōne vt se habēt tragedie & fabule . **Drama** enim latine fabula dicit quo genere scripta est . quo temere pedes an vel via ducit in orbem . Quo apud nos genere cāticoz cantica scripta sunt vbi vox alternās xp̄i & ecclesie tametsi non in hoc interlocuente scriptore manifeste reperitur . **Exegematicon** est vel enarratiuū . in quo poeta ipse loquit sine vllius interposicōe p̄sone vt se habent tres libri georgici toti & prima pars quarti . Itē lucreci carminā & his similia quo genere apud nos scripte sūt pabole . & ecclesiastes . que sua lingua sicut & psalteriū metro cōstat esse conscripta . **Cenon** vel mithon est in quo poeta ipse loquit & p̄sone loquētes introducunt vt sunt scripta Iliada & odissia homeri & eneidos virgilio et apud nos historia b̄ti iob quibus hec in sua lingua nō tota poetica

si parti sit metrico vel richmico scripta s̄mōe

De Sibillis.

Ca. iiii.

Sibille generalit̄ dicunt . omnes femine vates lingua greca . nā sios colico sermone deus . belen grece mentē nūcupant . quasi dei mētem . Proinde igit̄ . quia diuinā volūtatem hominib; interpretari solebāt sibille nomināte sunt . Sicut enim omnis vir p̄phetās v̄l vates dicit vel p̄pha ita oīs femina p̄phetās sibilla vocat̄ . quod nomē ex officio nō ex p̄prietate vocabuli ē . Decē autē sibille a doctissimis autoribus fuisse tradunt . quarū p̄ma de persis fuit . scda libica . tercia delphica . in templo delphici apolinus genita que ante troiana bella vaticinata est . cuius plurimos versus opi suo humerus inseruit . **Quarta** cimeria in italia . quinta eritrea nomie erofila in babilone orta que grecis ilium petētibus vaticinata est piturā esse troiam & omerum mēdatia scripturū . **Dicta** autē eritrea quia in eadē insula eius inuenta sunt carminā **Sexta** samia que phemone dicta est . a samo insula vnde fuit cognomiata . **Septima** cumana nomie amaltea que nouem libros attulit . tarquinio prisco in quibus erant decreta romana cōscripta ipsa est cineā . **De** qua virgilius vltima cimei venit iam carminis etas . dicta autē cumana a ciuitate cumas que est in campania cuius sepulcrum adhuc in sicilia manet **Octaua** ellesponcia in agro troiana nata que scribit̄ solonis & ciri fuisse temporibus . **Nonā** frigia que vaticinata est ancirie . **Decima** que tyburcii nomie albunea quarū omnium carminā efferunt . in quibus de deo & xp̄o & gentibus multa scripsisse manifestissime cōprobauit . **Celebrior** inter ceteras ac nobilior eritrea p̄hibetur . que de xp̄o quedā scripsit vt sunt versus eiusdem . in quorū capitibus greca lingua theu yos sother continēt . quod latine interpretat̄ ihesus xp̄s dei filius saluator . **Hi** autē versus quoz prime littere illum sensum quā diximus reddant . sicut eos quidā latinis exstantibus versibus est interpretat̄ hoc cōtinēt .

Iudicii signum tellus sudore madescit .
 E celo rex adueniet per secl̄a futurus .
 Scilicet vt carne presens diudicet orbem .
 Vnde deū cernēt incredulus atq; fidelis .
 Celsum cum sanctis cui iam termino in ip̄o .
 Sic anie cū in carne aderūt quas iudicat ip̄e .
 Cum iacet incultus densis in veprib; orbis .
 Reicient simulacra viri cunctā q̄ gazam .
 Exuret terras ignis pontūq; polūq; .
 Inquirens tetri portas effringet auerni .
 Sanctorū sed enim cuncte lux libera carni .
 Tradetur fontes eterna flamma cremabit .

Occultos actus retegēs tunc quisq; loquet̃.
 Secreta. atq; deus reserabit pectora luci
 Tunc erit & luctus stridebūt dētib; omnes
 Eripit̃ solis iubar & chorus interit astris.
 Voluet̃ celū lunaris splēdor obibit.
 Deiciet colles valles extollet ab imo.
 Non erit in reb; hominū sublime vel altū.
 Iam equant̃ cāpis montes & cerula ponti.
 Omnia cessabunt tellus cōfracta peribit.
 Sic piter fōtes torrentes flumīaq; igni.
 S; tuba tū sonitū tristē celo dimittet ab alto
 Orbe gemēs facinꝝ miserū variōsq; labores.
 Tartareūq; cabos mōstrabit terra debiscēs.
 Et corā hic domio reges sistēt ad vnū.
 Decidet e celo ignisq; & sulphuris amnis.
N his latinis versibus de greco vtcunq; trās
 latis vbi non ille sensus occurē potuit qđ sit
 cum litere in eoz que sūt capitib; cōnectunt̃
 vbi y littera in greco posita est. quia non po
 tuerūt latina inueniri verba que ab eadē lit
 tera inciperēt & sententie cōuenirēt. Hi aut̃
 sunt versus tres quintus. & octauus decimꝝ
 & nonꝝ decimꝝ. Deniq; & si litteras que sūt
 in capitib; omniū versuum cōnectentes horū
 trium que scripta sunt non legimus. sed pro
 eis y litterā tanq; in eisdem ipsa sit posita re
 cordamur expmēt in quīq; verbis ihesus xp̃s
 filius dei saluator. sed cum grece hoc dicitur
 non latine. & sunt versus xxvii. qui numerus
 quadratū ternariū solidū reddit. Tria enim
 ter ducta sūt nouē. & ipsa nouē si ita ducant̃
 vt lato in altū figura. cōsurgat ad xx. & vii.
 perueniūt. Horum autē grecoꝝ quinq; verbo
 rū que sunt ihesus xp̃s theu yos soter. quod
 est latine ih̃s xp̃s dei filius saluator. si p̃mas
 litteras iungas erit .id est piscis iu q̃
 nomine mystice intelligitur cristus eoꝝ in
 huius mortalitatis abyssō velud in aquarum
 pfunditate viuus hoc est sine peccato esse po
 tuerit. hec aut̃ sibilla sue eritrea siue vt qui
 dam magis credūt cymea nihil habet in toto
 carmine suo cuius exigua ista pticula est. qđ
 ad deorū falsoꝝ siue fictoꝝ cultum pertinet
 quinimmo ita etiā cōtra eos & cōtra cultores
 eorum loquit̃ vt in eorum numero deputāda
 videat̃. qui ptinent ad ciuitatem dei. Inferit̃
 etiam lactantiꝝ operi suo quedā de xp̃o vati
 cinia sibille. quāuis non exprimat cuius. Sed
 que ipse singillatim posuit ego arbitratus sū
 cōiuncta esse ponēda tanq; vnum sit plixū. q̃
 ille plura cōmemorauit & breuia. In manus
 inquit infidelīū postea veniet. Dabūt autem
 alapas deo manibus icestis & impuro ore ex
 puent venenata sputa. Dabit verō ad verbera
 simpliciter sanctū dorsum. & colaphos ac
 cipiet tacebit nequis agnoscat q̃ verbum est

vel vnde venit. vt inferis loquatur & coronā
 spinea coronetur ad cibū autē fel & ad sitim
 acetum dederunt. Inhospitalitatis hanc mi
 nistrabāt dño mēsam ipsa insipiēs tuū nō itel
 lexisti deū ludētē mōtaliū s; spinis coronasti
 & horridū fel miscuisti. Templi vero velum
 scindetur. & medio die nox erit tenebrosa ni
 mis in tribus horis & morte moriet̃. tribus
 diebus somno suscepto tūc ab infernis regres
 sus ad lucē veniet. primus resurrectionis p̃
 cipio reuocatis ostēso. Ita iactantiꝝ carptim
 p̃ interualla disposicōis sue sicut ea poscere vi
 debant̃ que probare intenderat adhibuit te
 stimonia sibillina. que nihil interponentes sed
 in vnam seriem cōnexa ponētes solis capitib;
 vt scriptores deinceps ea seruare nō negligāt
 distinguenda curauimꝝ.

De Magis.

Ca. iiii.

M Agorum p̃mus zorastres rex bactria
 noꝝ quem nimis rex assiriorū prelio
 interfecit. De quo arestotiles scribit
 q̃ viciēs centum milia versuū ab ipso condita
 iudiciis voluminum eius declarent̃. hanc ar
 tem post multa secula democritus ampliauit
 q̃n & ypocrates medicie disciplina effloruit
 Apud assyrios autē magice artes copiose sūt
 testate lucano. q̃s nocē fibra fata q̃at. quis
 p̃dat aues aut quis fulgura celi seruet & as
 syria scrutet̃ sydera cura. Itaq; hec vanitas
 magicarū artium ex tradicōe angelorū ma
 lorum in toto terrarum-orbe plurimis seclis
 valuit. Per quādam sciētīā futurorū & infer
 norū & inuocacōes eoꝝ inuēta sūt aruspicia
 augurationes & ipsa q̃ dicunt̃ oracula & ni
 gromātia. Nec mirum de magorū prestigis
 quorum intantū p̃diere malefactorū vel ma
 leficōꝝ artes vt etiam moyū similibus signis
 r̃sisterēt vertētes virgas in dracones aquis
 in sanguinē. Quid plura. si credere fas est
 de phitthonissa vt p̃pbete samuelis animam
 de inferni abditis euocaret & viuorum pre
 sentaret cōspectib;. si tamē animā p̃pbete fu
 isse credamꝝ & non aliquā fantasmaticā illu
 sionē satane fallatia factam. Prudencius de
 mercurio sic ait. Tradit̃ hic & tinctas sump
 to moderamie virge ī lucem reuocasse anias
 ast alias dānasse neci & post paululū adiecit
 murmure nam magico. tenues exire figuras
 atq; sepulcrales cito incantare fauillas. vita
 stidē spoliare alios ars noxia nouit. Magi sūt
 qui vulgo malefici ob facinoꝝ magnitudinē
 nuncupant̃. hi & elemēta cōcuciant. turbāt
 mentes hominum ac sine vllō veneni haustu
 violētia tantū carminis interemūt. Vnde &
 lucanus. Mens hausta nulla sanie polluta
 veneni in cātaca perit. Demonib; enī accitis.

audent ventilare. vt quisq; suos pimat malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine vtuntur et victimis & sepe cōtingūt corpa mortuorum. **Nicromantici** sūt quoq; precātib; videntur resuscitati mortui diuinare & ad interrogata respōdere. **Nicro** enī grece mortu9. mancia diuinatio nūcupatur ad quos suscitandos cadaveri sanguis adiciūt. Nam amare demones sanguine dicūt. ideoq; q̄tiēs nicromātia fit. cruor aq̄ misceēt. vt colore sanguis facili9 puo cēt **Ydromāticī** ab aq̄ dicti. est enī ydromātia in aque inspectione vmbra demonū euocare & ymagines vel ludificacōes eorū videre ibi q̄ ab eis aliqua audire vbi adhibito sanguine etiam ab inferis pbibentur suscitari quod gen9 diuinacōis a plis fertur allatum. **Varro** dicit diuinacōis quatuor esse genera. terrā. aquā. aerem. & ignem. **Hinc** geomantiā. ydromātiā. ciomantiā. **Piromātiā** dictam. **Diuini** dicti quasi deo pleni. diuinitate enī se plenos assimulāt & astucta fraudulēta boni bus futura cōiectant. Duo sunt genera diuinacōis ars & furor. **Incātatores** vocati sunt quia artem verbis cōpleāt. **Arioli** vocati ppter qd̄ circa aras ydolorū nefarias preces emittunt & funesta sacrificia offerūt. hisq; celebritatibus demonū spōā accipiūt auruspices nūcupati q̄si horarū inspectores. dies enī & horas in agēdis negociis opibusq; custodiūt. & qd̄ per singula tempa obseruare debeat homo intendūt. hi etiā exta pecudum inspicunt. & ex eis futura p̄dicant. **Augures** sunt scz qui volatus auium & voces intēdunt. aliāq; signa rerum vel obseruacōes impuise hominib; occurrētes. idem & auspices. Nam auspicia sūt que iter facientes obseruāt. **Dicta** autē sunt auspicia quasi auium aspiciā & auguriū q̄si auium garrā hoc est auium voces & linguas. Item auguriū q̄si auigeriū qd̄ aues gerunt. **Duo** sunt autē genera auspiciōz. vnum ad oculos. aliud ad aures ptinēs. **Ad oculos** scz volatus. ad aures vox auium. **Pbitonisse** a pbitio appolline dicte. eoq; is autor fuit diuinādi. **Astrologi** dicti eoq; iāstris auguriant. **Genetaliaci** appellati ppter natalium cōsideracōez dierum. **Genesim** vero hominū p duodecim celi signa describūt. syderūq; cursu nascētū mores actus euēta predicare conant. id est quali signo fuerit natus. aut quem effectum habeat vite qui nascit. **Hi** sunt qui vulgo **tematicī** vocant. Cuius supsticōis genus constellationes latini vocāt. id est notacōes syderū quomō se habeāt. cum quisq; nascit. **Primum** autē iidem stellarū interpretes magi nuncupabant. sic de his legit. qui in euāgelio xpm natum nūciauerūt. postea hoc nomie soli ma

tematicī cuius artis sciētia vsq; ad euāgelium fuit cōcessa. vt xpo edito nemo exinde natiuitatē alicui9 deceto interpretaret. **Horospi** ci qd̄ p horas natiuitates hominū speculant. dissimili & diuerso fatu. **Sortilogi** sunt qui sub nomine fictē religionis per quāsdā quas sortes sanctorū vocāt. diuinacōis sciētia p̄fident. aut quarūcunq; scripturaz inspectione futura p̄mittunt. **Salifatores** vocati sunt quod eis membroz quecūq; ptes saherint aliquid sibi exinde p̄sperū seu triste significare p̄dicunt. **Ad** hec omnia ptinent & ligature execrabilū remedioz cōtemnēde sue in precātib; sue in caracteribus vel in quibuscunq; rebus suspēdendis atq; ligandis. in quibus omnibus ars demonū est ex quadā pestifera societate hominū & angeloꝝ malorū exorta. **Vnde** cuncta vitanda sunt a xpiano & omnio penitus execracōe repudianda atq; dānāda. **Auguria** auium frigēs p̄mi inuenerūt p̄stigiū vero mercurius p̄mus dicitur inuenisse. **Dictum** est autem p̄stigiū qd̄ p̄stringit aciem oculorum. **De** magicis autē artib; atq; incātacōibus & supsticōibus diuersis q̄s gentiles & falsi xpiani in diuinacōibus suis et obseruacōibus pueris s̄ qui vident. quid lex diuina sanciat in auctoritatibus veteris testamenti ac noui facile est inuenire. **Detestatur** enim eos lex diuina. que in libro exodi ita dicit. **Maleficos** in terra tua ne paciaris viuere. & item. qui immolat ait diis preter soli domio occidetur. **Et** in leuitico. ne comedetis inquit cum sanguine. non auguriamini ne obseruabitis somnia et sup mortuum ne incidetis carnē vestrā neq; figuras & stigmata facietis vob̄. **Ego** domin9. **Et** itē. **Ne** declinetis ait ad magos nec ab oriolis aliquid sciscitemini vt non polluamini p̄ eos. & iterum. vir inquit siue mulier in quibus p̄bitonicus vel diuinacōis fuerit spūs morte moriat. lapidibus obruent eos. sanguis eorū sit sup eos. **In** deutronomio quoq; sic dicit. **Quando** ingressus fueris terram quā dominus deus tuus daturus est tibi caue ne imiteris abhominacōem illarū gentium. nec inueniat in te qui lultret filiū suū aut filiam ducēs p̄ ignem. aut qui ariolos sciscitetur & obseruet somnia atq; auguria. nec sit maleficus. neq; incātatorū. nec p̄bitones cōsulat. neq; diuinos & querat a mortuis veritatē. **Omnia** enim hec abhominabit dominus. & ppter huiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. p̄fect9 eris & absq; macula cū domio deo tuo. **Gentes** iste quarū possidebis terram angures & diuinos audiunt tu autē a domino deo tuo aliter institut9 es. **Et** quid sequendū sit vel obaudiēdū. mox sequit̄ dices

pphetā de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus. ipsum audies ut petisti a domino deo tuo. In ore quoniam concionatus es atque dixisti. Ultra non audiam vocem domini dei mei. & igne hunc maximum amplius non videbo ne moriar. Et ait dominus mihi. Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui & ponam verba mea in ore eius. loqueturque ad eos omnia que preceperam illi. Qui autem verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit. ego ultor existam. Hic ergo prophetā & dominus omnium prophetarum qui est via veritas & vita. conditor utriusque testamenti non solum in veteri sed etiam in nouo omnes errores et diuinationes atque artes noxias respuit atque contemnit. nec ab alio quam a se vult requiri veritatem aut sanitatem. quia ipse cum patre & spiritu sancto vnus verus atque omnipotens est deus faciens mirabilia magna solus. Unde in euangelio omnes ad se inuitat dicens. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos. & discite a me quia mitis sum & humilis corde. & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est. & onus meum leue. Et iterum Ego sum inquit lux mundi qui sequitur me non ambulabit in tenebris. sed habebit lumē vite. Hic ergo iuxta pauli sententiam saluator est omnium hominum maxime fidelium. de quo & petrus ait. Non est enim aliud nomen datum hominibus super terram in quo oporteat homines saluos fieri. In quo etiam nomine quotidie signa magna & sanitates in ecclesia per orationes fidelium fiunt. Quoniam ipse discipulis in euangelio ait. Ecce ego do vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones & super omnem virtutem inimici. Euntes predicate euangelium. Infirmos curate. mortuos suscite. leprosos mundate. demones eicite. Quid ergo necesse est salutem ab alio quam a medico omnipotente querere? Aut que ratio est scientiam & sapientiam ab alio quolibet discere velle. quam ab omni sapientie & scientie fonte? De quo scriptum est. Omnis sapientia a domino deo est. & apud illum fuit semper & est ante eum. Arenam maris & pluuie guttas & dies seculi quis dinumerabit? Altitudinem celi & latitudinem terre. & profundum abyssi quis mensus est? Sapientiam dei precedentem omnia quis inuestigabit? Prior omnium creata est sapientia & intellectus prudentie ab euo. Fons sapientie verbum dei in excelsis. & ingressus illius mandata eterna. Qui enim sine saluatore salutem vult habere & sine vera sapientia est inanis se prudentem fieri posse. non saluus sed eger. non prudens sed

stultus in egritudine assidua laborabit. & in cecitate noxia stultus & demens permanebit ac proinde omnis iniquificatio & omnis curatio que a diuis & magis vel ab ipsis demoniis in ydolorum cultura expetitur mors potius dicenda est quam vita. & qui ea sectantur si se non correxerint ad eternam predicacionem tendunt. Quoniam psalmista dicente. omnes dii gentium demonia qui pro deceptos homines alios decipere quotidie gestunt. ut perditionis sue faciunt eos esse participes.

De Paganis.

Ca. v.

Pagani ex pagis atheniensium dicti ubi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus & pagis gentiles lucos ydolorum statuerunt. & in tali inico vocabulum pagam sortiti. Gentiles qui sine lege sunt & dum non crederent. dicti sunt gentiles. quia ita sunt ut fuerint genti id est in carne descenderunt sub peccato scilicet ydolis seruientes & nec dum regenerati. Proinde qui gentiles apud latinos nuncupabantur. ipsi dicuntur grece hetnici. Hetnici enim grece latine gentiles. hetnos enim grece gens dicitur. Post fidem autem non debent vocari gentes seu gentiles illi qui ex gentibus credunt. sicut post fidem dici iam non potest iudeus. testate paulo apostolo & dicente iam christianis. Quoniam cum gentes essetis. hoc est infideles & reprobos. Etiam apostate dicuntur. qui post baptismum christi susceptum ad ydolorum cultum & sacrificiorum contuminationes reuertuntur. Est autem nomen grecum.

De Dus gentium.

Ca. vi.

Quos pagani deos asserunt homines olim fuisse perditos. & pro vniuersiusque vite meritis colunt apud suos post mortem ceperunt. ut apud egyptum isis. apud cretam iouis. apud inauros iuba. apud latinos faunus apud romanos quirinus. Eodem quoque modo apud athenas minerua. apud samum iuno. apud pafos venus. apud lemnos vulcanus. apud naxos liber. apud delios apollo. In quorum etiam laudibus accesserunt & poete etiam postis carminibus in celum eos sustulerunt. Nam quarundam & inuenciones artium repisse dicuntur. Ut a scolapio medicinam. Vulcano fabricam. Ab actibus autem vocantur ut mercurius qui mercibus preest liber a liberalitate. Fuerunt quidam viri fortes aut urbium conditores quibus mortuis homines qui eos dilexerunt simulacra finxerunt ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solacium. sed paulatim hunc errorem persuadentibus demonibus ita in posteris irrepsisse. ut quis illi pro sola nominis memoria honorauerunt successores deos existimarent atque colerent. Simulacrorum usus exortus est cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines vel effigies tanquam in celum receptis. pro quibus se in terris

demonēs colēdi supposuerūt. & sibi sacrificare a deceptis & perditis psuaserunt. **S**imulacra autē a similitudine nūcupata eorū manu artificis ex lapide alia ve materia eorū vultū imitantī quorū honore fingunt. Ergo simulacra vel p̄ eo q̄ sūt similia. vel p̄ eo q̄ sint simulata atq; cōficta. **V**nde & falsa sunt. Et notandū q̄ latinus sermo sit in hebreis. Apud eos enī ydolum atq; simulacrum semel dicit. **I**udei dicunt q̄ ysmabel primus simulacrū luto fecerit. gentiles autē primū p̄metheū simulacra hominū de luto finxisse p̄hibent. ab eoq; natā esse artem simulacra & statuas fingēdi. **V**nde poete & ab eo homines p̄mum factos esse cōfingūt figurate p̄pter effigies. Apud grecos autē oliua orta est. & atbenensiu vrbs ex minerue appellacōe nomē sortita est. **H**ic primū omniū iouem appellauit. simulacra repit aras statuit. victimas immolauit. nequaquā istius modi rebus in greca vnquā visis. **I**dolatria ydolorū seruitus siue cultura inēpretat̄. **N**am latria grece latine seruit̄ dicitur que quātum ad veram religionē attinet. non nisi vni & soli deo debet. **H**ac sicut impia supbia siue hominū siue demonū sibi exhiberi vel iubet vel cupit. ita pia humilitas vel hominum vel angelorū sanctorū sibi oblatam recusat. & cui debetur ostendit. **Y**dolum autē est simulacrū qd̄ humana effigie factum et cōsecratū est. **I**uxta vocabuli interpretacōem. **I**dos enim grece sonat forma. & ab eo p̄ diminucōnem ydolum deductum eq; apud nos formulā facit. **I**gitur omnis formalis formula ydolu se dici exposcit. **I**nde ydolatria omnis circa omne ydolum famulatus & seruitus. **Q**uidā vero latini ignorātes grecā linguā impite ydolum ex dolo dicūt sumpsisse nomē qd̄ dyabolus creature cultum diuini nominis inuexit. **D**emonēs a grecis dictos aiunt quasi demōnias id est pitos ac rerum scios. presciūt enī futura multa. vnde solēt responsa multa dare. **I**nest enim illis cognicō rerū n̄ plusq; imitanti humane partim subtilioris sensus acuminē. partim experientia longissime vite partim p̄ dei iussū angelica reuelacōe. **H**ic corporū aeriorum natura vigēt. **A**n̄te transgressionē quidē celestia corpa gerebāt. lapsi vero in ethereā qualitatem ouersi sunt. **N**ec a cris illius puriora spacia sed ista caliginosa p̄pessi sunt tenere qui eis quasi carcer est. vsq; ad tēpus iudicii. **H**ic preuaricatores angeli quorū dyabolus princeps est. **D**yabolus hebraice dicit̄ deorsum fluens quia quietus in celi culmine stare cōtempnit. sed supbie pondē deorsum corruēs cecidit. **G**rece enī dyabolus criminator vocat̄. qd̄ vel crimina in qua ipse illu-

cit ad deum referat. **V**el quia electorū innocētiam criminib; fictis accusat. **V**nde & in apocalipsi voce āgelica dicit̄. **P**rojectus est accusator fratrum nostrum. qui accusabat illos in cōspectu dei nostri die ac nocte. **S**atanas in latinū sonat aduersarius siue trāsgressor. **I**pe est enī aduersarius qui est veritatis inimic⁹ & semp̄ sanctorū virtutib; cōtraire nitit̄. **I**pe & transgressor quia & p̄uaricator effectus. **I**n veritate qua cōditus est non stetit. **I**dem & temptator qui ad temptadā iustorū innocētiam postulat. sicut in iob scribit̄. **A**n̄thixps appellē. qui cōtra x̄pm vēturus est. nō qmō quidam simplices intelligunt an̄thixpm̄ ideo dictū q̄ ante x̄pm̄ venturus sit. id est post eū veniat x̄ps. **S**ed an̄thixps grece dicit̄ qd̄ l̄t̄e cōtrarius x̄po. an̄thi in latinū cōtra significat. **X̄pm̄** enī se mentiet̄ dum venerit & cōtra eū dimicabit. & aduersabit̄ sacramentis x̄pi. & veritatis eius. **N**am & templū iherosolimis reparare & omnes veteris legis cerimonias restaurare temptabit. **S**ed & ille an̄thixps est qui negat esse deum x̄pm̄. cōtrarius enī est x̄po. **O**mnes enī qui exeunt de ecclesia & ab unitate fidei p̄ciduntur. & ipsi an̄thixpi sunt. **B**el ydolu est babilonicum qd̄ interpretat̄ vetus. **F**uit enī hic belus pater nini primus rex assiriorū quē quidā saturnū appellāt. qd̄ nomē & apud assirios & apud afros postea cultum est. **V**nde & lingua punica bel deus dicitur. **A**puđ assirios autē bel vocat̄. quadā sacrorū suorū racōe & saturnus & sol. **B**ellegor interpretat̄ idolu īgnominie. **I**dolu fuit moab cognomēto baal sup̄ montē fogor quē latini p̄apum vocāt deum ortorum. **F**uit autē de lapsaco ciuitate elleponti de qua pulsus est. & p̄pter virilis mēbri magnitudinem in numero deorū suorū eum greci transtulerunt & in numie ortorum sacrauerūt. **V**nde & dicit̄ p̄esse ortis p̄pter eorū fecūditatē. **B**eelzebub ydolum fuit accaron. qd̄ interpretat̄ vir muscarū. zebul enim musca vocat̄. **S**p̄r̄cissimū ydolum ideo vir muscarū vocatū p̄pter sordes ydolatrie. vebemoth ī latinā linguā animal sonat. p̄pter qd̄ de excellis ad terrena cecidit. & pro merito suo vt animal brutum effectus sit. **I**pe est & leuiathan. id est serpens de aquis. quia in hui⁹ seculi mari volubili versat̄ astutia. **L**euathan autē interpretat̄ additamētū eorū quorū scilicet nisi hominū quibus in paradiso semel culpam p̄uaricacōis intulit. & hanc vsq; ad eternā mortē quoti die psuadendo adicit vel extendit. **Q**uedam nomia deorum suorū gentiles vanas fabulas ad racōes p̄blicas conant̄ traducere. eaq; in causis elemētorum cōposita esse interpretant̄

Sed hoc a poetis totū fictū est. ut deos suos ornaret aliquibus quos perditos ac dedecoris infamia plenos fuisse historie confitentur. omnino enim fingendi locus vacat ubi veritas cessat. Saturnus origo deorum & totius posteritatis a parentibus designatur. hunc latini a fato appellatum ferunt. quia ad ipsum fatio omnium pertinet rerum vel a temporis longitudine quae saturatur annis. Unde & eum greci cronos nomen habere dicunt. id est tempus. Quos filios suos ferunt deuorasse hoc est annos quos tempus produxit in se reuoluit. vel quod eo semina unde oriuntur redeunt. Hunc celi patris abscondisse genitalia dicunt. quia nihil in celo de seminibus nascitur. Falcem tenet inquit propter agriculturam significandam. vel propter annos & tempora quae in se redeunt. vel propter sapientiam quae intus acuta sit. In aliquibus autem ciuitatibus saturno liberos suos apud gentes immolabant quo saturnum poete liberos suos deuorasse solitum tradiderunt. Iouis ferunt a iuuando dictus & iupiter quasi iuuans pater hoc est omnibus prestans. Hunc & priuato titulo iouem optimum dixerunt dum fuisset incestor in suis. impudicus in extraneis. Quae modo taurum fingunt propter europa raptum. Fuit enim in nauis cuius insigne erat taurus. modo danaes per imbrem aureum appetisse concubitum ubi intelligitur pudicitiam mulieris ab auro fuisse corruptam modo in similitudine aquile. propter quod puerum ad stuprum rapuerit modo serpentis quia reptauerit. & cignum quia cantauerit. et ideo non figure iste sunt sed plane de ueritate scelerata. Unde erat turpe tales deos credi. quales homines esse non debent. Ianum dicunt quasi mundi vel celi vel mensium ianuam. Duas ianifacies faciunt. propter orientem & occidentem cum uero faciunt eum quadrifrontem & ianum geminum appellant ad quatuor mundi partes hoc referunt. vel ad quatuor elementa siue tempora. sed dum hoc fingunt non deum sed monstrum faciunt. Neptunum aquas mundi praedicant & dictus ab eis neptunus quasi nube tonans. Vulcanum uolunt ignem esse & dictus vulcanus quasi uolans calor. vel quasi uolcanus quod per aerem uolet. Ignis enim e nubibus nascitur. Unde etiam homerus dicit eum precipitatum de aere in terras quod omne fulmen de aere cadit. Idcirco autem vulcanus de femore iunonis fingitur natus. quod fulmina de imo aere nascuntur. Claudus dicitur vulcanus. quia per naturam nunquam rectus est ignis. sed quasi claudus eiusmodi speciem motumque habet. Ideo autem in fabricarum fornace eundem vulcanum autorem dicunt quia sine igne nullum metalli genus fundi extendi non potest. Pluton grece latine diespiter vel

diuspiter quem alii orcum uocant. quasi receptorem mortuorum. Unde & orca nuncupatur uas quod recipit aquas. Ipse & grece caron. Liberum a liberantem appellatum uolunt quod quasi mares incoeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Quod idem liber muliebri et delicato corpore pingit dicitur mulieres ei attributas. & uinum propter excitandam libidinem. Unde & frons eius pampino cingitur sed ideo coronam uiteae & cornu habet. quia cum grate & moderate uinum bibitur leticia praestat cum uoluntate excitat lites. id est quasi cornua dat. Idem autem & lieus a potolico quod multo uino membra soluantur. Iste & grece dionysus a monte india nomen ubi dicitur esse nutritus ceterum est & nisa ciuitas in qua colitur idem liber unde niseus dictus est.

Mercurius sermonem interpretatur. Nam ideo mercurius quasi medius currens dicitur appellatus quod sermo currat inter homines medius Ideo et hermes grece quod sermo uel interpretatio que ad sermonem utique pertinet hermenia. dicitur Ideo & mercibus praesse. quia inter uendentes & ementes sermo fit medius. Qui ideo fingitur habere pennas. quia citius uerba discurrunt unde uelox & errans inducitur. Alas eius in capite & in pedibus significare uolucem fieri per aera sermonem. Nuncium dictum quoniam per sermonem omnia cogitata enunciantur. Ideo autem furti magistrum dicunt. quia sermo animos audiencium fallit. Virgam tenet qua serpentes diuidit id est uenena. nam bellantes ac dissidentes interpretum oratione sedantur. Unde secundum liuium Legati pacis caduceatores dicuntur. Sicut enim per praefectiales bella inducebantur ita pax per caduceatores fiebat. Hermes autem dicitur grece a potesermenias latine interpretis qui ob uirtutem multarumque artium scientiam trimegestus id est ter maximus nominatus est. Cur autem eum capite canino fingunt. hec ratio dicitur quod inter omnia animalia canis sagacissimum genus & perspicax habeat.

Marcem deum belli esse dicunt & martem appellatum quia per uiros pugnat ut sit. mars masculin & tria sint genera consuetudinum sicut scitarum ubi & femine & uiri in pugna eunt. amazonum ubi sole femine. romanorum aliarumque gentium ubi soli mares. Item martem quasi effectorem mortium. Nam a marte mors nuncupatur. hunc & adulterum dicit quia belligerantibus incertus euentus est. Quod uero nudo pectore stat. ut bello se quisque sine formidine cordis obiciat. Mars autem apud grecos graduius dicitur. eo quod in bello gradum inferat qui pugnat. aut quod impigre gradientur. Hecolem credebant deum uirtutis. dicitur autem

bercoles grece. quasi beris cleos. id est litis gloriosus ab heris. id est lis & cleos gloria. vel quasi herocleos. quod latine virorum fortium famam dicimus. Fuit autem ut scribit sextus pompeius agricola. ideoque anchei regis stabulum stercorebus purgasse refert. quia proprie agricolarum est stercore agros.

Apollinem quavis diuinatorem & medicum appellant. ipsi tamen etiam sole dixerunt quasi solum ipsum titan. quasi unum ex titanis qui aduersum iouem non fecit. ipsum febum hoc est adolescentem. unde & sol puer pingit eorum quotidie oriatur & noua luce nascatur. Pithium quoque apollinem eundem vocari aiunt. a pithone immense molis serpente cuius non magis venena quam magnitudo terrebat. Hunc apollo sagittarum ictibus sternens nominis quoque spolia reportauit ut pithius vocaretur. Unde & ob insignem victorie pithia sacra celebranda constituit Dianam quoque germanam eius similiter lunam & viarum presidem aiunt. unde & virginem volunt. quod via nihil pareat et ideo ambo sagittas habere fingunt. quod ipsa duo sidera de celo radios usque ad terras emittant. Dianam autem vocatam quasi duanam quod luna die ac nocte appareat. Ipsam et lucinam asseuerant eorum luceat. eandem & triuiam quod tribus fingat figuris. De qua virgilius. Tria virginis ora diane quia eadem luna. eadem diana. eadem persepina vocatur. Sed cum luna fingitur sublustri splendet amictu cum sub cincta lucet calamos latonia virgo est. cum sub nixa sedet folio plutonia coniunx. Latonia autem diana. eorum latone fuerit filia.

Cererem id est terram a creandis frugibus asseuerant dictam appellantes eam nominibus plurimis. Dicunt etiam eam & opem quod ope melior fiat terra. persepinam quod ex ea persepinant fruges. vestem quod herbis vel variis vestita sit rebus. vel a vi sua stado. Eandem & tellurem & matrem magnam fingunt turritam cum timpano & gallo & strepitu cimbalorum. Matrem vocatam quod plurima pareat. magnam quod cibum gignat. Almam. quia vniuersa animalia fructibus suis alit. Est enim alimentorum nutrix terra. Simulacrum eius cum clauis fingit quia tellus hieme clauditur vere aperitur ut fruges nascentur. Quod tympanum haberet significare voluit orbem terre quod curru uehi dicitur. quia ipsa est terra. que pendet in aere quod sustinet rotas quia mundus rotatur & volubilis est. Leones illi subiciunt mansuetos ut ostendant nullum esse genus terre tam ferum quod non subici possit aut superari ab ea. Quod in capite turritam gestat coronam ostendit suppositas terre ciuitates quasi insignitas turribus consistere. Quod sedes fingunt circa eam quod cum omnia moueant ipsa non mouetur Coribantes eius

ministri obstrictis gladiis esse fingunt. ut significetur omnes pro terra sua debere pugnare. Quod gallos huic deo ut seruiret fecerunt. significat qui semine indigeant terram sequi oportere. in ea quippe omnia repere. quod se apud eam iactant. precipit inquit. ut qui terram colunt ne sedeant. semper enim esse quod agant. Cimbalorum autem sonitus ferramentorum est crepitus in colendis agris. & ideo ere colebant priusquam ferrum esset inuentum. Eandem vescam & ignem esse prohibet. quia terram & ignem habere non dubium est ut ex ethna vulcanorum datur intelligi & ideo virginem pictant. quia ignis inuiolabile sit elementum nihilque nasci possit ex eo quippe quia omnia que arripuerit assumat. Quidam in fascis. Nec tu aliud vestam quam viam intellige flammam. Nata de flamma corpora nulla vides. Propterea & virgines ei seruire dicunt eorum sicut ex virgine ita nihil ex igne nascatur.

Iunonem dicunt quasi ianonem. id est ianuam pro purgacionibus feminarum eorum quasi portas matrum natoque pandat & nubentium maritis. Sed hoc philosophi. poete autem iunonis iouis asseuerant sororem & coniugem. ignem & aerem iouem. aquam & terram iunonem interpretant. quorum duorum permixtione vniuersa gignuntur & sororem dicunt quod mundi pars est coniugem quod commixta coeat. Unde & virgilius. Tu pater omnipotens fecundis imbribus ether coniugis ingremium descendit.

Minerua apud grecos athenas dicitur. id est femina. apud latinos autem mineruam vocatam quasi deam & munus artium variarum. Hanc enim inuentricem multorum ingeniorum prohibent. inde eam artem & rationem interpretant. quia sine ratione nihil potest contineri quia ratio quod ex solo animo nascitur animum quoque putant esse in capite et cerebro. ideo eam dicunt de capite iouis esse natam quia sensus sapientis quo inuenit omnia in capite sunt. In cuius pectore ideo caput gorgonis fingit quod illic est omnis prudentia que confundit alios & impitios & saxeos comprobant quod & in antiquis impatorum statuis cernimus in medio pectore locatam propter insinuandam sapientiam & virtutem. Hec minerua & tritonia dicitur. Triton enim affrice palus est. circa quam fertur virginali apparuisse etate. propter quod tritonia nuncupata est. unde & tanto procliuus dea credita est. quanto minus origo eius innotuit. Pallas autem dicta vel ab insula pallene in tracica in qua nutrita est vel a potinpalle id est motu vel ab haste concussione vel quod pallantem gigantem occiderit. Venerem exinde dicunt nuncupatam. quod sine vi femina virgo esse non desinat hanc greci affrodin vocant. propter spumam sanguinis generantem. Affrodin enim grece

Spuma vocat. q̄ autē fingunt saturnū celo pa-
tri genitalia abscidisse & sanguinē fudisse in
mare atq; eo spuma maris cōcreta venus na-
ta est illud aiūt q̄ coitus falsi humoris substā-
tia est & inde affrodin venerē dici q̄ coitus
spuma est sanguis qui ex succo viscerū liquido
falsoq; cōstat. ideo autē venerē vulcani dicūt
vxorē quia venerium officiū nō sine calore
cōsistit. vnde est frigidus in venere senior. **Nā**
q̄ saturnus dicit̄ patri celo virilia amputasse
in mare cadentia venerē creauerūt. qđ ideo
fingit̄. quia nisi humor de celo in terram de-
scenderet nihil creat̄. **Cupidinem** vocatū fe-
runt ppter amorē. **Est** enī demon fornicacō-
nis qui ideo alatus pingit̄ quia nihil amatib; **leuius**
nihil mutabilius inuenit̄. **Puer** pingit̄
quia stultus est & irracōabilis amor. **Sagit-**
tam & facem tenere fingit̄. **Sagittam** quia
amō cor vulnerat facē q̄ inflāmat. **Pan** dicūt
greci latini silvanū deū rusticorū quē in natu-
re similitudinē formauerūt. vnde & pan dicit̄
est id est omne fingūt enī eū ex vniuersali ele-
mentoꝝ specie habet enim cornua in similitu-
dinē radiatorū solis & lune. distinctā maculis
habet pellem ppter celi sydera. **Rubet** enim
facies ad similitudinē etheris. **Fistulā** vii. ca-
lamorū gestat ppter armoniā celi in qua vii.
sunt troni & septem discrimina vocum. **Villo-**
sus est quia tellus cōuestita est. **A genib; ps**
eius inferior feda est ppter arbores & feras
& pecudes. **Caprinas** vngulas habet vt soli-
ditatē terre ostendat. **Quē** vocant rerum &
totius nature deū. **Vnde** pan q̄si omnia dicūt
Isis lingua egipciōrū terra appellat̄. quam isim
volunt esse. fuit autē isis regina egipciōrum
machis regis filia que de grecia veniēs egip-
cios literas docuit & terras colere instituit
ppter qđ et terram eiꝝ nomīe appellauerūt
Sarapis omniū maximus egipciōꝝ deus ipse
est apis rex arginorū. qui nauibus trasuectꝝ
in egiptū cum ibidem mortuus fuisset sera-
pis appellatus est. ppterea quia arca in qua
mortuus ponitur quā sarcofagū vocāt saros
dicit̄ grece & ibi eum venerari sepultū cepe-
runt priuicq; templū eius esset instructū. sed
apis. **Sorapis** primo deinde vna littera cōmu-
tata serapis dicit̄ est. **Apis** fuit apud egip-
cios taurus serapi cōsecratus & ab eo ita cog-
nominatꝝ quē egiptus instar numis colebat
eoꝝ de futuris daret q̄ uedā manifesta signa
Apparebat enim in memphis quē centū anti-
stites psequēbant̄ & repente velut limphari-
ci p̄cauebant. **Huius** capitis imaginē sibi in-
beremo iudei fecerūt. **Fauni** a fādo velut a po-
telfanis dicit̄ qđ voce non signis ostēdere vi-
derent̄ futura. **In** lucis enim cōsulebant̄ a pa-

ganis & responsa illis non signis sed vocibus
dabāt. **Genum** autem dicūt q̄ q̄si vim habe-
at omniū rerum gignēdarum seu a gignēdis
liberis. **Vn** & genitales lecti dicebant̄ a gē-
tib; qui nouo marito sternerant̄. **Hec** & alia
sūt gētiliū fabulosa figmēta que interpreta-
ta sic habent̄ vt ea non intellecta dāpnabilitē
tamē adorent. **Fatum** autē dicūt esse quicq;
dii fan̄t. quicquid iupiter fatur. a fando igit̄
fatū dicūt id est a loquēdo qui nisi hoc nomē
iam ī alia re soleret intelligi quo corda boīm
nolumꝝ inclinare. racōabiliter possemꝝ a fan-
do fatū appellare. non enī abnuere possumus
esse scriptū in literis sanctis semel locutꝝ est
deus duo hec audiui &c. **Q** enim dicit̄ est
semel locutus est. intelligit̄ immobiliter hoc
est incōmutabiliter est locutus sicut nouit in
cōmutabiliter omnia que futura sunt & ipse
faturus est. **Tria** autē fata fingūt in colo &
fuso digitisq; fila ex lana torquetib; propter
tria tempora preteritū qđ in fuso iam netū
atq; inuolutū est. presens qđ inter digitos nē-
tis trahitur. futurum in lana que colo impli-
cata est & qđ adhuc p digitos nētis ad fusu
tanq; p̄sens ad preteritū traiciendū est. **Par-**
cas cataantifrasin appellatas qđ minime par-
cant quas tres esse voluerūt. vnā que vitam
hominis ordiat̄. alteram que cōtexas. terciā
que rumpat. incipimus enim cum nascimur
sumus cum viuimus. desumus cum interimꝝ
Fortunam a fortuitis nomē habere dicūt q̄si
deam quandā res humanas variis casibus &
fortuitis illudētē. **Vn** & cecā appellant eoꝝ
passim in quolibet incurres sine villo exanie-
meritoꝝ & ad bonos & ad malos venit. **Fa-**
tum autē a fortuna seperāt & fortunā quasi
sit ī his que fortuito veniūt. nulla palam cau-
sa. **Fatum** vero appositum singulis & statutū
aiunt. **Aiunt** & tres furias feminas crinitas
serpentibus ppter tres effectꝝ que in animis
hominū multas pturbacōes gignunt. & inter-
dum cogūt delinquere vt nec fame piculi ue-
respectū habere pmittāt. **Ira** que vindictam
cupit. cupiditas que desiderat opes. libido q̄
appetit voluptates. **Que** ideo furie appellan-
tur q̄ stimulis suis mentem feriant et quietā
esse non sināt. **Nymphas** deas aquarū putant
dicit̄ a nubib; nam ex nubib; aque vnde no-
men deriuatū nymphas aquarū deas quasi nu-
mina limpharū. **Ipsas** autem dicūt & musas
quas & limphas. nec ī merito. nā aque motꝝ
mulicē effecit. **Nimpharum** apud gētiles va-
ria sunt vocabula. **Nymphas** quippe mōtium
eireades dicunt siluarum triades. fontū ama-
driades. cāporū maidēs. maris naidēs. **Ero-**
as dicunt a iunone traxisse nomē grece enim

iuno era appellatur. & ideo nescio quis filius eius secundū grecorū fabulā eros fuit nūcupatus. Hoc velud mysticum significāte fabula q̄ aer iunoni deputetur. vbi volunt eros habitare quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorū quasi heroas. id est viros aërios & celo dignos ppter sapiētiā & fortitudinē. Penates gētiles dicebāt omnes deos quos domi colebāt. & penates dicti q̄ essent in penetralibz. id est in secretis. hii dii q̄mō vocabant v̄l que nomīa habuerint ignoratur. **M**anes deos mortuorū dicūt. quoz potestate inter lunam & terrā asserunt. a quibz & mane dictum existimāt quos putant habere qui manus id est rarus est. manes dictos siue qui late manāt p̄ auras siue quia mites sūt immanibus cōtrario nomīe hoc appellant. Apulei⁹ autē ait eos cataantifrasin dici manes hoc est mites ac modestos cum sint terribiles & immanes. vt parcas vt eumenides. **L**anias ex homibz factos demones aiunt qui meriti mali fuerint quaz natura dicit̄ terrere paruulos & in angulis garrere tenebrosis. Lanias quas fabule tradunt infantes corripere ac laniare solitas a laniando specialiter dictas. **P**ilosi qui grece panite latīe incubi appellant siue inuii ab ineundo passim cum animalibus. vnde & incubi dicunt̄ ab incumbendo hoc est supradō sepe enim improbi existunt etiam mulieribz & earum pagunt cōcubitum quos demones gallidulos nuncupāt. q̄ assidue hanc immundiciā pagunt. **Q**uē autē vulgo incubonē vocant hunc romani faunū ficarium dicūt. **A**d quem oracius dixit. Faune nympharū fugientū amator p̄ meos fines & aprica rura lenis incedas. **S**ed falsis diis & figmentis hominū spretis de quibz psalmista ait. Omnes dii gētium demonia: dominus autē celos fecit. **D**ifferentiā ip̄ sus nomīs patefaciam⁹. **D**ii ergo gentium demonia sunt que nulli prestāt sed in se credentes semp decipiunt semp illudūt. **N**am quāuis demones latine scientes vocent̄ quasi demonas humano tamē sermone cōuicium est. **V**nde ita dicim⁹ quos execracōe dignos iudicamus. **N**on immerito quō in illis vera scientia non est qui creatoris sui non secundant arbitrio. sic & sapientes philosophos dicimus. **S**ed hos p̄sequit̄ ap̄ls diffinitiuā sententia dicens. **S**apientia hui⁹ mūdi stulticia est apud deum. **V**nde necesse est vt hoc scientes p̄ non intelligētibus eos habeamus. **D**emon igit̄ est a deo quedā sicut & bonoz angelorū excellens homīes creata suba. que ppria faciēte supbia eousq̄ puenit vt naturali dignitate deposita malis opibz semp insistit. **T**amē alibi scriptū est. **D**eus stetit in sinagoga

deorum in medio autem deos discernit. **V**no verbo ihesus xps mirabili nobis breuitate declarat̄. **I**psē enim deus stetit in sinagoga qui sedit ad dexteram patris. **S**itus enim isti corporales sunt. **N**am si maiestātē eius intendas vbiq̄ totus vbiq̄ plenus est. **N**ec potest dici natura deitatis stare vel sedere qui nulla loci determinatiōe cludit̄. **S**ic enim de ip̄o & iohānes baptista dicit. **M**edius autē vestrā stat quē vos non scitis. **A**ddit & deoz vt euidencius de homibz dictum aduerteres int̄ quos corporaliter habitasse cognoscit̄ xps. **S**icut iheremias p̄pheta p̄dixit. **P**ost hoc in terris visus est & cum hominibz cōuersatus est. **N**am hoc dictum de hominibz sepius inuenimus. **V**nde & ad moysen dicit. **C**onstitui te deū pharaoni. & inferi⁹ psalmus ip̄e dicitur⁹ est. **E**go dixi dii estis & filii excelsi omnes. **S**ic enim & filios dei homines vocam⁹. **Q**uāsi ad naturā deitatis referas vnum est verbū qd̄ veraciter ac pprie sic debeat nuncupari. **D**icim⁹ nonnūq̄ abusiue deos & supas potestates sicut ait ap̄ls. **E**t si sint qui dicant̄ dii siue in celo siue in terra. **N**obis autē vnus est deus pater. **S**equit̄. **I**n medio autē deus discernit id est ap̄los atq̄ iustos qui maiestatis ei⁹ monita fidemq̄ secuti sunt. **D**iscernere enim ad prescientiā p̄tinet intellectūq̄ diuinū qui nos de massa peccati eripit & ad celoz regna pducit. **V**nde & apostolus dicit. **Q**uis enim te discernit.

Incipit liber sedecimus.

- De Linguis gentium. .i.
- De Gentium vocabulis. .ii.
- De Regnorum vocabulis. .iii.
- De Ciuibz. .v.



Linguarū diuersitas exorta est in edificacōne turris post diuiniū. **N**ā priusq̄ superbia turris illius in diuersos signorum sonos humanam diuideret societatem vna omnium nationū lingua fuit q̄ hebreā vocat̄. quā patriarche & p̄phete vsū sunt. **N**on solum in sermonibz suis. **V**erum etiam in literis sacris. inico autē q̄t gentes tot lingue fuerūt. **D**einde plures gentes q̄ lingue quia ex vna lingua multe sunt gentes exorte. **L**ingue autem dicte in hoc loco p̄ verbis que p̄ linguā fiūt genere locucōis illo quo is qui efficit p̄ id qd̄ efficit̄ nomīatur sic os dici solet p̄ verbis sic man⁹ p̄ literis. **T**res sunt autem lingue sacre hebreā. greca. latina que toto orbe maxīe excellūt. **H**is enī tribus linguis super crucē domini a pilato causā ei⁹

fuit scripta. Vnde & ppter obscuritatē sanctarū scripturarū harum trium linguarum cognitō necessaria est vt ad alteram recuratur si aliq̄ dubitacōem nomīs vel interpretacōis sermo vnus lingue attulerit. **G**reca autē lingua int̄ ceteras gentium clarior habetur. Est enim & latinis & omnib; linguis sonantior. Cuius varietas in quin; ptibus discernit̄. quaz; p̄ma dicit̄ cenodo id ē mixta siue cōmunis qua omnes vtunt̄. **S**ecunda attica videlic; atbeniensis qua vsi sunt omnes grece autores. **T**ercia dorica quā habent egipti & siri. **Q**uarta ionica. **Q**uinta eolica qua se eolice locutos dixerunt & sunt in obseruacōe grece lingue eius modi certa discrimina. **S**ermo enī eorum ita est dispartitus. **L**atinas autē linguas quatuor esse quidā dixerunt. id est priscam, latinam romanā. mixtam. **P**risca est qua vetustissimi italie sub iano & saturno sunt vsi. in cōpito vt se habent carmina saliorū. **L**atina quā sub iano & regibus tuscie & ceteri in latino sunt locuti ex qua fuerunt duodecim tabule scripte. romana que post reges exactos a populo romano gesta est quā nemi; plautus virgili; poete & exoratoribus graccus & cato et cicerō vel ceteri effuderunt. **M**ixta que post imperiū latius p̄motum simul cum moribus & hominibus in romanā ciuitatem irrupit integritatē verbi p̄ soleocismos & barbarismos corrumpens. **O**mnes autem orientis gentes in guttere linguam & verba collidūt sicut hebrei & siri. **O**mnes mediterraneae gentes in palato sermones ferunt sicut greci & asiani. omnes occidentis gentes verba in dentibus frangunt sicut itali & hispani. sirus caldeus vicinus hebreo est. in sermone consonans in plerisq; & literarum sono. **Q**uidam autem arbitrant̄ linguam ipsam esse caldeā. quia abraham de caldeis fuit. **Q**si hoc recipitur q̄mō in danielle hebrei pueri linguā quā non nouerāt doceri iubentur. **O**mnem autem linguā vnusquisq; hominum siue grecam siue latinā siue ceterarum gentium aut audiēdo potest tenere. aut legendo ex preceptore accipere. **C**um autem omnium linguarū scientia difficilis sit cuiquā nemo tamen ita desidiosus est vt in sua gēte positus. siue gentis linguam ne sciat. **N**am quid aliud putandus est nisi animalibus brutis deterior. illa enim p̄prie vocis clamorē exprimunt iste deterior qui p̄prie caret lingue noticia. **C**uiusmodi autem lingua locutus sit deus in p̄ncipio mundi dū diceret. **F**iat lux inuenire difficile est. nondū enim erant lingue. **I**tem qua lingua insonuit postea exteriorib; hominum auribus. **M**axie ad primū hominē loquens vel ad p̄phetas vel

dum corporaliter sonuit vox dicētis dei. **T**u es filius meus dilectus vbi a quibusdam creditur illa lingua vna & sola que anteq̄ esset linguarū diuersitas. **I**n diuersis quippe gentib; credit̄ q̄ eadem lingua illis deus loquat̄ qua ipsi homines vtuntur vt ab eis intelligat̄ loquitur autem deus hominibus non per substantiam inuisibilem. sed per creaturam corporalem per quam enī & hominib; apparere voluit qd̄ locutus est. **D**icit enim ap̄tus. **S**i linguis hominū loquar & angeloz; vbi queritur qua lingua angeli loquant̄. **N**on q̄ angelorum alique lingue sint sed p̄ aggeracōnem dicitur. **I**tem queritur qua lingua in futurū homines loquant̄ q̄ nusquā reperitur. **N**am dicit ap̄s siue lingue cessabunt. **I**deo autem prius de linguis ac deinde de gētibus posuimus quia ex linguis gentes non ex gentibus lingue exorte sunt.

De Gencium vocabulis.

Ca. ii.

Ota siue ab alia nacōe secundum propriam collectionē distincta vt greca asia hinc gentilitas dicit̄. **G**ens autem appellata propter generacōes familiarum id est a gignendo sicut nacō a nascendo. **G**entes a quib; diuisa est terra quādecim sūt de iafath. xxxi. de cham xxvii. de sem que sūt lxxiii. vel potius vt racō declarat lxx. due totidem lingue que per terras esse ceperunt que crescendo prouincias & insulas impleuerunt. **F**ili sem quinque singulariter gentes singulas procreauerunt. **Q**uorum primus elam a quo elamite principes p̄sidis. **S**ecūsus assur a quo assirorum p̄sulumit imperium. **T**ercius arfaxat a quo gens caldeorum exorta est. **Q**uartus lud a quo lidii. **Q**uint; aram a quo siri quorum metropolis fuit damascus. **F**ili aram nepotes sem quatuor. bus. & hul. & gether. & mesa. & bus traconitidis cōditor que inter palestina & coelesiriam tenuit principatum vnde fuit iob secundū q̄ scriptū est. **V**ir erat in terra bus. **S**ecundus hul a quo armeni. **T**ercius gether a quo carmeni siue carie. **Q**uart; mesa a quo sunt hi qui vocantur meones. **P**osteritas arfaxat filii sem. **H**eber nepos arfaxat a q̄ hebrei iectan filius heber a q̄ indo; orta est gens. sale filii iectan a quo bactriani lic; eos alii scitharum exules suspicentur. **I**smabel filius abraham a quo ismabelite qui nunc corrupto nomīe sarraceni quasi sarra & agareni ab agar. **N**abaioth filius ismabel a quo nabuthei qui ab eufrate in mare rubrū inhabitant. **M**oab & ammon filii loth. a quo moabite & ammonite. **E**dom filii esau a quo idumei. **H**e gentes q̄ de sem stirpe

descendunt possidentes terram merithanam ab ortu solis vsq; ad fenices.

Filii cham quatuor ex quibus orite sunt nae. thus. a quo ethiopes progeniti. mesraim a quo egyptii perkibentur exorti. futh a quo libii vnde & mauritane fluuius vsq; in p̄sens futh dicitur. omnisq; circa eum regio futensis.

Canaan a quo afri & fenices & cananeorum decem gētes. Itē ex nepotib; cham filii chus nepotes cham sex. **Filii chus** saba & euula saba batha rechema. sabathacha.

Saba a quo p̄geniti & appellati sabei de quibus virgilius solis est turea virga sabeis his & arabes sūt.

Euula a quo getuli in partē remocōris affricae & beremo coherentes.

Sabatha a quo sabathani qui nūc astabari nominantur. **Rechema** vero & sabathacha paulatim antiqua vocabula pdiderunt. & que nūc a veteribus habeant ignorat. **Fili rechma** saba & dadan hic saba p̄lin literata scribitur in hebreo ille autem superior saba p̄sam & a quo appellatos sabeos. interpretat autē nunc saba arabia. **Dadan** a quo gens est ethiopiae in occidentali plaga. **Filii mesraim** sabim qui quondam putei vocabantur **Cellum** a quo philistim quos veteres allofilos. nos modo corrupte palestinos vocamus. **Ceterae** sex gentes ignote sunt que a bello ethiopico subuerse vsq; ad obliuionē preteritorū nominum puenerunt. **Filii canaan** undecim ex quo chananeorum decem gentes quorum terrā his expulsi iudei possederunt quorum primogenitus sidon a quo sidones. vnde & vrbs eorum in fenice sidon vocatur **Secundus** eeb a quo echei **Tercius** iebuseus a quo iebusei quorum fuit iherusalem. **Quartus** amorreus a quo amorrei. **Quintus** gergeseus a quo gergesei. **Sextus** eueus a quo euei ipsi sunt gabaonite a ciuitate gabaon qui supplices venerūt ad ihm **Septimus** aracheus qui archas cōdidit oppidum contra tripolim in radicibus libani situm **Octauus** asaneus a quo asanei. **Nonus** aradius a quo aradii sunt qui aradum insulam possederunt. **Decimus** samareus a quo sirie nobilis ciuitas que vocat̄ celis. **Vndecim** ema. theus. **He** sunt gentes de stirpe cham asidone vsq; ad gaditanum fretum omnem meridiana partem tenent. **Item** tribus filiorum iafeth. **Filii** ergo iafeth septem nominantur. **Gomer** ex quo galatbe id est galli. **Gomer** interpretatur consumacō. **In** eo enim finis vastitas & exitium vel vniuersa que ad mortē pertinent venire dicuntur **Vnde** legitur in ezechiel. **Gomer** & vniuersa agmina eius. **Magog** a quo arbitran̄t̄ scitas & gotos trax

isse originem. **Nagog** interpretat̄ detectio. id est reprobi quos diabolus in culmen superbie erigit & sibi cōsenciētes facit **Vnde** scriptum est in apocalipsi. **Et** seducet gentes que sunt sup̄ quatuor angulos terre gog & magoch **Madaï** a quo medos exisse putant. **Ionan** a quo iones qui & greci vnde & mare ionium **Tubal** a quo hiberi qui & hispani licet quidā & iados suspicent. **Tubal** interpretatur deferens vel delatus hoc est reprobi vel diabolus qui malum semp̄ inferūt aut deferūt ad mortē. **Mosoch** ex quo cappodoces vnde & vrbs apud eos vsq; hodie malecha dicit̄. **Mosoch** interpretatur capiens hoc est diabolus animas semper ad mortem capiens. vnde dicit ezechiel. **Fili** hominis pone faciem tuam cōtra gog terram magog. principium capitis mosoch & thubal. **Tiraser** quo traces quorum non satis immutatum vocabulum quasi tiraces. **Filii** gomer nepotes iafeth **Ascenes** a quo sarmaeae & quos grece regmos vocat. **Rifat** a quo pagonas. **Godorma** vel togorma a quo sunt frigēs. **Filii** iauan elisa a quibus greci elisei qui vocantur eolides. vnde et lingua quinta eolis grece appellatur. **Tarsis** a quo cilices vt iosephus arbitratur. vnde & metropolis ciuitas eorum tharsis dicitur. **Reges** tharsis interpretant̄ exploratores leticie. vnde legitur in psalmo. **Reges** tharsis & insule munera offerent. **Cetim** a quo citii id est cipri a quibus hodieq; vrbs citius nominat̄. **Dodanim** a quo rodi. **Hee** sunt gentes de stirpe iafeth que a thauro mōte ad aquilonem mediam partem asie et omnem europam vsq; ad oceanū britannicā possidēt nomina & locis & gentibus relinquentes de quib; postea immutata sunt plurima. **Cetera** permanent vt fuerūt. nam multarum gentium vocabula partim manserunt ita vt hodieq; appareat vt fuerunt deriuata. sicut ex assur assirii. **Ex** heber hebrei. **Partim** vero temporis vetustate ita mutata sunt vt vix homines doctissimi antiquissimas historias p̄scrutantes nec omniū sed aliquarū ex istis origines gentium potuerunt reperire **Namq;** ex filio cham qui vocabatur mesdrā vel mestaim egyptii sint exorti nulla hic resonat origo vocabuli sicut vt nec ethiopū qui dicuntur ad eum filium cham pertinere quibus appellatus est. **Et** sic non omnia considerentur plurima tamē gentium mutata q̄ manentia vocabula apparent. quibus postea nomina diuersa dedit racō. **Nanque** indi ab indo flumine dicti sunt. qui ab occidentali parte eos includit. **Seres** a proprio oppido nomen sortiti sunt. gens ad orientem sita apud quos de arborib; lana textitur. **De** quibus est illud

Ignoti facie sed noti vellere seres.
Gangaride populi sunt inter assirios indosq;
 inhabitates circa gangen fluvium vnde etia
 gangaride nuncupati sunt.
Ircani dicti a silua ircania vbi sunt plurime ti
 gres. **B**actriani scite fuerunt qui suorū facti
 one a sedibus suis pulsi iuxta bactrion orien
 tis fluvium confederunt ex cuius vocabulo no
 men sortiti sunt. **H**uius gentis rex fuit zoroa
 stes inuentor magice artis.
Parthe quoq; & ipsi ab scitis originē trahūt
 fuerunt enim eorum exules qđ etiam eorum
 vocabulo manifestatur. **N**am scitico sermo
 ne exules partici dicūtur. hi similiter vt bac
 trioni domesticis sedicōibus scicia pulsi soli
 tudines iuxta hircaniam primum furtim oc
 cupauerunt. deinde pleraq; finium etiam vir
 tute obtinuerunt.
Assirii ab assur filio sem vocati gens potentis
 sima queq; ab effrate vsq; ad indorum fines
 omnem in medio tenuit regionem.
Medi a rege suo cognominati putātur. **N**an
 q; iason peliari regis frater a pelie filius tessā
 la pulsus. cum media vxore sua cui9 fuit pre
 uignus medus rex atbenēsiū qui propter
 mortem iasonis orientis plagam perdomuit.
 ibiq; mediam urbem condidit gentemq; me
 dorum nomine suo appellauit. sed inuenies in
 genesi qđ madai autor gentis medorum fuit
 a quo & cognominati vt superius dictum est
Perse a perseo rege sunt vocati qui a grecia
 asiam transiens ibi barbaras gētes graui diu
 turnoq; bello pdomuit. **N**ouissime victor no
 mē subiecte gēti dedit. **P**erse autē ante cirū
 ignobiles fuerunt & nullius inter gentes lo
 ci habebant. medi semper potissimi fuerunt
Persa interpretatur temptans hoc est dyabo
 lus temptacōes semper inferens vt scriptum
 est. **P**erse etbiopes & libies cum eis. **L**ibies
 interpretantur. venientes dyaboli semper
 enim tenebre atq; temptacōes committentes
 ad alios venire facit.
Thogorma interpretatur incolatus. significat
 omnem pegrinacōnem omne hostis exilium
Chaldei qui nunc chaldei vocantur a casech
 filio nachor fratris abrahe cognominati sunt
Chaldei interpretantur impii homines vel
 demones. vnde in esaia legitur. **E**gredimini
 de babilone. & fugite a chaldeis.
Sabei dicti a potō sabsan qđ ē supplicari &
 venerari qđ diuinitatē per ipsorum thura ve
 neramur. **I**psi sunt & arabes qui in mōte ara
 bie sunt qui vocatur libanus vbi thura colli
 guntur. **S**iri a surin vocati pbibentur. qui fu
 it nepos abraham & ceture. quos autem ve
 teres assirios. iam nos vocamus siros a parte

totum appellante s.
Hebrei vocati sunt ab eber qui pronepos fu
 it sem. **H**ebrei interpretantē tranllatores siue
 translati significāt sanctos p̄dicatores de qui
 bus scriptum est in psalmo. **T**ransierunt de
 gente in gentē & de regno ad populū alterū
Israhelite vero ab israhel filio isaac nuncupa
 ti sunt. **N**am patriarcham eorum fuisse isra
 hel constat a quo duodecim iudeorum tribus
 israhelis vocabulum sorti sunt. **I**sti interpre
 tantur videntes deum. & significant sanctos
 fide & mundicia cordis deum cōtemplantes
Vnde in euangelio deus ait de natanael **E**cce
 verus israhelita in quo dolus non est. **I**udeis
 autem scissura decem tribuum nomen impo
 suit. nam antea hebrei siue isrl. nūcupabant
 ex quo autē in duo regna dei populus est di
 uisus. nunc due tribus que de stirpe iuda re
 ges habebant iudeorum nomen sortiti sunt.
 reliqua pars decem tribuum que in samaria
 regem sibi constituit ob populi magnitudinē
 pristinum nomen retinuit israhel. **I**udei con
 fessores interpretantē. significāt fideles xpm
 cōfidentes **A**lter iudei significant hereticos
 xpm fecte confitentes. de quibus scriptū est
 in apocalipsi. **Q**ui dicūt se iudeos esse & non
 sunt. sed sunt synagoga sathane.
Samaritanorum gens sumpsit exordium ab
 assiriis qui trāsmigrati habitauerūt in sama
 ria qui latine interpretantē custodes eoq; cap
 tiuato israhelē isti ad terram regionis eorū
 ad custodiam collocati sunt. **S**amarite custo
 des interpretantur. & significant hereticos
 qui sub pretextu legis mendaciū colunt atq;
 diuinorum preceptorum custodes se esse mē
 tiuntur. **L**egitur tamen xpo custodis nomen
 impositum. de quo scriptum est in esaia. **C**u
 stos quid de nocte. custos quid de nocte. **F**e
 nix catbini frater de thebis egiptioz; siriā
 profect9 apud sidonem regnavit eosq; p̄pos
 & suo nomine fenices eam quoq; prouinciam
 feniciam nuncupauit.
Sidones autē a ciuitate que vocatē sidon trax
 isse vocabulum pbibentur. **S**idon venacō int
 pretatur. **V**nde legitur in iobel. **V**erum qđ
 mibi & vobis tyrus & sidon velociter reddā
 vicissitudinē vobis super caput vestrum. **I**tē
 in aliā partē. vt in euangelio legitur. quia si
 in tyro & sidone facte fuissent virtutes que
 facte sunt vobis olim in cilicio & cinere peni
 tentiam egissent. **S**araceni dicti vel q; ex sar
 ra geniti sepe dicunt. vel sicut gentiles aiunt
 qđ origines syrorum sint quasi sirigine. **H**ii
 per amplam habitant solitudinē. ipsi sunt is
 mahelite vt liber geneleos docet q; sunt ex
 ismahel geniti ipsi cedrar a filio ismahelis ipsi

agareni ab agar qui vt diximus peruerso nomine sarraceni vocant. quia ex sarra se genitos gloriant. **Ismahelite** obedientes sibi interpretant. i. peccatores. qui oia occupiscunt faciunt. Vnde legit in psalmo. **Tabernacula** idumeorum & ismahelite.

Agareni interpretant profeliti hoc est peccatores a couentu ecclesie alieni. Vnde scriptum est in psalmo. **Moab & agareni** iebal & ammon amalech & alienigene cum habitantibus tyru. **Edom** a quo idumei rubeus siue sanguineus interpretatur. significat populum iudeorum ob necem xpi & pphetarum sanguinolentum. vnde in abdias scriptum est. **Hoc dicit dominus ad edom.** Ecce paruulum dedit te in gentibus contempnibilis tu es valde. superbia cordis tui extulit te. **Idumei** sanguinei siue terra interpretantur. id est demones siue peccatores vt in psalmo legit. **Memorare domine** filiorum edon in die iherusalem. qui dicunt exinanite exinanite vsq ad fundamentum in ea. Item idumeus populus est getiu. vnde in deuteronio scriptum est. **Non abominaueris idumeum.** quia frater tuus est nec egiptum quia aduena fuisti in terra eius qui nati fuerint ex eis tercia generatione intrabunt ecclesiam domini. id est p fidem trinitatis & lauacrum regeneracionis.

Seir qui hispidus vel hirsutus interpretatur. populum iudeorum significat. Vnde in cantico deuteronio legit. **Dominus de sina** venit & de seir ortus est nobis.

Amalech interpretatur. labens id est diabolus. Vnde legitur in exodo. **In manu abscondita** vel valida expugnat dominus amalech a generacione in generacionem.

Amalechite interpretantur populus lambes id est peccatores terrena ambientes. Vnde scriptum est in psalmo. **Gabal & ammon & amalech & alienigene** cum habitantibus tyrum.

Filistei ipsi sunt palestini quia p litteram sermo hebreus non habet sed pro eo pb grece utitur. inde filistei pro palestinis dicunt. a ciuitate vtique sua idem & allophilis idem & alienigene ob hoc quia semper fuerint inimici isrl & longe ab eorum genere ac societate separati. **Philistim** interpretantur cadentes poculo. id est inimici ecclesie de sua se extollentes scientia. Vnde legitur in ppheta. **Verum quid mihi & vobis tyrus & sydon & omnis terminus palestinoz.** Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. **Itē** in bonam partem intelliguntur. Vnde legitur in psalmo. **Hii allophili** subditi sunt.

Chananei appellati de chanaan filio chami. quorum terram iudei possederunt. Cuius ex

origine fuit emor frater sichem a quo amorrei sunt nuncupati. **Chananei** interpretantur instabiles siue immobiles et significant peccatores fundamentum fidei non habentes. Vnde legitur in cantico exodi. **Tabuerunt omnes** inhabitantes chanaan.

Egyptii ab egypto quodam rege vocati sunt nam ante aerei dicebant. Interpretant autē lingua hebraica egyptii affligentes eoq afflixi erunt dei populum priusquam diuino auxilio liberarentur. **Egyptii** interpretantur affligentes id est impii vel demones ecclesie fideles opprimentes. vnde legit in exodo. **Affligebant egyptii** operibus duris.

Armenii ex thessalia vnus de numero ducum iasonis qui ad colchos pfecti sunt relecta multitudinem que amisso rege iasone passim vagabatur armeniam condidit geticq ex suo vocabulo nomen dedit. **limes** est plicus qui scitas ab eis diuidit. scitas cognominatos a quo limite scite a quibusdam perhibentur vocati gens antiquissima semp habita. **Hii partibus** lactrianoq femie etiam eorum amazonum regna condiderunt.

Massagete ex scitarum origine sunt. & dicti massagete quasi graues id est fortegete. **Ng** sic liuius argētum graue dicit. id est massas **Hii** sunt qui inter scitbas atq albanos septentrionalibus locis inhabitant.

Amazones dicte sunt seu q simul viuerent sine viris quasi amarzoni siue q adustis dexterioribus manibus essent ne sagittarum iactus impediret. quasi anesmazosin. nudabant enim quam adusserant mammam. **Has** tacianus vni mammam dicit. **Nam** hoc ē amazon quasi anesmazosin id est sine mamma. **Has** iam non esse q earum partim ab hercule partim ab achille. vel alexandro vsq ad internicionē delete sunt. **Albani** sunt partes & asie asiaticę gentis que posteros se alonis credunt albo crine nascuntur. ab assiduis nubibus & ipsius capilli color genti nomen dedit. & inde dicuntur albani. horum glauca oculis id est picta inest pupilla adeo vt nocte plusq die cernant. **Albani** autem vicini amazonibus fuerunt.

Vngros ante a vnos vocatos postremo a rege suo auares appellatos qui prius in vltima medietate inter glaciam canaim & massagetarum immanes populos habitauerunt. **Deinde** pernicibus equis caucasi rupibus feras gētes alexandri claustra prohibentes eruperunt & orientem viginti annis tenuerunt captiuum & ab egyptiis atq ethiopicis annum vectigal exegerunt. **Troianorum** gens antea dardana a dardano nominata. Nam dardanus & iasius fratres e grecia pfecti sunt. **Ex** his iasius ad

traciã dardanus ad frigiam puenit. ibiq; pri-
mus regnauit. post quẽ filius erictoni⁹ dein-
de nepos eius tros a quo troiani nũcupati sũt
Galate galli esse noscuntur. qui in auxilium
a rege bitbinie euocati r̄gnum cum eo pacta
victoria diuiserunt. sic quidem grecis admix-
ti primũ gallogreci nunc ex antiquo gallorũ
nomine galatbe nuncupant̄.

Greci ante thessali a thessalo postea a greco
rege greci sunt nuncupati. Nam greci pprie
thessali sunt.

Lapitas autẽ gentẽ thessalie fuisse aiunt cir-
ca penion amnem olim inhabitantẽ a lapita
apollinis filia nuncupatos.

Sicioni greci sunt nuncupati a sicionio rege
Hii primum agialei vocabantur a rege agia-
leo qui p̄mus sicionis imperauit a quo & agi-
alea ciuitas nũcupata est que nunc peloponẽ-
sis vocatur a pelope r̄ge suo. ipsi sũt ab archa-
de rege iouis & caliste filio dicti.

Danai a danao rege vocati. idẽ & argiui ab
argo conditore cognominati. postq; autẽ rex
grecorum apis mortuus est. huic fili⁹ argus
successit in regnum & ex eo argiui appellati
sunt qui etiam ab eis post obitum deus habẽ-
ri cepit templo & sacrificiõ honoratus.

Achei qui & achini ab acheo filio iouis dicti

Pelasgi nominati quia cum velis passim ver-
no tẽpore aduenisse italiam visi sunt vt aues
Primo enim eos varro italiam appulisse com-
memorat greci vero pelagos iouis & larisse
filios p̄hibent dictos.

Mirmidones fuerunt achillis socii. dolopes
pirri. dicti sunt autem mirmidones propter
astuciã quasi mirmice id est formice. ostenes
autem dicunt dictos mirmidones a mirmido-
ne duce iouis & corunose filio q̄ cecropi athe-
nensium regi successit. granus cuius filia at-
tis nomen & regionis & gẽtis dedit & ex ea
attici cognominati qui sunt atbenienses.

Ion vir fortis ex suo nomine eosdem atbeniẽ-
ses vocauit iones.

Macedones a nomine macionis regis antea
emarci nũcupati sũt postea macedones dicti.

Epirrote a pirro achillis filio prius pirride.
postea vero cum pirro rege duce ad italiam
transire p̄sumperunt.

Dorus neptuni & ellepis filius fuit vnde do-
ri originem & nomen ducunt. **S**unt autem
pars grecie gentis ex quibus etiam cognomi-
nata est tertia lingua grecorum que dorica
appellatur **L**acedemones a lacedemone seme-
le filio dicti **H**ii diu p̄seuerãtes in bello cõtra
messenios veriti ne diuturnitate prelii spem
prolis amitterent. preceperunt vt virgines
eorum cum iuuenibus domi relictis concũbe-

rent. sicq; ex p̄miscuo virginum concubitu iu-
venes de incertis parentibus nati ex nota ma-
terni pudoris spartani vocati sunt **N**am ipos
esse spartanos quos & lacedomones.

Trases ex thira filio iafeth qui vocat⁹ est ti-
ras exorti & cognominati. vt superius dictũ
est p̄hibentur. licet gentiles eos moribus ita
dictos existiment qd̄ sint truces seuissimi enĩ
omnium gentium fuerunt. **V**nde & multa fa-
bulosa de eis memorant̄ qd̄ captiuos diis suis
litarent & humanum sanguinẽ in ossib; cap-
tum portare soliti essent de quibus virgilius
Heu fuge crudeles terras. fuge lit⁹ auarum
quasi crude'ium & auarorum.

Historiorum gens originem a locis ducit. qui
missi ab argo nautas p̄sequendos vt a ponto
intrauerunt histrum fluiuium a vocabulo am-
nis quo a mari recesserunt appellati sunt.

Romani a romuli nomine nuncupati qui vr-
bem romã condidit. gentiq; & ciuitati nomẽ
dedit. **H**ii a r̄te a saturno saturnii a latino lati-
ni vocati sunt. **N**am latin⁹ italie rex fuit qui
ex suo nomĩe latinus appellauit qui postea ro-
mani nũcupati sunt. **H**ii & quirites dicti qa
quirinus dictus est romulus quia semper ha-
sta vtebatur. que sabmorũ lingua quis dicit̄
Italus quoq; & sabinus & sicanus fratres fu-
erunt ex quibus nomina populis imposita &
regionibus sunt. **N**am ab italo italia. a sabino
sabinia. a sicano sicanii cognomiati sũt iidem
& sicilienses. **T**usci italie sunt populi. **E**t est
a frequentia sacrorum vt turis vocata id est
a pototuscialim.

Ymbri italie gens sed gallorum veterum p̄-
pago qui appenninũ montẽ incolũt de quib;⁹
historie p̄hibent eorũ tempore a quo secla-
dis imbrĩb; superfuerint & ob hoc ymbrios
grece nominatos.

Marligens italie dicta a comite liberi marlia
qui vsum illis vitiũ ostendit & ob hoc illi sta-
tuam fecerunt q̄ postea romani victis mar-
sis tulerũt marcos autem greci truscos vocãt
quali.

. quia multos serpẽtes ha-
beant. & ob hoc eis . serpens dicatur illesos
autem esse carminum maleficiis inhabitant
autẽ plagã appenini mõtis simul cum ymbriis

Gothi a magog filio iafeth nominati putant̄
de similitudine vltime sillabe quos veteres
magis getas quã gothos vocauerũt. gens for-
tis & potentissima corpoꝝ mole ardua. armo-
rum genere terribilis. **D**e quibus lucanus.
Hinc dacus p̄mat inde getes occurrat hibe-
ris. **D**aci autem gotorum soboles fuerunt &
dictos putant dacos q̄si dagos quia de gotho-
rum stirpe creati sunt. de quib; ille ibis acre-
tos procul vsq; daros.

Bessi barbari fuerunt qui a multitudine boū sic vocati creduntur. **De** quibus quidam qui colit tire medio vel ille diuitis mltō boue pil leatus accola ripe.

Bipedes pedestri plio magis q̄ equestri sunt vfi ex hac causa vocati.

Sarmate patentibus campis armati inequi- tabāt priuſq̄ eos lentulus danubio p̄biberet atq̄ inde ob studium armorum sarmate nuncupati existimantur.

Lanus fluuius fertur vltra danubium a quo alani dicti sunt. sicut & populi inhabitantes iuxta lem annum fluuiam alemanni vocantur de quibus lucanus. deseruere cauo tentoria fixa lemāno. **Languebardos** vulgo fertur nominasse p̄lixā barba & nunquā tonsa.

Vuādalicus amnis ab extremitate gallie erū pens iuxta quem fluuiū inhabitasse & ex eo transisse nomen guandali perhibentur.

Germanie gentes dicti q̄ sint immania corpa immanesq̄ nationes seuissimis durate frigoribus qui mores ex ipso celi rigore traxerūt feroces animi & semp̄ indomiti raptu venatuq̄ viuentes. **Horum** plurime gentes varie armis: discolorēs habitu: linguis dissonē & origine vocabulorū incerte. vt tolleraces amfiuari quadi tungri marcomanni. bruteri. camasi. blangioni. & vbantes quorum immanitas barbarie etiam in ipsis vocabulis horrore quendam significat.

Sueui pars germanoz̄ fuerunt in fine septentrionis de quibus lucanus. Fundit ab extremo flauos. ab aquilone sueuos quorū fuisse cētum pagos & populos. mlti pdiderūt. dicti autem sueui putantur a monte sueuo qui ab ortu solis inicium germanie facit cuius loca incoluerunt.

Burgūdiones quondam a romanis subacta in teriori germania p̄ castrorum limites positi a tiberio cesare magnam coluerunt gentem atq̄ ita nomen ex locis sumpserunt quia crebra per limites habitacula cōstituta burgos vulgo vocant. **Hii** postea rebelles romanis effecti plusquā octoginta milia armatorum ripe reni fluuii infederūt & nomen gentis obtinuerunt. **Saxonum** gens in oceanum litoribus & paludibz̄ inuisi virtute atq̄ agilitate habilis. vnde & appellata qd̄ sit durum & validissimum genus hominum & prestans ceteris piraticis.

Franci a quodam proprio duce vocari putantur alii eos a feritate morum nuncupatos existimant. **Sunt** enim in illis mores inconditi naturalis ferocitas animorum.

Britones quidam latine nominatos suspicantur eoz̄ bruti sint. gens intra oceanum iter

fuso mari quali extra orbem posita de quibus virgilius. **Toto** diuisos orbe britannos.

Scoti ppria lingua nomen habēt a picto corpore eoz̄ aculeis ferreis cum atramēto variarum figurarum stigmate adnotentur.

Galli a candore corporis nuncupati sunt. galle enim gr̄ce lac dicitur. vnde & sibilla sic eos appellat cū ait de eis. **Tunc** lactea colla auro innectuntur. secundum diuersitatē enī celi & facies hominum & colores & corporū quātitates & animorum diuersitates existūt. **Inde** romanos graues. grecos leues. afros veripeles gallos natura feroces. acriores ingenio p̄uidemus q̄ natura climatū facit.

Galli autem senones antiquitus zenones dicebātur qd̄ liberum hospicō recepissent. postea in s̄literā commutatata est.

Vacca opidum fuit iuxta pireneū a quo sunt cognominati vaccei de quibus creditur dixisse poeta. Itaq̄ vagantes vaccei. **Hii** pirinei iugis p̄r amplam montis habitant solitudinē idem & vascones quasi vaccones c in s̄literā demutata. quos gneus pompeius edomita hispania ad triumphum venire festinans de pirinei iugis deposuit & in vnum opidum congregauit. vñ & cōuenaz̄ vrbs nomē accepit. **Hispani** ab iberō anīe primum iberi postea ab hispa'o hispani cognominati sunt.

Galathe a candore dicti. vnde & galli reliqs̄ enim hispanie populis candidiores existunt. **Hii** grecam sibi originem asserunt. vnde & naturali ingenio callent siquidem post finem troiani belli teucrum morte mediacis fratris inuisum patri telamoni dum non reciperetur in regniā ciprum concessisse ibiq̄ vrbs nomine antique patrie salaminam condidisse inde ad gallatiam p̄fectus expositis sedibz̄ ex loco genti nomen dedisse.

Astures gens hispanie vocati eo quia circa asturē flumen septi montibus siluisq̄ crebris inhabitent.

Cantabri gens hispanie a vocabulo vrbs & iberi amnis cui insidunt appellati horum animus pertinax magis ad latrocinandum & ad bellandum. vel ad perpetiendum verbera semper parati.

Celtiberi ex gallis celticis fuerūt quorum ex nomine appellata est regio celtiberia. **Nā** ex flumine hispanie iberō vbi confederunt et ex gallie qui celtici dicebantur mixto vtroq̄ vocabulo celtiberi nuncupati sunt.

Afri appellati ab vno ex posteris abrahe qui vocabatur affer qui dicitur duxisse aduersus libiam exercitum & ibi victis hostibus cōsedisse eiusq̄ posteros ex nomine atani & afros africam nuncupasse.

Peni autē cartaginenses sunt a fenicibus nuncupati qui cum didone pfecti sunt. turos vero a tiro vrbe fenicum nominatos de qua profecti sunt & in affrice litus venerunt.

Getuli gece dicuntur fuisse qui ingenti agmine a locis suis nauibus cōscendentes loca firtilum in libia occupauerunt. & quia ex getis uenerant inde deriuato nomine getuli cognominati sunt. vnde & opinio est apud gothos ab antiqua cognacōe mauros cōsanguinitate p̄p̄inquos sibi vocare. **A**ffricā autē ī inico nomē habuē libies deīn affri p̄ hoc getuli postremo mauri & numides. **M**auri & numide ut affri putant sic sumpserūt exordium & uocabulum. **N**am postquā in hispania hercules interit & exercitus eius compositus ex variis gentibus amisso duce passim sibi sedes querebant & ex eo numero medi persi & armeni nauibus in affricam transuecti p̄xima maria loca occupauere. sed perse dum materiam in agris pro cōstruendis domiciliis non inuenirent & ignota lingua cōmercium prohiberet per patētes agros & diuersas solitudines uagabantur. & a pambulationibus uagabūdis semetip̄os propria lingua nuimidas appella uerunt id est sine opido uagos & errantes.

Medi autem cum libiis se miscuerūt qui p̄ximam hispaniam inhabitant quorum nomen paulatim libies cōrupte barbara lingua mauros propter medos appellātes licet mauri ob colorem a grecis uocentur. greci enim nigrū mauron uocant. **E**stifero quippe calore afflatis speciem atrii coloris ducunt.

Massilia ciuitas affrice est non longe ab athlante & ortis hesperidum. a qua ciuitate massili uocati sūt quos nos corrupte massulas uocamus. de quibus uirgilius. **H**ic mihi massile gentis monstrare sacerdos.

Gaudalii gētes sunt a meridie usq̄ oceanum hesperidum puagantes. huius nomen gauloen insula dedit que est iuxta ethiopiam ubi nec serpens nascitur neq̄ uiuit.

Garamantes populi affrice prope cirenas inhabitantes a garamante rege apollinis filio nominati qui ibi ex suo nomine garama opidum condidit. sunt autem proximi gentibus ethiopum. **D**e quibus uirgilius extremi garamantes. **E**xtrēmi autem quia seuitia a confortio humanitatis remoti.

Hesperii uero sunt qui circa hispaniā commorantur. nam hispania hesperia dicitur.

Ethiopes dicti a filio cham qui uocatus est chus ex quo originē trahunt. chus enī hebraica lingua ethiops interpretatur. **H**uius quōdā ab indo flumine cōsurgentes iuxta egyptum **I**nter nilum & oceanum in meridie sub ipsa

solis uicinitate insiderunt. quorum tres sunt populi hesperi garamantes & indi. hesperi sunt occidentis. garamantes tripolis indi oriētis **E**thiopes interpretantur tenebre uel caligo id est impii quibus dyabolus uelut tenebris circumseptus incedit.

Trogodite gens ethiopū ideo nuncupati sūt q̄ tanta celeritate pollent ut feras cursu pedum assequantur.

Panfagii & hini in ethiopia sunt quibus esca est quicquid mandari potest. & omnia fortuitu gignentia. vnde & appellati ictiofagii q̄ uenando in mari ualeant & piscibus tantum alantur.

Hii post indos motanas regiones tenēt quos subactos alexander magnus piscibus uesci prohibuit. **A**ntropofagi gens asperima sub regione siri consita. quia humanis carnibus uescitur ideo antropofagi nominantur. **I**taq̄ sicut his ita ceteris gentibus p̄ secula aut a regibus aut a locis aut a moribus aut ex quibuslibet aliis causis immutata uocabula sunt ita ut prima origo nominis eorum tempore uetustate non pateat. **I**am uero hii qui antipode dicuntur eorū cōtrarii esse uestigii nostris putantur. uel quasi sub terris positi aduersa pedibus nostris calcant uestigia nulla racōe credendum. quia nec soliditas patitur nec centrū terre. sed neq̄ uilla hoc historie cognicōe firmat sed hoc poete quasi ratiocinādo cōiectāt **T**itanes autem quosdam in grecia ferunt fuisse robustos & excellentes uiribus pupulos quos ferunt fabule ab irata contra deos terra ad eius ultionē creatos unde titanes dicti sunt apothibon. id est ab ultione q̄ quasi ulescende matris terre causa in deos armati existerēt quos fabule a ioue bello fuisse supatos atq̄ extinctos fingunt p̄pter q̄ de celo iactis fulminibus interierunt.

De Regibus & milicie uocabulis. **C**a. iiii.

Regnum a regibus dictum nam sicut reges a regnando uocati ita regnum a regibus. regnum uniuerse nationes suis queq̄ temporibus habuerūt ut assiri medii. persi egyptii. greci. quorum uices fors temporum ita uoluit ut alterum ab altero solueretur. inter omnia autem regna terrarum duo regna ceteris gloriosiora traduntur. assiriorum primo deinde romanorum temporibus & locis inter se ordinata atq̄ distincta. **N**am sicut illud prius & hoc posterius. ita illud in oriente hoc in occidente exortum est deniq̄ in illius fine huius incium cōfestim fuit. regna cetera ceteriq̄ reges uelut appendices istorū habentur. **S**ed inter omnia regna illud maxime appetendum est regnum q̄ stabile & fixum permanet. atq̄ in eterna pace consistens

nullum habebit finem cuius regni rex est xps
 de quo ppheta ait. **M**ultiplicabitur eius im-
 perium & pacis non erit finis super solium da-
 uid & super regnum eius ut confirmet illud
 & corroboret in iudicio eius iusticia amodo
 & vsq; in sempiternum. De quo etiam ange-
 lus ad mariam ait. **D**abit illi dominus deus
 sedem dauid patris sui. & regnabit in domo
 iacob in eternum & regni eius non erit finis.
Ad cuius regni possessionem ipse nos quoti-
 die vocat per scripturas sacras & predicator-
 res euangelii ut speremus & desideremus ce-
 lestia illucq; puenire per rectam fidem & bo-
 na opera contendamus. ad qd in die iudicii
 ipse rex regum cum sederit in sede maiesta-
 tis sue & congregabuntur ante eum omnes
 gētes & electos suos qui a dextris eius erūt
 inuitat dicens. **V**enite benedicti patris mei
 percipite regnum quod vobis paratū est ab
 origine mundi. **C**eterum in hoc mundo illa
 regna laudabilia sunt que subiciuntur regi ve-
 ro domino videlicet xpo. qui in toto orbe ter-
 rarum in gentibus & locis diuersis dilatans
 ecclesiam gubernat ac regit secundum volun-
 tatem suam. **A**d que regna loquitur ppheta
 in psalmo dicens. **R**egna terre cantate deo
 psallite domino psallite deo qui ascendit sup-
 celos celorum ad orientem. **D**icens enim reg-
 na terre omne genus humanū significare vo-
 luit. quia licet sint gentes que non habeāt re-
 ges tamen hoc verbo concluditur. quicquid
 gentium esse sentitur. qd dicitur cantate ad
 anime respicit puritatē. psallite ad opa sanctis-
 simo queq; domo probant accepta. qui ascē-
 dit super celos celorum. **D**ominus utiq; qui
 de celo descendit ad liberandū infirmitatis
 nostre naturam. ipse etiam super celos
 ascendit. quia sedet ad dexteram patris. **A**b
 oriente velud qd dixit iherosolimam euiden-
 ter ostendit que est in orientis partibus col-
 locata. **V**nde dominus apostolis videntibus
 ascendit ad ceos. **R**eges a regendo vocati.
 sicut enim sacerdos a sanctificādo ita & rex
 a regendo. **N**on autem regit qui non corrigit.
Recte igitur faciendo nomen tenetur peccā-
 do anuttitur. **V**nde & apud veteres tale erat
 prouerbiū. rex eris si recte facias. si non fa-
 cias non eris. **R**egie virtutes precipue iusti-
 cia & pietas. plus autem in regibus laudatur
 pietas. nam iusticia per se seuera est. **R**eges
 autem ob hanc causam apud grecos basile
 vocantur. quia tanquam bases populū susti-
 nent. vnde & bases coronas habent. quanto
 enim quisq; magis preponitur tanto ampli9
 pondere laborum grauat. **T**iranni grece
 dicuntur id est latine & reges. nam apud ve-

teres inter regem & tyrannū nulla discretio
 est. ut mihi pars pacis erit dexterā tetigisse
 tyranni vel tyrones vocabantur. **N**am tyro
 fortis de qualibus dominus loquitur dicens.
 per me reges regnant. & tyranni obtinent
 terram iam postea in vsum accedit tyrannos
 vocari pessimos atq; improbos reges luxurio-
 se dominacōis cupiditatē & crudelissimā do-
 minacōem in populis exercentes. **R**ex misti-
 ce deus intelligitur. ut est illud in psal. **D**e-
 us autem rex noster ante secula. **R**egina est
 autem sancta ecclesia ut est illud in psal. **A**sti-
 tit regina a dextris tuis. **I**tem reges apostoli
 siue sancti ceteri sunt ut legitur in psal. **D**e9
 qui das vindictas & in regnum potēs est &
 dat virtutem regib9 nostris. **I**tem regine sūt
 anime perfectorum que non sunt ancille pec-
 cati ut in canticis canticorum dicitur. sexa-
 ginta sunt regine. **R**eges enim recte sancti
 homines dicuntur qui spiritus auctoritate
 secundum voluntatem dei animas suas regūt.
 & regi regum domino videlicet xpo obediē-
 do subiciūt. qui iuxta psalmiste vocem domi-
 nabitur a mari vsq; ad mare & a flumine vsq;
 ad terminos orbis terre. cui reges tharsis &
 insule munera offerunt. reges arabū & saba
 dona adducunt & adorabunt eum omnes re-
 ges terre. omnes gentes seruient ei. **D**omina-
 bitur dicit cultu religionis latius innotescit.
 utique dominus xps de quo superiora canūt
 & inferiora dictura sunt. **I**stud autem ad sa-
 lomōnē filiū dauid omnimodis non potest p-
 tinere qui tantum in gente iudea rex fuisse
 cognoscitur. **N**am si maria ista nostra velis in-
 telligere. totius mundi ambitum quem ver-
 sus iste significat non preualebis aduertere.
Reges ergo arabie sunt qui blandimenta cor-
 porum rigide subiciunt discipline. similiter
 saba vnde sabei dicti sunt quamuis corporali
 delectacōe preualeat & iocundis odoribus sit
 refecta suauiora tamen conuersi eius populi
 offerunt dona virtutum. qd autē ait & adora-
 bunt eum omnes reges terre. per omnes re-
 ges nos voluit cunctas intelligere nationes.
 quia nulla gens est que in parte populi sui p-
 prium non adoret auctorem. **I**tem reges pra-
 ui doctores intelliguntur. ut est illud pphete.
Ipsi regnabūt & non ex me. **T**yrannus autē
 vel dyabolum typice potest figurare vel an-
 thixpm qui cōtraria semper xpi imperio agē
 moliantur. & hos secuntur peruersi homines
 qui cupiditate terrenam sectantes crudeli-
 ter magis premere populū xpianū eligūt
 quam modesta disposicōne regere & rite ac-
 consulte illi preesse. **C**onsules appellant a cō-
 sulendo sicut reges a regendo siue a legando

nam cum romani regum superbam dominati onem non ferrent. annua imperia binosq; con sules sibi fecerunt. Nam fastus regius non be niuolentia consulentis sed superbia dominan tis erat. Hi ergo consules appellati vel a con sulendo ciuibus vel a regendo cuncta consilio quos tamen ideo mutandos per annos singu los elegerunt vt nec insolens diu maneret & moderatior cito succurreret. Inde autem duo pares quia vnus rem civilem alter rem mili tarem ministrabat. regnauerunt autem annis cccc. lxxiii. Cōsules autem recte dici possunt magistri ecclesie hoc est episcopi atq; p̄spiteri & ceteri qui consilium secundum sanctaz scrip turarum traditionem plebem sibi subiectam adiuant atq; gubernant. Hoc autem nomen potestatis ex gentilium traditione inuentū ideo posuit quia cōuenit ecclesiastice dignita ti vt interiora et exteriora omnia agant cum cōsilio prudenter secundum illud quod scrip tum est. Omnia fac cum cōsilio & post factū non penitebis. Nam cesaris nomē aut augusti non aliter domino nostro conuenire arbitror nisi sub significa cōne monarchie quia solus regnat in celis & in terris & quia sub ei⁹ im perio consistunt vniuersa. Monarchi sunt qui singularem possident principatum qualis fuit alexander apud grecos. iulius apud roma nos. hinc & monarchia dicitur. monos quip pe singularis greco nomine archia principa tus est. tetrache sūt quartam partem regni tenentes. Nam tetrache quatuor sunt qualis fuit apud iudeam philippus Princeps & dig nitatis nomē vel modum significat & ordinis. sicut est illud virgilianū princeps ardentem cōterit lampada turmis pro primus. Dicitur autem princeps a capiēdo figurate eoz pri mus capiat. sicut municeps ab eo qd munia accipiat. Legitur ergo in p̄beta de xp̄o qd ipse sit princeps pacis cuius principatus est super humerum eius. quia in cruce omnia tra hit ad seipsum. & ideo illi curuatur omne ge nu & confitebitur omnis lingua quia ipse in gloria dei patris viuit & regnat in secula. de quo principe ita legitur in ezechiele. Prin ceptus sedebit in ea hoc est in porta clausa & co medet panem suum. Dicuntur & apostoli p̄a cipes & doctores ecclesie dei. de quibz scrip tum est in psalmo. Principes populi conuene runt cum deo abraham. et itē. Constituas in quit eos p̄cipes super omnem terram. quo rum principatus nimis confortatus est. quia huius suis montis vsq; ad finem mundi regunt ecclesiam. & in die iudicii futuri sunt iudi ces cum xp̄o. ad quos ipse ait. cum sederit fi lius hominis in sede maiestatis sue sedebitis

& vos super sedes duodecim iudicantes duo decim tribus israhel. Rursum principes sūt sancti. vt in salomone. Vidi seruos in eqs. id est peccatores in carnali potentia & p̄cipes q̄si seruos ambulantes sup terrā. Item in con trariam partem principes accipiunt vt p̄beta dicit. Principes exstiterunt & non cog noui. Item princeps dyabolus siue anthicri stus sicut in ezechiele dominus de eo loquit̄ dicens. Fili hominis leua planctū super prin cipem thiri. id est super principem tribula tionis. Dux dicitur eoz sit ductor exercitus sed non statim quicunq; principes vel duces sunt et reges dici possunt. In bello autem me lius ducem nominari q̄ regem. Nam hoc no men exprimit in prelio ducentem. Vnde & virgili⁹ ducis euandri. salustius quo cupidinis more ducis sese quisq; bonum non dicit more consulis. Dux enim ille vere dici potest qui in eale iusticie incedens sequentes ducit per fidē rectam & bona opera in vitam eter nam. Vnde p̄beta dominum deprecatur di cens. Deduc me in via tua & ambulabo in ve ritate tua. & alibi. Spiritus inquit tuus bon⁹ deducet me in viam rectam. Vnde & ipse sal uator dux a p̄beta legit̄ in euangelio vbi scriptum est. Et tu bethleem terra iuda ne quaquam minima es in principibus iuda ex te enim exiet dux qui regat populum meum israhel. Item dux dominus ihesus cristus in telligitur in illo esaje. Ecce testem populis dedi eum ducem ac p̄ceptorem gentium. & alibi seruus meus dauid princeps in medio eorum. Duces sunt sancti predicatorēs eoz trabunt fideiūm greges post se. Item in con trariam partem duces heretici sunt & iudei siue doctores improbi vt in euangelio Dimit tite eos ceci sunt duces cecorum. si cecus ce eum duxerit ambo in foueam cadunt. Fortis dominus est vt in psalmo legitur. Dominus fortis & patiens. & in iob. Sapiens corde et fortis robore. Fortes sancti sunt. vt in canti cis canticorum. Ecce lectum salomonis sexa ginta fortes ambiunt ex fortissimis israhel. Fortis dyabolus vt in euangelio. cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia que possidet. Patricii inde vocati sūt pro eo quod sicut patres filiis ita prouident reipublice. Prefecti dicit̄ eoz p̄toria pote state presunt. pretores. idem qui & prefecti quasi prepositores. Presides vero dicit̄ quia alius loci tutelam presidialiter tenent. preto res autem quasi p̄ceptores ciuitatis et prin cipes. idem & questores quasi questiores eoz q̄ questionibus presunt. Consilium enim & causa apud eos est. Proceres sunt principes

ciuitatis quasi precedentes q̄ omnes honores
 precedunt. **Tribuni** vocati quia militibus siue
 plebibus iura tribuunt **Ciliarche** sunt qui mille
 presunt. quos nos millenarios nuncupamus
 & est grecum nomen. **Centuriones** dicti eoq̄
 presunt centum militibus. sicut quinquagenarij
 quia in capite sunt quinquaginta militum
 sicut decani eoq̄ decem militibus preferuntur
Hei autem species prelatorum in ecclesia rite
 tenentur. q̄ vnusquisq̄ prepositus iuxta ritum
 & ordinem suum curam habet subditorum
 ne per deuia erroris pergant. neq̄ iniustis
 operibus insistant. necnon & caueant ne aliq̄
 alterum noceat ne per violentiam opprimat
 sed concordēs inuicem & pacifici vitam mo-
 destam ducant. **Vnde** & in veteri lege iethro
 cognatus moysi dedit illi consilium vt consti-
 tueret in plebe tribunos et centuriones & qui-
 quagenarios & decanos. quatinus ipsi mino-
 ra decernerent atq̄ diiudicarent. **Ipe** vero ea
 que ad dominum pertinet subditis suis dispen-
 sare. **Hinc** & apostolus hebreis precepit di-
 cens **Obedite** prepositis vestris in domino et
 si iacetis eis. ipsi enim peruigilant quasi pro
 animabus vestris domino reddituri rationem.
 vt cum gaudio hoc faciant & non gemetes.
 hoc enim non expedit vobis. & iterum. memento
 totē inquit prepositorum vestrorum qui locu-
 ti sunt verbum dei quorum intuentes exitum
 conuersationis imitami fidem. **Miles** dictus
 quia mille erant ante in numero vno. vel quia
 vnus est ex mille electus. **Romulus** autē pri-
 mus ex populo milites sumpsit & appellauit
Liber primus milicie ordinem docuit. **Mi-**
les autem ordinarius dicitur aut extra ordi-
 narius. **Ordinarius** est qui per ordinem mili-
 tat nec adhuc aliquem consecutus est gradum
 honoris. est enim gregarij id est humilis mi-
 licie. **extraordinarius** vero qui ob virtutem
 promouetur ex ordine. **Emeriti** dicuntur ve-
 terani solutiq̄ milicie. qui iam in vsu plu non
 sunt. & quia n̄ ereri militare dicitur ab stipē-
 diis scilicet que merentur. **Idem** & veterani
 dicuntur. quia iam in vsu prelii non sunt sed
 post milicie labores quietis suffragium conse-
 cuntur. **Equestres** milites dicti quia equo se-
 deant & militant in equestri ordine. **Tirones**
 dicuntur fortes pueri qui ad miliciam dele-
 guntur atq̄ armis gerendis habiles existunt
Hii enim nō sola professione natiuitatis. sed
 ab aspectu & valitudine corporis existimant
Vnde & tirones dicti quia antequam sacra-
 mento probati sint milites non sunt. **Romane**
 autem milicie mos fuit puberes primos exer-
 cere armis. **Nam** sextodecimo anno tirones mi-
 litabant. quo etiam so'o sub custodibus age-

bant. **Conscripti** milicia dicuntur. quia in ta-
 bulis conferuntur ab eo qui eos ducturus est
 sicut transcripti vocantur cum de alia in aliam
 legionem transeunt & inde transcripti quia
 nomina dant vt transcribantur. & optiones
 dicti q̄ sint electi nam optare eligere est sicut
 est illud. optauitq̄ locum regno. id est elegit
Excubitores dicuntur. pro eo quod excubias
 semper agunt. sunt enim ex numero militum
 & in porticibus excubant propter regalem
 custodiam. excubie autem diurne sunt. vigi-
 lie nocturne vnde & vigiles. **Velites** erant
 apud romanos. genus milicie a volitando vo-
 cati. **Lecti** enim agilitate iuuenes cum armis
 suis post terga equitum consedebant & mox
 cum ad hostes ventum esset equis desiliebat
 & continuo pedites ipsi ex alia parte equiti-
 bus per quos aduecti fuerant dimicantibus
 hostem perturbabant. ab his velitibus elephā-
 ti quondam hannibalis retroacti cum regi iam
 a suis non possent fabrili scalpro inter aures
 adacto necabantur. **Militia** autem a milibus
 dicta aut a multis quasi multicia. quasi nego-
 tium multorum aut a mole rerum quasi moli-
 tia. **Legio** sex milium armatorum est ab elec-
 to vocata quasi lecti id est armis electi. pprie
 autem macedonum falanx. gallorum caterua
 nostra legio dicitur. **Legio** habet sexaginta
 centurias manipulos triginta cohortes duo-
 decim. turmas ducentas. **Centuria** est pars
 exercitus in centenos milites diuisa. **Vnde** &
 qui his presunt centuriones dicuntur. **Sub-**
centuriati vero sunt. non qui in prima. sed qui
 in secunda centuria sunt quasi sub prima centu-
 ria tamen stricti etiam ipsi & in spiculis posi-
 ti in bello sunt. vt si prima defecerit isti quos
 sub secunda diximus. laborantibus primis subue-
 niant. **Vnde** ad insinuandum ponitur subcentu-
 riatas quasi armis dolosis instructus. **Mani-**
pulus ducetorum est militum. **Manipuli** autē
 dicti sunt milites siue quia bellum primi ma-
 nu incipiebāt. siue qd̄ antequam signa essent
 manipulos sibi id est fasciculos stipule vel her-
 be alicuius p̄ signis faciebāt a quo signo mani-
 pulares milites cognominati sunt. **De** quibus
 lucanus **Euocat** armatos ex templo ad signa
 manipulos. **Turma** xxx. equites sunt. roma-
 ni enim equites in vna tribu ccc. fuerunt de
 singulis enim centuriis x. dabantur & fiebat
 turma. **Cohors** quingentos milites habet.
Tria sunt milicie genera. sacramentum. euo-
 catio. coniuratio. **Sacramentum** in quo post
 electionem iurauit vnusquisq̄ miles se non re-
 cedere a milicia nisi post completa stipendia
 id est milicie tempora & hii sunt qui habent
 plenam miliciam. nam xx. & v. annis tenent

Euocatio dum ad subitum bellum. non solū miles sed ceteri euocantur. Vnde etiam consul solebat dicere. qui rempublicam saluam vult esse me sequatur. Coniuratio que fit in tumultu quando vicinum vrbis periculū singulos iurare non patitur sed repente colligit multitudō & tumultuosa in ira conflatur hec & tumultuacō dicitur. In acie autem iste fere forme sunt exercitus. classis. nodus. cuneus ale. cornua agmen que formas & nomina ab ipsis rebus de quibus trāslata sunt mutuānt. **Acies** dicta quia ferro armata sit & acumine gladiatorum. **Exercitus** multitudo ex vno genere ab exercitacōne vocata. **Cuneus** est collecta in vnum militum multitudo. vnde propter qđ in vnum coit ipsa coitio in vnum cuneus nominatus est quasi cōmeus quia in vnum omnes cogunt. **Classes** dicte ppter diuisionē exercitū quā romulū instituit. Nā classen greci diuidē dicūt qui postea manipuli dicti sunt vnde & virgilius. **Classibus** hic locus hic acie certare solebant. iam postea & classita nauū dicta. **Nodus** proprie densa peditum multitudo. sicut equitum turmā. **Nodum** enim dicitur pro difficultate quia vix possit resolui. **Ale** in exercitu xxx. equites esse dicunt. **Ale** autem equites ab hoc dicti quia tegunt pedites alarum vice. **Cornua** dicuntur extremitas exercitus. quia intorta sit. **Agmen** dicitur quia in longitudie directum quale solet esse cum exercitus iter facit ab agendo vocatum id est eundo. plautus quo te agis & ipse est autem exercitus ambulantis. Nam agmen dicitur qđ in longitudine directum sit quale solet esse cum exercitus portis procedit. quicquid fuerit aliud abulue dicitur. **Milites** autē xpī illi esse dicuntur qui contra dyabolū pugnant. & contra vicia fortiter dimicant quibuscum consummauerunt & expleuerint agonē suam non merces terrena sed vita promittit eterna. Nam de talibus apostolus ad corinthios scripsit dicens. In carne enim ambulantes non secundum carnem militam. Nam arma milicie nostre non carnalia sed potētia deo ad destructionem. inimicorum cōsilia destruentes. & omnem altitudinem extollētem se aduersus scientiam dei. & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequiū xpī & in promptu habētes vlcersi omnem in obedientiam.

De Ciuibus.

Ca. iiii.

De imperis milicieq; vocabulis ex parte dictum est. Deinceps ciuū nomina summam subigimus. **Ciues** vocati qđ in vnum coeuntes iuant vt vita communis & ornatio fiat et tu

rior. **Ciues** autem mystice in bonam partem ponuntur vt est illud in apostolo. vos autem estis ciues sanctorum & domestici dei. Item in maliam partem quando ad babiloniam spiritalem hoc est in partem diaboli deputantur. **Domus** vnius familie habitaculum est sicut vrbis vnius populi. sicut orbis domicilium totius generis humani. est autem domus genū. Vnde in psalmo scriptum est. **Domus** israel benedicite dominum. domus aaron benedicite dominum. domus leui benedicite dominum. qui timetis dominum benedicite dominum. Postquam gentiliū simulacra derisit in tercio ingressu laudes dominicas sanctorum dicit ore celebrandas. sed in his duobus versibus per officia diuersa discurrens ammonet vt vero domino laus fidelium debeat personare. in israel omnis ponitur iustus qui diuina contemplacōne gratulatur. quos post ea numerat specialiter. In aaron enim sacerdotes. in leui reliqui ministri. ad postremū qui domino in qualibet probabili conuersacōe famulatur. sic omnis populus per diuersas partes deuotus dominū laudare precipitur. **Genus** a gignendo & prognerando dictū. aut a diffinitione certorum pregnatorum. nationes que propriis cognationib; terminate gētes appellantur. **Populus** humane multitudinis iuris consensu concordie communione sociatus. **Populus** autem in eo distat a plebibus quia populus vniuersi ciues sunt connumeratis senioribus. **Plebs** autem reliquum vulgū sine senioribus ciuitatis. **Populus** ergo tota ciuitas est. vulgus vero plebs est. plebs autē dicta a pluralitate. **Maiores** enim est numerū iuniorum qđ seniorum a potopolis id est ciuitas vel pluralitas. Vnde & populus dictus est. grece autem populus laos dicitur a lapidibus. **Vulgus** est passim inhabitans multitudo quasi quisq; quo vult. **Populi** autem nomen in scripturis sacris aut gentem iudeorum significat vnius dei cultu mancipatā & legis domini preceptis institutam. vel etiam xpianum populū qui magis deo deuotus esse dinoscitur. Vnde in psalmo scriptum est. **Sci** tote qđ dominus ipse est deus ipse fecit nos & non ipsi nos. nos autem populus eius & oues pascue eius. Nam quamuis natiuitatis nostre ministerium prebeat carnalis operacō tamen ille in hunc mundum nos probatur adducere. qui cuncta fecit ad existentiam peruenire. **Sequitur.** Nos autem populus eius & oues pascue eius. **Venit** ad populum fidem per comperacōnes pulcerimas. quid sit ostendens oues quia simplices sunt & ipse earum pastor est verus. pascue eius id est diu

narum scripturarum copiosa & dulcis epulatio
Ipsa sunt enim pascua quibus fidelis anima
 saginatur & ad future beatitudinis amena
 perducitur. **T**ribus dicuntur tanquam curie
 & congregaciones distincte populorum. & vo-
 cate tribus quod in principio romani trifarie fu-
 erunt a romulo dispersiti in senatoribus mi-
 litibus & plebibus que tamen tribus nunc mul-
 tiplicate nomen pristinum retinent. **T**ribus
 similiter mystice significant. aut duodecim
 tribus israheliticis generis aut conuenticula
 sanctorum in ecclesia. **N**am cum de iherusa-
 lem mystica propheta commemoraret addidit
 illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testi-
 monium israhel ad confitendum nomini tuo
 domine. **D**icendo illuc significat ciuitatem
 iherusalem quam superius dixit. cuius parti-
 cipacione eius in idipsum. & ut celestem esse
 cognosceres addidit ascenderunt ad quam
 beati semper ascendunt. quoniam iugi exer-
 citacione proficiunt. subiunxit tribus in qui-
 bus erat israheliticus populus distributus.
 sic enim illi genti ad numerum filiorum iacob
 duodecim tribus fuerunt sicut romano popu-
 lo xxxv. curie in istis ergo tribus signifi-
 cat sanctos qui dominum saluatorem esse de-
 um confessi sunt. **N**am ut ab infidelibus tri-
 bus istas fidelium segregaret addidit. tribus
 domini. que utique eius esse non poterant nisi
 ei pura mente credidissent. **A**lias enim tribus
 constat fuisse dyaboli que ex christo maluerunt
 impia voluntate separari quibus ipse in euan-
 gelio dixit. **V**os a patre dyabolo estis. verum
 quales essent iste tribus domini breuiter in-
 dicauerit testimonium israhel. id est qui te-
 stimonium prebeant sanctitati. **C**ensores apud
 veteres romanos erant. est enim nomen cen-
 soris dignitas iudicialis. censere enim iudica-
 re est. **I**tem censores sunt patrimoniorum iu-
 dices a censu eris appellati. iudices dicti quasi
 ius dicentes populo. siue quod iure disceptet
 iure enim disputare est iuste iudicare. non est
 autem iudex si in eo non est iusticia. **L**egun-
 tur enim in scripturis sacris. **I**niqui pro cen-
 soribus equitatis positi. **S**imiliter & iudices
 iniqui qui iniquitatem in iudicando magis se-
 cuti sunt quam equitatem. cuius rei exempla
 inueniuntur plurima. **S**enatus nomen etas
 dedit quod seniores essent. **A**lii a sinendo dic-
 tos accipiunt senatores. ipsi enim agendi fa-
 cultatem dabant. **S**enatusconsultus a consu-
 lendo & tractando est dictus. quod sic fit ut
 consulat & nocere non possit. **P**atres autem
 ut salustius dicit a cure similitudine vocati
 sunt. **N**am sicut patres filios. ita illi repu-
 blicam alebant. **P**atres conscripti. quia dum

romulus decem curias senatorum elegisset
 nomina eorum presenti populo in tabulas au-
 reas contulit atque inde patres conscripti voca-
 ti. **M**unicipes sunt in eodem municipio nati
 ab officio munerum dicti eorum publica munia
 accipiunt. **M**unia enim officia sunt. unde &
 immunes dicuntur qui nullum gerunt offi-
 cium municipales originales ciues & in loco
 officium gerentes. **L**egitur etiam in scriptu-
 ris. municipatus sanctorum esse in celis. quia
 ibi munera capiunt sempiterna. **P**riuati sunt
 extranei ab officiis publicis. est enim nomen
 magistratum habenti contrarium. & dicti
 priuati quod sunt ab officiis curie absoluti. **M**er-
 cenarii sunt qui seruiunt accepta mercede.
 idem & barones greco nomine quod sunt fortes
 in laboribus. **M**ercenarii mystice illos signi-
 ficant qui seruiunt domino non pro amore di-
 uino tantum sed pro temporali retributione.
 de quibus scriptum est in euangelio. **Q**ui
 fugus filius penitendo dixerit. quanti merce-
 narii in domo patris mei abundant panibus
 ego autem hic fame pereor. & alibi ipsa veri-
 tas ait. mercennarius & qui non est pastor
 cuius non sunt oues proprie videt lupum ve-
 nientem & dimittit oues & fugit. **P**ublicani
 appellantur conductores vectigalium fisci vel
 rerum publicarum quia vectigalia publica ex-
 igunt vel quia per negocia seculi lucra sectan-
 tur. unde & cognominati sunt. **H**ii etiam in
 euangelio cum peccatoribus simul leguntur
 venisse ad saluatorem. quia qui publica nego-
 cia in terrenis actibus exercent difficile pec-
 catorum sarcina carent. sed cum per peniten-
 tiam ad dominum veraciter conuertuntur.
 ex peccatoribus iusti fiunt. **V**illicus proprie
 ville gubernator est. unde & a villa villicus
 nomen accepit. interdum autem villicus non
 gubernationem ville sed dispensationem uni-
 uerse domus tullio interpretante significat
 quod est vniuersarum possessionum & villarum
 dispensatorem. **V**illicus ergo in euangelica
 parabola comparatur illi qui in terrenis ne-
 gociis se reum facit. sed per elemosinam se
 absolueret certat. **V**nde scriptum est quod vil-
 licus accusatus apud dominum suum quasi dis-
 sipasset bona ipsius per pecuniam dimissam
 conseruis suis prouidebat sibi in futurum **V**n-
 de ipse dominus explicita parabola discipulis
 suis ait. **F**acite vobis amicos de mammona
 iniquitatis. ut cum defeceritis recipiant vos
 in eterna tabernacula. **A**ctores idem & cura-
 tores ab agendo & curando vocati. **P**rocura-
 tores vero eorum vice curatoris fuguntur qua-
 si pro curatore sicut pro consul pro consule.
Mystice autem procuratores siue tutores et

actores possunt prophete accipi. quorum verbis quotidie in aduentu saluatoris erudiebamur. **V**nde apostolus sub exemplo ait. quanto tempore heres paruulus est. nihil differt a seruo cum sit dominus omnium sed sub tutoribus & actoribus est vsq; ad presinitum tempus a patre. **R**ecte hu sub tutoribus esse dicuntur. qui habentes spiritum timoris. nec dum meruerunt spiritum libertatis & adoptionis accipere. **E**tas enim infantie & peccata formidat. & pedagogum metuit. nec confidit esse se liberam. licet per naturam domina sit. & secundum vtrancq; intelligentiam quam tutores & actores et prophetas vel angelos diximus. paruulus iste tam diu sub actoribus est atq; tutoribus donec legitimum perfecti viri tempus impleuerit. **L**egittimū autem tempus est sicut romanis legibus xxv. annorum spacō terminatur ita ad humani generis perfectionem cristi reputatur aduentus statim vt ille venerit & omnes in virum perfectum creuerimus. pedagogus a nobis tutorq; discedunt. tunc auctoritate domini & hereditatis possessione perfruimur i qua prius nati quodammodo putabamur alieni. **C**oloni sunt cultores aduene dicti a cultura agri sunt enim aliunde venientes atq; alienum agrū locatum colentes ac debentes cōditionem genitāli solo ppter agriculturam sub dominio possessoris pro eo quod his locatus est fundus. **C**oloni autem quatuor modis dicuntur **N**am coloni aut romani sūt. aut coloni latini aut auxiliares coloni. aut coloni ruris priuati. **I**nquilini vocati quasi incolentes aliena. non enim habent propriam sedem sed in terra aliena inhabitant **D**iffert autē inter inquilinum & aduenam. **I**nquilini enim sunt qui emigrant & non perpetuo permanent. **A**duene autem vel incole aduenticii perhibent sed permanentes. & inde incole quia iam habitatores sunt ab incolendo. **A**duene enim sunt sancti qui de errore mundano translati ad sanctam ecclesiam transmigrant. de quibus propheta ait. **D**ominus custodit aduenā et pupillum id est qui de babilonia ciuitate dyaboli ad hierusalem ciuitatem domini saluatoris aduenerit. **H**unc custodit. si tamen in electorum habitatione permāserit. **I**ndigene sūt inde geniti & in eodem loco nati vbi inhabitant. **I**ncola autem non indigenam sed aduenam indicat. **P**eregrini eoz ignorantur eoz parentes a quibus orti existunt. sunt enim de longinqua regione. **L**egitur enim ita in psalmista. **N**e sis a me quoniam incola ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei. **I**ncola vero dicitur qui terram co-

lit ad tempus superueniens extraneus. non qui in patrie sue regione consistit. quod omni sancto euenit qui in diuina ciuitate recipitur. **O**mnes enim nos peccatum fecit extraneos et in nefaria tenuit regione captiuos sed quando nos misericordia eius suscepit. **I**ncole sumus. quoniam illuc aduenimus id est de babilonia ad hierusalem ipso attrahente trāsumponimur. **I**deo enim apud te vt non in dyaboli sed in domini ciuitate incolam eum fuisse sentires subiunxit & peregrinus quia incipit esse vbi non erat. **P**eregrinus enim dicitur quasi pergens longius. & vt generalem hanc cognosceres fuisse sententiam dicit. **S**icut omnes patres mei. **V**rbani vocantur qui rome habitant. qui vero inceteris opidant. **N**am sola vrbs roma. cetera opida. **F**amuli sunt ex propria familia seruorum exorti **S**erui autem vocabulum inde traxerunt quia hi qui iure belli possent occidi a victoribus conseruabantur. serui fiebant a seruando scilicet serui vocati. **S**eruus mystice cristus in abiectione carnis. sicut in esaja de eo dicitur **E**cce seruus meus suscipiam eum. **I**tem seruus doctor fidelis in ecclesia vt in euangelio legitur **Q**uis putas est fidelis seruus & prudens. & in aliam partem de prauo doctore vbi & supra. quod si dixerit ille seruus malus in corde suo. **S**eruus est homo peccator vt in salomone. **S**eruus verbis non corrigitur. quia qd dicit intelligit & respondere dedignatur. **I**tem serui sancti sūt vt in iobel. sed & super seruos & ancillas meas effundam de spiritu meo. **F**amuli autem siue serui & in bonam & in malam partem vt diximus accipi possunt quia serui dicuntur iusticie. serui peccati scriptura teste que ait. **C**ui quis seruit eius & seruus additus est. & apostolus. **L**iberati inquit a seruitute peccati serui facti estis iusticie. similiter & ancille. **A**ncille a sustentaculo vocate. ancon enim grece cubitus dicitur vnde & anconem dicimus. **A**ncille enim dei iuxta allegoriam anime sancte que prompta deuotione eius deseruiunt voluntati. **V**nde psalmista ait **E**cce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. **E**t sicut oculi ancille in manibus domine sue ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nobis **I**tem ancille apostoli propter carnis infirmitatem sicut pro dyabulo dicitur. & alligabis eum ancillis tuis. **R**ursum ancille anime peccatorum sunt. vt in nau. miles captiuus adductus est. & ancille eius minabant gementes. **P**auper cristus est sine populus fidelis vt in apostolo **P**ropter nos paup factus est cum esset diues. & in psalmo. **I**ste paup

clarauit & dominus exaudiuit eum. Pauperes sancti qui humiles spiritu sunt, vt in euangelio. **B**eati pauperes spiritu & in psalterio. **N**on spreuit neq; despexit preces pauperum. **A**lter pauperes diuites seculi huius virtutibus vacui vt est illud in apocalipsi **D**icis quia diues sum & ditatus, & nescis quia tu es pauper & mendicus. **I**nops populus gentium humilis, vt in psalterio. **S**uscitans a terra inopem, & alibi. **E**ripiens inopem de manu fortioris, hoc est de potestate dyaboli. **M**ancipium est quicquid manu capi aut subdi potest, vt homo, equus ouis. **H**ec enim animalia statim vt nata sunt, mancipium esse putantur. **N**am & ea que in bestiarum numero sunt, tunc videntur mancipium esse, quando capi siue domari ceperint. **I**ngenui dicti quia in genere habent libertatem non in facto sicut liberti, vnde & eos greci eugenos vocant quod sint boni generis. **L**ibertus autem vocatus quasi liberatus, erat enim prius iugo seruitutis adductus libertorum filii apud antiquos libertini appellabantur, quasi de libertis nati. **N**unc vero libertinus aut a liberto factus aut possessus. **L**iberti enim spiritualiter illi dicuntur, qui christiana libertate bene vtuntur. **V**nde apostolus ait. **Q**ui enim in domino vocatus est seruus libertus est domini. **S**imiliter qui liber vocatus est seruus est christi. **H**ic enim omnino seruus est qui imprudenter agit, sicut & veteribus placuit, qui omnes sapientes liberos appellauerunt, imprudentes autem omnes seruos. **V**nde salomon **S**eruo inquit sapienti liberi seruiunt. **H**ic ergo qui credit ac si seruus sit ad tempus quia rem facit prudenter vt credat in christum libertus sit domini. **S**i ergo peccata seruos faciunt sicut cham filius noe peccati & imprudentie causa factus est seruus. **C**um acceperit remissionem peccatorum libertus efficitur. **S**imiliter inquit qui liber vocatus est seruus est christi, profectus est ex libero seruum fieri christi, liber enim a deo quod maximum crimen est ideo amissa amara & contraria libertate seruilem conditionem sortitus est que prodesset, sicut dicit dominus. **T**ollite iugum meum super vos, quia suaue est, & onus meum leue est. **M**anumissus dicitur quasi manu emissus. **A**pud veteres enim quotiens manu mittebant alapa percussos circumagebant vnde & manumissi dicti eoq; manu mitterentur. **C**iuces romani postea dicti sub consulibus per testamenta in vrbe romana sunt effecti, dicti autem ciues romani quia testamento liberi effecti in numero romanorum ciuium rediguntur. **H**is primum aditus erat

in vrbe roma commorari. **C**eteris autem libertis prohibebatur ne vel in vrbe roma vel infra septimum ab vrbe miliarium commorerent, licet legamus paulum apostolum necessitate compulsus propter sedicionem exortam ciuem romanum se appellasse, multo gloriosius est quod se cum ceteris fidelibus ciuem celestis hierusalem nuncupauit, vnde ad ephesios scribens ait. **E**rgo iam non estis hospites & aduene sed estis ciues sanctorum & domestici dei super edificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, hoc est super nouum & vetus testamentum collocati, que enim apostoli predicauerunt, prophete futura dixerunt, hoc est non solum nos sed & celestes potestates pariter fieri habitaculum dei in spiritu sancto. **H**eredis nomen imposuit census eris, consoluit enim tributum actoris in hoc enim vocabulo prima successio est hereditatis & generis vt sunt filii vel nepotes. **P**roheres qui loco heredis fungitur, quasi pro herede. **E**st enim aut institutus aut substitutus. **H**eredes autem mystice sancti dei possunt intelligi, & qui celestis patrie possessores futuri sunt. **V**nde apostolus ad romanos scribens ait. **I**pse spiritus testimonium reddet spiritui nostro quod sumus filii dei. **S**i autem filii & heredes. **H**eredes quidem dei coheredes autem christi. **V**t ergo promptos ad obediendum deo patri faceret hac spe exhortatur, dicens, dei nos futuros heredes, coheredes autem christi, vt quia magna spes premii est tantomagis in dei rebus propensiores essemus postponentes curam mundanorum quid sit autem coheredem esse filii dei ab apostolo iohanne docemur, inter cetera enim ait **S**cimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus.

ExPLICIT LIBER SEDECIMUS.

Incipiunt capitula libri xvii.

De Pulueribus & glebis terre.	Ca. i.
De Gleuis & aquis.	ii.
De Lapidibus vulgaribus.	iii.
De Lapidibus insignioribus.	iiii.
De Marmoribus.	v.
De Ebore.	vi.
De Gemmis.	vii.
De Margaritis.	viii.
De Cristallis.	ix.
De Vitro.	x.
De Metallis.	xi.
De Auro.	xii.
De Argento.	xiii.
De Ere.	xiiii.
De Electro.	xv.
De Stagno.	xvi.
De Plumbo.	xvii.
De Ferro.	xviii.

Incipit liber xvii de puluere & glebis terre.

Puluis dictus quod viuenti pellatur: tollitur enī eius flatu nec resistit nec stare nouit sicut ait ppheta. tāquam puluis quē proicit uent⁹ a facie terre. Lim⁹ uocatus quod leuis sit. Cenū est vorago luti Cinis ex incendio dicit. Ab eo enī fit fauilla quod p ignē effecta sit: nā fos ignis ē. Gleba quod sit glob⁹ pulueris enī collectione opinigitur & i vno glomere adunat: terra autem ligata gleba est. soluta puluis. lutum uocatu quidā per antifrasin putant quod nō sit lotū hoc est mundū. Nam omne lutū inmundū est Volutabra appellata qđ ibi porci uolūtetur Vligo sordes limi vñ aque limose sūt. Puluis significat corrupcionem humane nature vel leuitatē humane mentis. vt est illud in psalms quod de peccatore scriptū est: & erit tāquam puluis quē picit uentus a facie terre. Puluis enim vt supra diximus. est resolutio terre: & homo terrenus quādo inflat seductorio vōto supbie de soliditate terre viuēciū quasi puluis abicit. quia sua leuitate ad firmamentū mandatorum se tenere non potuit Limus aut terrenā materiam humani corpis significat vt ē illud: formauit ergo hominē dominus de limo terre & inspirauit in faciē eius spiraculū uite & factus est homo in animam uiuentem: cum ei substāciam anime ac spiritus i qua uiueret creauit. Aliter limus cenū & sordes exprimit uiciorum in quibus polluit homo. similiter & lutū duplicem significacōem habet: hoc est carnis humane: & pollutionē uicioz. Vnde dominus legitur in euangelio lutum ex sputofecisse & ceci nati oculos apuisse expuit enī in terrā & fecit de salua lutum quia verbū caro factum fide in carnacionis eius imbuit gen⁹ humanū quod cecū erat a natiuitate hoc est ab origine prima hominis: & sic ad piscinam siloe hoc ē ad baptismi sacramentū illud misit: e contrario uero lutū ponitur quando sordes significat uicioz. Vnde est illud pet quod de peccatoribus ait. contigit enī eis illud ueri puerbium canis reuerfus ad suū vomitū. & sullota i uolutabro luti. Argilla ab argis uocata apđ qđ primum ex ea uasa confecta sūt: & significat sanctā scripturam: vnde legit i libro regum quod omnia uasa que fecit hiram salomoni i domo dñi de auricalco erant i regione iordanis uidit ea rex in argillos a terra: Apte i regione iordanis fusa sūt uasa domus domini i quo uidelicet flumine dominus noster baptizari dignatus est & tinctus aquaz vndis nob elementū aquarum in ablucionē peccatorum

conuertit. Argillosa autē terra de qua facta sūt forme ad fundenda uasa domini que meli⁹ quā scriptura sacra de qua regulam bene uiuendi accipimus ualet intellegi. quasi enī argilla ignibus durata formā uasis dñi quāra & qualia fieri debeant exhibet cum nobis scripturā regulam iusticie quā sequamur ostendit. sanctorūq; nobis exempla qui in igne tribulacionū inuincibiles pseuerarunt i omnibus sequentia premonstrat. Creta ab insula creta ubi melior ē nomē traxit creta imolua cādida est: Acunea italie insula dicta qđ altera uestimentoz p̄ciosos colores emolliet cōtristatus sulphure quodam nitore exilarat altera gemmis iutorem prestat. Creta argē taria & ipsa cādida appellata eo quod nitore argēto reddat. Terra samia a samo insula dicta glutinosa & candida & lingue lenis medicamētis & uasculis necessaria. Sulphur uocatu quia igne accendit vt enim ignis est nā uis ex aquis feruentibus sentit. neq; alia res facilius accendit nascitur i insulis eolus iñ siciliam & italiam quas ardere dicunt. Inuenitur & in aliis locis effossum. huius genera quatuor: vnum quod fodiē translucetq; & uiret quo solo ex oib; generibus medici vtuntē alterum quod appellant gletā: vsibus tantū fullonum familiare. terciū liquor ē vsus eius ad lanas sulfundas quo candorē molliciemq; prestat. Quartū ad licinia maxime oficiēda aptū. Sulfuris tanta uis est vt morbos comitiales deprehendat nitore suo inpositus ignibus ardescens in calice uini prunaq; subdita circūferens exardeus centibus repulso pallorem dirū uelut defunctorū effundit. quid in sulphure nisi fetor carnis: & quid p ignem nisi ardor desiderii carnalis exprimit: cū ergo habitantium sodomis uel gomorra carnis celera punire dominus decreuisset: in ipsa q̄ litate vltionis innotuit maculā crimiuus: sulphur quippe fetorē habet ignis ardorē qui itaq; ad uersa desideria ex carnis fetore arserant. dignū fuit vt sil sulphure perirēt & igne: q̄ten⁹ ex iusta pena discerēt ex iniusto desiderio quid fecissent.

De glebis & aquis

Bitumē i iudee lacu assaltide emergit cuius glebas supnatantes nauē scāfis appropinquantes colligunt. In syria aut limus est passim a terra estuas: spissatura aut vtraq; & densitate coeunt & vtraq; greci spissa assalton appellant: natura ei⁹ ardens & ignū cognata. & neq; aqua nec ferro rūpitur: nisi solis mulieribus inquinamentis uilis ad cōpages nauium. Mystice aut bitumen quod est feruentissimū & uolentissimū

glutē significat dilectionis ardorē vi magna fortitudinis ad tenēdā societate spiritalē oīa tolerantē vnde de arce structura quā dño iubente edificauit noe ita legit̄ ī libro genesi . fac tibi arcā de lignis leuigatis māssinculas in arca facies & bitumine linies eam intrinsecus & extrinsecus & sic facies eam. Arcam instruxit noe de lignis non putrescendibz & ecclesia cōstruit̄ a xpo ex hominibz uicturis in eternū. **A**rcam enim eccliam demonstrabat que natat ī fluctibus mundi huius quod aut eadem arca de lignis quadratis fieri iubet̄ vndiqz stabilem vitam sanctoz significat. ad omne opus bonum paratā quacūqz enī verte ris quadratū firmiter stabit. quod bitumine glutinantē arce ligna intrinsecus & extrinsecus vt ī cōpagie vnitatis significat̄ tolerantia caritatis ne scādalis ecclesiā tēptantibus siue ab his qui intus sunt siue ab his qui foris sūt cedat fraterna iunetura & soluatur vinculū pacis. **A**lumē vocatum a lumine quod lumen coloribus prestat tingendis: ē autē salugo tre efficiēqz hieme ex aqua et limo & estiuis solibus maturatur. huius species due sūt liq dum & spissum. **S**al quidā dictū putat̄ quod ī igne exiliat: fugit enī ignem dum sit igneū sed naturā sequitur quia ignis & aqua semp inter se inimica sunt. **A**lii sal a salo & sole vocatū existimant nā aquis maris spōte gigniē spuma in extremis litoribus vel scopulis de relictā & sole decocta sūt & lacus & flumina & putei e quibus hauriē de hinc ī salinis īgestus sole siccatur. sed & flumina densant̄ ī salem: amne reliquo sub gelu fluente. **A**libi quoqz detractis harenis colligiē crescens cū lune noctibus. **N**am in cirenea ammoniacus sub harenis inueniē: sūt & mōtes natiui salis in quibus ferro cediē vt lapis renascēs mai9 tāti alieubi duricie vt muros domusqz massis salis faciant sic ī arabia. In natura quoqz salis differentie sūt. Nā alibi suavis: alibi salissimus: cōmune sal in igne crepitat: tragaseum nec crepitat ī igne nec exilit. **A**grigentīnū sicilie flammis patiens in aqua exilit in igne fluet. **S**al mystice significat condimētum sapientie: vnde dñs ad apostolos ī euāgelio ait **V**os estis sal terre: quod si sal euauerit in q salietur: ad nichilū valet ultra nisi vt mittat̄ foras & cōculcet̄ ab hominibus. **S**ic appellantur apli qz per ipsos vniuersū hominum cōditur genus terre enī nomine. humana natura significat̄. In salis vero verbi sapientia: quod aut aplōs suos celesti ac diuina sapientia plenos sal terre: saluator nominat ostēdit fatuos esse indicandos qui terrena tātum sapiunt qz temporalū bonorū velut copiam sec

tantēs vlt̄ inopiam metuentes amittūt etna que nec dari possunt ab hominibz nec auferri. **N**otandū aut̄ quod salis natura ī secūditatem terre facit. vnde & in psalmo scriptū ē: posuit terram fructiferā in saluginem: & qsdam vrbes legim9 ira victorū sale seminatās vt nullū ī eis germē oriretur. **A**llegorie aut̄ hoc & cōuenit doctrine aplice vt destructis aduersarioz municionibus & peccati regno deiecto. sale sapientie compescat ultra ī carnis humane terre sc̄li luxum atqz feditatem germinare viciorū. **I**tem quia sal ad cōdiendos cibos carnesqz siccandas aptū est. rite demonstrat quod per p̄dicacōem euāgelium flux9 restrigitur voluptatū: & humana natura exclusis vermibz & putredine peccatoz. **I**llē seruatur suo cōditori p̄ eius custodiā mādatorum. **B**onū quippe est dei verbū audire frequentius. sale sapientie spiritalis cordis archana cōdiri immo ipsū cum aplis sal terre fieri id ē eorū quoqz qui adhuc terrena sapiūt: imbuendis mentibus sufficere. **A**t si quis semel cōdimēto veritatis inluminatus ad apostasiā redierit quo alio doctore corrigiē qui eā qz ipse gustauit sapientie dulcedinem vlt̄ aduersis sc̄li perterritus vlt̄ inlecebris illectus abiecit. **S**icut ergo sal ī fatuatū cum ad cōdiendos cibos carnesque siccandas valere desierit nullo iam vsui aptum erit neque enim vt alius testatur euāgelista in terram vtilē est cuius iniectu germinare prohibetur: neqz ī sterquiliniū agriculture profuturum quod uiuacibus licet glebis inmixtū nō fetare semina frugum sed extinguere naturalit̄ solet. **S**ic hominis qui post agnitionem veritatis retro redierit. **N**eqz ipse fructum boni operis ferre. neqz alios excolere valet sed foras mittendus hoc est ab ecclie est vnitata sc̄ cernendus vt iuxta aliā parabolā irridentes eum inimici dicāt. **Q**uia hic homo cepit edificare. & nō potuit consummare. **N**itrū a loco sūpsit vocabulū nascitur enim ī oppido vlt̄ regione egypti vita ex quo & medicine fiunt & sordes corporū vestiūqz lauātur. **H**ui9 natura nō multum a sale distat. **H**abet enī virtutem salis & similiter oriē canescentibus siccitate litoribz. **N**am sicut salem ī littore maris feruor cōficit solis durādo ī petrā aquas marinas qz maior vis ventoz vlt̄ ipsius maris feruor ī litora vlt̄teriora p̄cecerit: ita ī nitrū vbi estate pluuie prolixiores tellurem infundunt aderit ardor si deris tantus qz ipsas aqz pluinales per latitudinem harenarū decoquat in petrā salī quidē vlt̄ glaciei aspectu simillimum. s̄ nil gelidi rigoris nil salis saporis habentem que tamē iuxta naturā salis ī cauma

te durare aut innubilo aere fluere ac lique fieri solet. **H**anc in igne sumentes servant & ubi opus extiterit pro lomento vtunt. **V**n iudee peccati dicit pphta. si laueris te nitro & multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua dicit dominus deus. **C**repat aut in aqua quomodo calx uiua: & in aqua quidem dispat: sed aqua lauati habile reddit. **C**uius natura cui sit apta figure cernens salomon ait. **A**cetum in nitro & qui catat carmina corde pessimo. **A**cetum quippe si mittat in nitrum feruescit nitrum protinus & ebullit & pueris mens quando per increpatione corripit: de correptione fit deterior & inde in murmuracionis iniquitate succeditur. vnde debuit ab iniquitate copesci. **Q**uod aut de prophetica sententia supra comemorauit ubi scriptum est. si laueris te nitro & multiplicaueris tibi herbam borith & reliqua. pro herba borith septuaginta trastulerunt vt significaret herbam fullonum que iuxta ritum prouincie palestine in virentibus & humectis nascitur locis & ad lauandas sordes eadem vim habet quam & nitrum. **N**itrum aut nostrum & herba fullonis penitencia est: ecclesiasticus quoque sermo qui arguit & increpat & corripit delinquentem moderacionis nitri habet similitudinem. qui vero leui peccatorum sordemaculatus est leuioribus purgat monitis porro peccata graua que ad mortem trabunt nec nitro nec herba borith dilui possunt sed grauioribus tormetis indigent. **V**nus cuiusque enim opus quale sit ignis probabit & igne reuelabit. pulchreque addidit maculata es in iniquitate tua in conspectu meo quod etiam si hominibus munda uidearis mihi munda non es qui noui conscientias singulorum.

Affronitum grece. latine spuma nitri est: de quo quidem ait. Rusticus es nescis quid grece nomine dicat. spuma vocor nitri: grece es a fronto: colligit in asia in speluncis distillas de hinc siccat sole optimu putat si minime fuerit poderosum. & maxime fricabile. colore pene purpureo.

De lapidibus vulgaribus.

Lapides terra tanquam densior etiam uulgo discernunt. lapis aut dictus est ledat pedem: lapis mollis est & sparsus. saxa heret & a montibus exciduntur. **P**etra grece est. **S**ilex est durus lapis eo quod exiliat ignis ab eo dicitur scopulus a saxo eminenti quasi ab speculando dicitur siue a tegimento nauium apoto. **L**apis uel petra multiplex significacione habet. **A**liquando enim significat cristum propter firmitatem fidei atque soliditatem veritatis vt est illud in psalmo. lapide

quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in capud anguli a domino factum est & est mirabile in oculis nostris & apostoli bibebat iquit de spiritu uel sequenti eos petra: petra autem erat christus. **A**liquando uero lapidis nomine significatur apostoli aut sancti uiri: siue ipsa opera uirtutum: unde scriptum est in apocalypsi fundamenta muri ciuitatis omnia lapide precioso ornata. & in psalmo de sanctis scriptum est beneplacitum habuerunt serui tui lapides eius & terre eius miserentur: & alibi lapides inquit sancti uolunt super terram. **I**tem lapides aliquando significat ordinem prepositoꝝ in ecclesia de quibus iheremias dispersi sunt inquit lapides sanctuarum in capite omnium platearum idem in latorum spacio: arumque uiarum que ducunt ad perditionem. **A**liquando populum iudeorum de quibus in propheta dicit. tollite lapides de via & redigite in aceros: similiter autem lapides significat duriciam cordis gentilium de quibus dominus ait. **P**otens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe: significat autem & petrosa terra sterilitatem cordium reproborum unde in euangelio scriptum est quod semine illud quod in terram petrosam cecidit radicem non haberet: quia reproborum corda oportunum fructum afferre non possunt: eo quod ad tempus credunt & in tempore temptacionis a statu iusticie recedunt. **I**tem de duricia diaboli in libro iob scriptum est. cor eius indurabitur tanquam lapis quia nulla unquam conuersionis penitencia mollitur. **G**ypsus cognatus calci est & e grecum nomen. plura eius genera: omnium autem optimum de lapide speculari. **C**alx uiua dicta quia dum sit tractu frigida intus occultum continet ignem. natura eius mirum aliquid facit: postquam enim arserit aquis incenditur quibus solet ignis extinguatur oleo extinguatur quo solet ignis incendi uel usus eius structuras fabricis necessarius. **N**am lapis lapidi non potest adherere forci nisi ad calce conuictus. calx e lapide albo & duro melior: quod significare potest glutinum caritatis quo copulatur inuicem electi pertinentes ad spiritale edificium de quibus cadore uirtutum nitent. & pulchritudinem bonorum operum in se ostendunt. **A**rena ab ariditate dicta non ab adherendo in fabricis ut quidam uolunt. **H**uius probacio est si manu impressa stridet aut si in ueste candida sparsa nihil sordis relinquat. **A**rena autem mystice significat instabilitatem hominum terrenorum uel infertilitatem iudaici populi qui terrenis concupiscentiis ibiantes spiritales fructus gignere neglexerunt: de quibus scriptum est: dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur. & in euangelio legitur uix sapientem

edificare domū suam super petram: stultum vero super arenā ponere fundamētum quod apł's paulus architectus posuit. vnus est dñs noster ihesus xp̄s. super hoc fundamentum stabile & firmum & per se robusta mole fundatum edificatur cristi ecclesia: super arenam vero que fluida ē & coaugmētari non potest nec ī vnā copulā redēgi omnis hereticorū sermo est qui ad hoc edificat vt corruat.

De lapidibus insignioribus.

Magnes lapis indicus ab inuētoꝝre vocatus. Fuit autē ī india primū reptus grauis crepedarum baculūq; cuspide herens cum armēta idē magnes pasceret. postea passim inuentus. est autem colore ferrugineus sed probatur cum ferro adiunctus. eius fecerit raptum: nam a deo apprehendit ferrum vt catenā faciat anulorum. vnde & eum vulgus ferrū viuū appellat. Galates lapis primū inuentus est ī sicilia galatis fluminis fluore reiectus. vnde & nominat licet in brittānia sit plurimus. est autē niger. planus leuis. sed ardens igni admotus fictilia ex eo scripta non delent: incensus serpentis fugat demoniacos prodit virginitatem deprehēdit mirūq; ī modum accēditur aqua oleo extinguitur. Abestō archadie lapis ferri coloris ab igne nomen sortitus eo quod accensus semel nūquā extinguat: de quo lapide mechana cū aliquid ars humana molita est quo gentiles capti sacrilegio mirarentur: deniq; ī templo quodam fuisse feneris fanū ibiq; cadelabrū & ī eo lucernam sub diuo sic ardentem vt eā nulla tempestas: nullus imber extingueret. Selinitis qui latine lunaris interpretat: eo qđ interiorē eius cādorem cum luna crescere atq; deficere aiunt. gignit in perfide.

De marmoribus.

Marmor sermone greco a viriditate vocatus. & quāuis postea & alii colores inueniātur: nomē tātum pristinū a viriditate retinuerūt. Marmorum coloris & genera innumerabilia sūt. non tamē oīa e rupib; excidūtur. sed multa sub terra sparsa sūt & preciosissimi generis sicut lacedemoniū viridiorē cūctis repertū prius apud lacedemonios. vñ & vocabulū traxit: Parius cādoris eximii ligdinis cognomēto. Hic apud paron insulam nascitur: vnde & parius nuncupatur: magnitudo eius qua lances non crateraq; non excedat vnguentis & ipse aptus Parius enī marmor caloris cādidi est. & significat mūdiciā electoꝝ. Vnde ī templo salomonis ex ip̄o lapide legitur: parietes templi edificatos esse. qđ significat ex munda sanctorū uita & cōuersacōe probatis sumasāctam

ecclesiam edificatā esse. Alabastrū lapis cādidius inter distinctus variis coloribus: ex quo euāgelici illius vnguēti vasculū fuit. Cauāt enī hūc ad vasa vnguentaria quoniā optime seruare ea incorrupta dicit. nascit̄ circa thebas egyptias & damascum sirie. ceteris cādidiō: probatissimus vero ī india. Alabastrum mystice potest significare sanctam scripturā que cōtinet vnguentū preciosū hoc est scientiam spiritalē que odore suo totū mundū replet. Vnde legitur ī euāgelio mulier habens alabastrū vnguēti preciosi effudisse ipsū vnguentū super capud ihesu recubētis. quod significat ecclesiam diuinitatē cristi predicare ī toto mundo. Vixit & ipsa mulier pedes dñi ex eodem vnguēto. quia illa eius naturā quā terrā cōtingere hoc est inter homines cōuersari dignatus est pia predicacōe cōmedat ac deuotis veneratur obsequiis.

De e bore.

Ebur a varro id est elefanto dictum: oratius. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris? significat autem ebur pudicie cōtinentiam. vnde scriptū est in psalmo de ecclia: myrra & gūtta & casia a vestimentis tuis a domibus eburneis & cetera. Dixit enī ppheta vnde veniat sponse gloriosissima pulchritudo que ad dñi dextrā locata consistit id est a domibus eburneis. qđ significat ornāmēta palacioꝝq; copioso ebore vestiunt. sed ebur non ad solas diuicias itel ligamus aptatum: sed quoniā elephās cuius hec ossa sūt nimie castitatis asserit. qui inter quadrupedia & sensu plurimū valet & tēperanter miscet femine sue. & cōiuge secunda non vtitur. hoc pudicis feminis decent aptatum est: quia ille in domibus eburneis mansisse noscatur que per castitatem xp̄i domini precepta secute sūt. Hanc enim translacōem probauerūt doctissimi patres augustin; atq; iheronimus.

De gemmis.

Dist marmorū genera gemme secuntur que multum auri decorem tribunt venustate colorū. Genera gemmarū innumerabilia esse tradūtur e quib; nos ea tantū que principalia sunt siue notissima annotabim;. Gemme vocate quod instar gummi translucenat: preciosi lapides ideo dicti sūt quia care valēt siue vt a uilib; discerni possunt seu quod rari sint: omne enī quod rariū ē magnum & preciosū vocatur. sicut & in samuelis volumine legitur. & sermo dñi preciosus erat ī isrl hoc est rarus. Lapidēs preciosi intelliguntur sancti apostoli & omnes sancti de quib; ī apocalipsi ciuitas regis

31

magni constituitur. Item in ezechiele leguntur nouem nomina lapidum preciosorum. in quibus nouem ordines angelorum exprimentur. Vnde per prophetam contra diabolum dicitur. Omnis lapis preciosus operimentum tuum. sardius. topazius. iaspis. chrisolitus. onix. berillus. saphirus carbunculus. & smaragdus. Et per pauca in medio lapidum ignitorum. ambulasti perfectus decore a die condictionis tue. Preciosissimi autem lapides in exodo numerantur. hoc est in rationabili pontificis positi & in apocalypsi in constructione spiritualis ciuitatis. Nam in exodo ita scriptum est in primo versu. erit lapis sardius. topazius & smaragdus. In secundo carbunculus. saphirus & iaspis. In tercio lygurius achates. & amethystus. In quarto chrisolitus. onix & berillus. In apocalypsi quoque ita legitur. Fundamentum muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Fundamentum primum iaspis. secundus saphirus. tercius calcedonius. Quartus smaragdus. Quintus onix. Sextus sardonius. Septimus chrisolitus. Octauus berillus. Nonus topazius. Decimus chrisoprassus. Undecimus iacinthus. Duodecimus amethystus. Et duodecim porte duodecim margarite sunt per singula & singule porte erant ex singulis margaritis. Variorum nominum lapidum vel species virtutum vel odor vel diuersitas indicatur. quibus tota iherusalem celestis exstruitur. Difficile est enim singulos cunctis florere virtutibus. Denique esaias cum eiusdem ornatum describeret ciuitatis dicens. ecce ego sternam per ordinem lapides tuos & fundabo te in saphiris & reliqua. statim subiicit. Vniuersos filios tuos doctos a domino. Fundamentum inquit primum iaspis. Iaspis multa sunt genera. Alius enim viridis coloris & tinctus quasi floribus apparet. Alius smaragdi habens similitudinem sed crassi coloris quo omnia fantasmata fugari autumat. Alius niuei & spume marmorum fluctuum quasi mixto cruore obrutus. Per iaspidem ergo fidei uiror imarescribibilis indicatur. que dominice passionis sacramento per unam baptismatis inuit atque ad omnes spiritualium gratiarum flores proficientibus meritis instruit. Hanc enim qui habuit vanos timores fugat. monente beato petro apostolo. Aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. cui resistite fortes in fide. & potest cum sponsa dicere dilectus meus candidus. & rubicundus. Vnde merito ex hoc lapide in apocalypsi structura muri & apud esaiam propugnacula eiusdem ciuitatis munitur pariter & ornatur. Duo autem lapides id est iaspis & sardius duorum iudiciorum dei primum per aquam diluuii: secundum

per ignem figuram habere dicuntur. Vnde legitur in apocalypsi qui sedebat super thronum similis erat lapidi iaspidi & sardini. Item iaspis testimonia scripturarum significat. ut est illud in esaiam. Iaspide propugnacula tua. Secundus saphirus. Huius lapidis colorem pariter & sacramentum moyses exposuit: cum dei habitum describens diceret. sub pedibus eius quasi lapidis opus saphiri. & quasi celum cum serenum est. Ezechiel quoque dicit quod locus in quo thronus dei sit saphiri habeat similitudinem. & gloria domini in colore consistat. Qui portat imaginem super celestem ut qui talis est cum apostolo possit dicere. Nostra autem uersacio in celis est: qui radiis percussus solis fulgorem ardentem ex se emittit. quia celestibus semper intentus sanctorum animus diuini luminis cotidie radiis inuouatus. compunctior quodammodo atque ardentior eterna perquirat: aliusque in querenda persuadet. Nam quod in rubro mari reperiri dicitur. significat per domini passionem & sacri baptismatis lauacrum. mentes mortalium ad presumenda celestia sublimiter erigi. Tercius calcedonius. Calcedonius quasi ignis lucerne pallentis specie renitet. & habet fulgorem sub diuo non in domo: quo demonstrantur hi qui celesti desiderio subnixi hominibus tantum latent. & quasi in abscondito rei uniuersum elemosinam precesque suas agunt. sed cum doctrine vel aliis sanctorum uisibus inseruituti ad publicum procedere iubentur mox quid fulgoris intus gesserint ostendunt. Nam quod sculpturis resistere. radiis autem solis vel digitorum attrita si excandeat paleas ad se rapere dicitur. Talibus merito congruit quod in nullo suam fortitudinem uinci permittentes ipsi potius fragiliores quosque in sui luminis ardorisque iura coniungunt. De quorum uno dicitur. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ardens uidei amore. lucens sermone: lumen enim uirtutum suarum interne caritatis oleo ne deficiat semper renouant. Et quod apud nasamonas que est ethiopiæ pronincia nascitur indicat eos sub ardente feruore dilectionis. fama tantum obscura quasi uigrae cute sordere. Quartus smaragdus. smaragdus nimie uiriditatis est. adeo ut herbas uirentes frondesque geminas etiam super omnes inficiens circa se uiriditate repercussum aerem. Qui mero & uiridi proficit oleo. quauis natura imbuet. Cuius genera plurima. sed nobiliores scythici secundum locum tenent bactriani. Tercium egyptii. Significat animas fide semper uirentes. que quod magis aduersitate scilicet que figuram scythie designat attemptant eo amplius hereditatem in marcescibilem & eternam conseruatam in celis. & mente concipere sperando & in proximos

fatagūt spargere predicādo. **Que** etiā calice dominice passionis & interne pinguedine caritatis que p̄ spiritum sanctū dat̄. ad cōtemp tum mūdi proficiūt. **His** ei⁹dem quoq; lapidis patria tellus pulcherrima ratione cōgruit. **Tellus** locuples sed inhabitabilis. Nam cum auro & gemmis affluat. **Griphes** tenent vni uersa alites ferocissime v̄l potius fere volantes. **Sūt** enī quadrupedes. & corpore quidē leonib; capite vero & alis aquilis simillime. **Arimaspi** cū his dimicāt qui vno oculo ī frōte media ferūtur. insignes vt accipiant hos lapides mira cupiditate. & feris capientib; & arimaspiis custodientibus. **Hanc** enī terrā virtutū thesauris abūdantem audierat psalmista cum dicebat. **Ecce** elongaui fugiens & māsī ī solitudine. id ē a mūdi illecebris animos elongando subtraxi. **In** hac contrarias sibi bestias offenderat cū increpās ait. muta efficiant̄ labia dolosa que locuntur aduersus iustum iniquitatem īsupbia & contemptu. **In** hac quoq; gazas desiderabiles inuenire se maifestabat cū admiracōe delectabili secut⁹ adiūgere dicēs. **Quā** magna multitudo dulcedinis tue dñe: quā abscondisti timentibus te. & cetera vsq; ad finem psalmi. **Conē** hui⁹ modi alites semē diuini verbi nobis precipē anhelātes quicq; sanctorū inuigilāt. simplici per celeste desiderū ītencōe quasi vno oculo admirādī vt gemmā fidei ceterarūq; virtutum īuestigare & effodere queāt. **Quo** enim queq; virt⁹ celsior est. eo pauciores habet cultores grauiorēq; ab imundis spiritib; persecōez tollerāt qui velut griphes horrendi meritoꝝ deiectione terrestres. sed superbia mentis altitudine volucres diuicias spirituales nō sibi ad vsū possidere s; hoib; auferr. id īfesso labore decetant. **Et** quā tāta fidei sublimitas per euangeliū mūdo innotuit. apte propter quatuor euāgelii libros quarto loco smaragdus ponit̄. **Quint⁹** sardonix. **Hic** ex onice cādorem. ex sardio rubrorē trabens: ab vtraq; sardonici nomen accepit sunt enim eius generā plurima. **Alius** enim terre rubre similitudinem tenet. **Alius** quasi per humanam vnguē sanguis eniteat bicolor apparet. **Ali⁹** tribus coloribus subterius nigro medio candido superius niueo cōsistit. **Cui** cōparātur homines corpis passioni rubicūdi. spirit⁹ puritate cādidi. sed mentis sibi met humilitate dispecti cū apostolo p̄testātes. & si exterior homo noster corrūpitur. sed tamen interior renouatur de die ī diē. & iterū. **Nihil** mihi consti⁹ sū. sed non ī hoc iustificatus sū. **Itēq;** psalmista. **Quāquam** ī imagine dei homo ambulat. id ē de virtute mentis: tamē vane cō

turbabit̄. id ē de infirmitate carnis. **Que** q̄ni am passio ī corpis infirmitate versat̄: qui enī occidūt corpus animā aut nō possunt occidē & humilitas de eiusdem corporis fragilitate descendit cū dicit̄. infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹. **Recte** sardonix quinto fundamēto inserit̄. **Nam** corp⁹ nostrū quicq; sensibus subsistere certum est. **Sextus** sardius qui ex integro sanguinei coloris est. martirū gloriā significat: de qua dicitur. **Preciosa** ī conspectu dñi mors sanctorum eius: merito sexto loco positus cū dñs noster & sexta etate seculi incarnatus. & sexta feria sit pro totius mūdi salute crucifix⁹. **Septimus** crisolitus. **Crisolitus** lapis quasi aurum fulget. scintillas habens ardentes. **Cui⁹** specie figurant̄ hi q; intellectu supne vereq; sapientie fulgentes verba exhortacōis ī pximos v̄l etiā virtutū signa quasi scintillas ignis effundūt. **Quoz;** & arator ait. **Mentib;** instat amor. sermonibus estuat ardor. **Quod** quia solo spiritualis gracie munere geritur de centissime septimo fundamēto crisolitus ī septiformi enī sepe numero solet spirit⁹ sancti grā figurari. **De** quo supra dicit̄. & a septem spiritibus qui ī conspectu throni eius sūt. **Cui** sensui consonat etiam hoc quod ei⁹dem lapidis gen⁹ quoddā cerulei viridat̄isq; coloris inuenit̄. **Vnde** & apud hebreos a marini coloris similitudine tharsis appellatur. **Viror** quippe ad itegritatē fidei quo iniciū sapientie dicit̄. aqua vero tropice ad spiritū sanctum pertinet dño antestāte qui ait. **Qui** credit ī me flumina de vētre ei⁹ fluēt aque viue. **Hoc** aut̄ dicebat de spiritu quē accepturi erāt credentes ī eum. **Octau⁹** berillus. **Berillus** est quasi consideres aquam solis fulgore percussam rubicundū ac decorū reddere colorem. sed nō fulget nisi ī sex angulā formam poliēdo figuret. **Repercussu** enim anguloꝝ splēdor illius acuit̄. **Significat** aut̄ homines quidē ī genio sagaces. s; amplius superne gracie lumine refulgēt. **Nam** quod aqua sensus altitudinem designet. salomō testis est qui ait. **Aqua** profunda verba ex ore uiri. sed non est perfecti fulgoris v̄l humana vel etiam diuina sapientia nisi operum quoq; consumacōe subuertatur. **Nam** senario sepe numero perfectō designatur actionis. maxime cum ī hoc numero mundi huius sit opus consumatum. **Quodq;** tenentis manū adure re dicitur proculdubio patet quia quisquis sancto viro coniungitur eius nimirum bone conuersacōis igne recreatur. **Nonus** topazius. **Topazius** lapis quantū inuencōe rarus: tantum mercium quantitate preciosus est. qui

duos fert habere colores unū auri purissimi & alterum etherea claritate relucentē pinguedo rosea verecūdaq; puritas vicin⁹ lapidi crisoprasso magnitudine vlt colore qa maxime lāpat. cum solis splendore percutiē omnium gēmarum supans preciosissimas claritates. i aspectum suū singularit̄ prouocās oculorum cupidissimā voluptatē. **Quem** si polire velis obscuras. sinature proprie relinquo irradiat. **Hic** regib⁹ ipis fert esse mirabilis vt iter diuicias suas nihil se simile possidere cognoscant. **Cui⁹** pulcherrima nature qualitas cōtemplatiue vite decori dignissime cōpatatur. **Hanc** enī reges sancti quozq; cor est in manu dei cūctis honorum operū diuiciis vniuersiq; virtutū gemmis merito preferit in eā maxime pure sue mētis intuitū aerēq; dirigentes tāto ardēcius celestis vite dulcedinem animo cōplectentes. quanto frequēcius superne grē fuerūt splendore percussi. **Habent** ergo sancti viri aureū colorē ex flāmma intni caritatis habēt etheriū ex supne contēplacione dulcedinis. qui sepe presentis seculi turbine velut attritus vilescit. **Nō** enī facile potest animus vno eodemq; momento terrenis laboribus erumnis curisq; & doloribus agi. & illa celestis vite gaudia trāquille mentis statu delectatus intueri. **Quin** poti⁹ angemescendo proclamat. **Turbat⁹** ē inq;es pre ira oculus meus inueteraui inter omnes inimicos meos. **Quod** vero ī insula thebaide que copazion appellatur. vnde & ipse nomē accepit inueniri dicit̄. dupliciter intelligendum est. quia & ille precipue id est egycioz regiones monachorū gregibus habundēt & quicūq; sol iusticie vicin⁹ habitauerit. ethe rei nimiz luminis fulgore coronē. & pulchre sicut in octauo ordine actiue vite pfectio sic ī nono speculatiue suauitatis gemma ponitur: siue quia nouem ordines angelorū grū vitam imitatur ī scriptura sancta reperiant̄ siue quia a pfecte beatitudinis denario vno tātū vt ita dicā gradu mortis abest. cui sūmo desiderio propheta suspirās aiebat. **Ideo** dilexi mandata tua super aurū & topazion id est super omnem probate actionis claritatem superq; omnem que in hoc seculo fieri potest contemplatiui gaudiū sublimitatem dulcissimo mandatoz tuorū delectabar amore. quorum primū & maximum est. diligēs dñm deum tuum. ex toto corde. tota anima. tota virtute. **Quod** nō nisi ī illo celestis regni culmine. ad integrū perfici posse certissimum est. **Decimus** crisoprassus. **Crisoprassus** est viridis aureeq; mixture quidā etiam purpureum iubar trahens aureis interueni

entibus guttis nascitur aut ī india. **Qui** significat eos qui viriditatē eterne patrie pfecte caritatis fulgore promerētes eam etiam ceteris purpurea martirii sui luce patefaciunt. **Qui** quoniam in eo quod presentem vitam despiciunt eternam gloriam preferunt domini in carne apparentis exempla. secunē iam velud ī india. i. prope solis ortum meritorum suorū. fulgur ostendūt. & qui velud sol ī regno patris fulgere regi⁹ suo cui nūc cōpatiuntur. tunc conregnare desiderantes expectant. iure ī decimo loco sūt positi. **Per** denarium enī quo dominice vinee cultores remunerātur. eterni regis picipienda imago figuratur. vbi quod in nono gradu non poterat. perfecta dilectione dei & proximi p omnia decalogis implebit̄. **Vndecimus** iacinctus iacinctus ī ethiopia repperitur ceruleū colorem habēs. optimus qui nec rarus est nec desitate obtusus. sed ex vtroq; temperamēto lucet & purificatum suauiter florem trahit hic aut nō rutilat equaliter: sed cū celi facie mutatur. sereno aut perspicuus atq; gratus est. nubilo coram oculis euanescit atq; marcescit. **Indicat** aut animas celesti semp intēcionī deditas atq; angelice quodāmodo quātum mortalibus fas est conuersacōni propinquantes: quibus omni custodia virtus discretionis seruare precipitur. ne vel omnia sensū subtilitate callētes alciora se querere & forciora se scrutari audeant. **Gloria** enī domini celare verbum id est caute de deo vel homine xpī philosophari: vel rursū desidia torpēte ad ī firma fidei inicia atq; elementa exordii sermonū dei relabantur. **Quin** potius via regia gradientes a dextris & a sinistris per arma iusticie procurati pcedant. aptaq; temporis obseruancia cum celo faciem mutātes suis in spectatoribus dicant. **Siue** enim mente excedimus deo. siue sobrii sum⁹ vobis. **Quasi** enim iacinctus nubulo circūdatus loquitur & ne angustiamini ī nob. angustiamini autē in visceribus vestris & iterum. **Nibil** enim iudicaui me scire iter vos nisi iesū cristum & hunc crucifixum & quasi in serena luce visus ait. **Sapientiam** autem loquimur inter pfectos. **Duodecim⁹** amethistus. **Amethist⁹** purpureus est permixto violatico colore & quasi rose nitore quasdaq; leuiter flāmulas fundēs. **Sz** & qdā ill⁹ nō ex toto ī purpura igneus sed quasi vinum rubens apparet. purpureus ergo decor celestis regni habitum. roseus vero atq; violatius humilem sanctorū verecundiā preciosamq; mortem designat. quorum fidei. mens principaliter ī summis erigitur. etiam cū extremis perpeti abiecta

119

cernantur. dominici semp inter aduersa me
mor promissi. Nolite timere pusill9 grex qa
complacuit patri vestro dare vobis regnum
quicq flammam caritatis non ad se tantum
inuicem. sed ad ipsos etiā persecutores spar
gentes positis genibus implorant. Domine
ne statuas illis hoc peccatum: atq inter cali
cem passionis bibendum illius potius vini q
letificat cor hominis iugi recordacōne debri
antur. quod dominus se nouum cum discipu
lis suis i regno patris bibiturum esse promi
sit. Sicq fit vt i iaspide fidei viriditas: i sa
phiro spei celestis altitudo: i calcedone fla
mma caritatis interne figuretur. In smarag
do autem eiusdem fidei fortis iter aduersa
conuersio. In sardonice sanctorum iter virtu
tes humilitas. In sardis reuerendus marti
rum cruor exprimit. In crisolito vero spiri
talis iter miracula predicacō. In berillo pre
dicacium perfecta operacō. In topazio eorū
dem ardens cōtemplacō monstratur. Porro
in crisoprasso beatorum martirum opus pari
ter & premium. In iacinto doctorū celestis
ad alta subleuacō & propter i firmos humi
lis ad humana descētio. In amethysto celestis
semper regni i humiliū animo memoria de
fignetur. Onix appellata quod habeat i se p
mixtum candorem i similitudinem vnguis
humane. grece enī vngue onice dicunt. hanc
india vel arabia gignunt. Distant autē iuicē
nam india igniculos habet albis cingentibus
zonis. Arabica autem nigra est cum cādidis
zonis: genera eius quinq. Legitur i exodo
quod domino iubente moyses faceret aaron
fratri suo super humerale ex auro iacinto
& purpura coccoq bistrincto & bisso retorco
duosq lapides onichinos sculpsens nominibus
filiorum israhel. iseret ipsos super humerali
inclusos auro atq circūdatos. Cuius signifi
cacio mistica i promptu est: lapides quippe
preciosa opera sūt virtutum spiritualium: ha
betq sacerdos in humeris lapides preciosos
& i eis nomina patrum iscripta. cum & ipe
claritate bonorum operum cunctis ad miran
dus exstiterit & eandem claritatem non a se
nouiter inuentam: sed antiqua sibi patrum
auctoritatem traditam esse docuerit. Dupli
ci autem ratione hec i humeris portat: vt &
ipse preceptis dominicis humiliter subditus
incedat & auditoribus suis semper celestia
siue sua siue patrum exempla que sequantur
proponat. Carbunculus dictus quod sit igni
tus vt carbo cuius fulgor nec nocte vincitur
lucet enim i tenebris adeo vt flāmas ad ocu
los iuberet. genera ei9 duodeci sūt **S**3 p̄staci
ores sūt qui videntē fulgere & velud ignem

fundere. Hic enī lapis potest significare ver
bū dei qd p apostolicū ordinē & p̄dicatores
euangeli i lucefcit nob i obscuro hui9 mūdi
& effugat noctis tenebras & caliginē pecca
toꝝ. vnde scriptum est. Lux intenebris lucet
& tenebre eam non comprehenderūt. Ligu
rius vocatus q fiat exurina lincis bestie tē
pore indurata: ē autem sicut esucinum fulua
adtrahens spiritu folia. propinquancia. Hec
gēma quia de rubris gemmis est potest mar
tirum passionem significare qui quos spiritu
diuino incitati folia verborū adtrahunt. per
ea persecutores suos orando siue predicādo
sibi conciliant. & ad vnitatem fidei pducunt
Achates nanq lapis de nigris gemmis vna
est reperta primū insicilia iuxta flumen eius
dem nominis. postea plurimis in terris: ē au
tem nigra habens in medio circulos nigros.
& albos iunctos & variatos. simil emathiti
si creditur tēpestates auertit flumina sistit
Hic etiam illos significare potest qui ppter
celestis vite desiderium despectū mundi ha
bent & coronam vite expectant eterne. Co
rallius gignitur i mari. forma ramos9 colore
viridis & maxime rubēs vie ei9 candide sub
aqua. & mollis detract9 confestim duratur
& rubescunt. tractaq protinus lapidescunt
Itaq occupari euelliq retibus solet aut acri
fermento precidi qua de causa coralli9 vo
catus. Quantum apud nos margaritum idi
cum preciosum est. tantū apud indos coralli
um. Hūc magis fluminib resistere affirmāt
si creditur. Hic ergo lapis eorum figurā me
rito exprimit qui de maris fluctibus hoc est
de mollicia secularis cōuersacionis abstracti
per robur continencie durefcunt. & solidita
tem recte fidei ac bonorū operum decorem
in se ostendunt. ita vt sanctissimis viris meri
to inde cōplacare possunt. Alabandina dicta
ab alabanda asie regione purpure aspectu si
milis. Iste i oriente igne liquatur atq i vsū
uitri funditur. Cuius color prope ad calce
doniū simlatur. sed magis rubeus ē: & sang
uinem martirū p figuram ostendit.

De margaritis. viii.

Margarita prima candidarū gemma
rum quam inde margaritā aiunt vo
catam quod i conculis maris hoc ge
nus lapidū iueniat. In est enim i carne coclee
calculus natus sicut i cerebro piscis lapillus
gignitur autem de celesti rore quem certo
anni tēpore coclee hauriunt. ex quibus mar
garitis quidam vniones vocantur. Aptū no
men habentes quod tantum vnus nunquam
duo vel plures simul reperiantur. Meliores
autem cādide margarite quāque flauescūt

219

Illas enim iuventus aut matutini roris con-
 ceptio reddit candidas. Has senectus vel vel
 pertinus aer gignit obscuras. Margaritum
 mystice significat euangelicam doctrinam siue
 spem regni celorum vel caritatem & dulcedinem
 celestis vite. Vnde legitur in euangelica para-
 bola de homine querenti bonas margaritas
 quod inuenta vna preciosa margarita abierit
 & vendiderit omnia que habuerat & emerit
 agrum illum: quia qui celestis vite dulcedinem
 quantum possibilitas admittit perfecte cogno-
 uerit ea que in terris amauerat libenter cuncta
 derelinquit. In comparatione eius vile scilicet
 omnia deserit habita. congregata dispergit
 Inardescit in celestibus animus. nihil in terris
 libet. deforme despicitur quicquid de terre-
 na placebat specie quia sola preciosa caritas
 fulget in mente.

De cristallis. viii.

Cristallus resplendens & aquosus co-
 lore. traditur quod nix sit glacie durata
 per annos unde & nomen ei greci de-
 derunt. Gignitur autem in asia & cipro. maxi-
 me in septentrionum alpibus ubi nec estate sol
 feruentissimus inuenitur: ideoque ipsa diuturna
 & annosa duricia reddit hanc speciem que
 cristallus dicitur. hic oppositus radius solis a
 deo rapit flammam ut aridis spongiis vel fo-
 liis ignem prebeat. usus eius etiam ad pocula
 destinatur. nihil autem aliud quam frigidum
 pati potest. Cristallus aliquando significat
 baptismi sacramentum. aliquando firmitatem
 sanctorum angelorum: aliquando etiam incarnationem
 dominicam. Baptismus enim significat
 in illo quod in apocalypsi scriptum est. In con-
 spectu sedis tanquam mare vitreum simile
 cristallo. Propter fidei veritatis baptismum re-
 fertur ad vitrum in quo non aliud videtur exte-
 rius quam quod gestat interius. Cristallum quoque
 quod de aqua in glaciem & lapidem preciosum
 efficitur. baptismi gratia figuratur. Quod
 autem cristallus significet soliditatem ange-
 lorum vel incarnationem dominicam in illo testi-
 monio ezechielis prophete probatur quo ait.
 Et similitudo super capita animalium firma-
 menti quasi aspectus cristalli horribilis & ex-
 tenti super capita eorum desuper. Possunt enim
 firmamenti nomine celestes potestates intel-
 ligi. Quod firmamentum recte quasi aspectus
 dicitur cristalli: quia viz cristallum forte qui-
 dem nimis est. sed ex aqua solidatum: & na-
 tura angelica quando creata liberum arbitri-
 um accepit: ut vtrum vellet in humilitate per-
 sistere. & in omnipotentis dei aspectu perma-
 nere. an ad superbiam laberetur & a beati-
 tudine caderet per similitudinem aqua fuit

Sed quia cadentibus aliis angeli sancti in sua
 beatitudine perstiterunt. atque hoc acceperunt
 in munere ut iam cadere omnino non possunt
 In eis natura sua quia iam duci mutabiliter
 non potest quasi ad imaginem cristalli dura-
 ta est. Item humana natura priusquam a crea-
 tore omnium susciperetur terra erat. Nam
 firmamentum non erat. peccati quippe homi-
 ni dictum est terra es & in terram ibis. At
 postquam assumpta est ab auctore omnium
 atque in celis subleuata & super angelos ducta:
 firmamentum facta est que terra fuit. Sed
 firmamentum quod aspicitur cuius habebat simi-
 litudinem subinfertur cum dicitur: quasi aspec-
 tus cristalli horribilis. Cristallum sicut dictum
 est ex aqua congelascit & robustum fit. Sci-
 mus ergo quanta sit aque mobilitas. Corpus
 autem redemptoris nostri quia usque ad mor-
 tem passioni subiicitur. aque simile iuxta ali-
 quid fuit: quia nascendo crescendo lascescendo
 & esuriendo. sciendo. moriendo. usque ad pas-
 sionem per momenta temporum mutabiliter
 decurrit. Aqua ergo in cristallum versa est: qua-
 do corruptio eius infirmitas per resurrec-
 tionem suam ad in corruptionis firmitatem
 est immutata. Adamans indicus lapis paruus
 & indecorus ferrugineum habens colore. &
 splendorem cristalli. Nunquam autem ultra
 magnitudinem nuclei auellani reptus. Hic
 nulli cedit materie. nec ferro quidem nec igni
 nec unquam incalescit. Vnde & nomen inter-
 pretatione greca indomita ius accepit. Sed
 dum sit inuictus ferri ignisque contemptor bir-
 cino rumpitur sanguine recenti & calido tra-
 ceratur sicque multis ictibus ferri perfragitur
 Cuius fragmenta sculptores pro gemmis in
 signiendis perforandisque utuntur. Hic autem
 dissidet cum magnete lapide in tantum ut iux-
 ta positus ferrum non patiat abstrahi a mag-
 nete: aut si admotus magnes comprehendere
 rit rapit atque aufert. fertur quoque in electri si-
 militudine venena deprehendere: metus va-
 nos expellere. maleficis resistere artibus. ge-
 nera eius sex. Significat autem iste lapis du-
 riciam cordis iudeorum quod indomabilis & in-
 tractabilis semper ad penitentiam erat. Vnde
 ita legitur in iheremia propheta. peccatum
 inde scriptum est stilo ferreo in vngue adaman-
 tino exaratum super latitudinem cordis eo-
 rum. Peccatum autem ius indelebile atque ut ita
 dicam nulla ratione abolendum: scriptum est
 stilo ferreo vngue adamantino. Per stilum er-
 go ferreum fortis sententia. per vnguem vero
 adamantinum signatur finis eternus. Pecca-
 tum vero inde stilo ferreo in vngue adaman-
 tino scriptum dicitur. quia culpa iudeorum per

Fortē dei sententiā i fine seruat ī finito. qui i passione saluatoris dixerit. sanguis eius sup nos & sup filios nostros. Alii de iuda pditore & cōsortibz eius dictū accipi potest. de q̄ veritas ait. fili9 hominis vadit sic scriptū ē de illo: ve autē homini illi p̄ quē tradet. melius erat ei si natus non fuisset homo ille.

De vitro. x.

Utrum dictū quod ī sui perspicuitate tranlueat. In aliis enī metall̄ quicquid intrinsecus continet abscondit: in vitro vero quilibet liquor vel species qlis est interius talis exterius declarat & quodā modo clausus patet cuius origo hec fuit. In parte sirie que phenix vocatur finitima iudee circa radicem montis carmeli palus est. ex qua nascitur belus amnis quinq; milium passuum spacio in mare fluens iuxta pholomaidem. cuius arene decurrente fluctu a sordibus eluuntur. Hinc fama ē pulsa naue mercatorum vitri cum sparsim p̄ litus epulas pararent nec essent p̄ attollendis valis lapides glebis vitri nauī subdiderūt. quibus accēsis permixta harena litoris translucētes noui liquoris fluxisse riuos & hanc fuisse originē vitri. Mox vt est īgeniosa sollercia non fuit contenta solo vitro sed aliis mixturis hanc artem studuit: leuibz enim aridibz lignis coquitur abiecto cypro ac vitro continuē que fornacibus vt es liquatur masseq; finat. Postea ex massis rur9 fundit ī officinis & aliud flatu figurat. Aliud torno teritur. aliud argenti modo celat. tinguitur etiā multis modis ita vt iacinctos saphirosq; & virides imitetur et onices vl̄ aliaz gemarū colores. neq; est alia speculis aptior. Maxim9 tamē honor in candido vitro pximaq; ī cristalli similitudine. Vñ & ad optādū argēti metalla & auri repulit: vitrū olī fiebat & ī itali & p̄ gallias & hispaniā harena alba mollissima pila molaz. terebatar. Vitrū atū qd̄ baptismatis sacmētū significet ī q̄ abluimur ab oī sorde peccatoz & puritati restituimur iā sup9 dictū ē. Vñ in apocalipsi ita scriptū ē de structura ciuitatis supne: ipsa vero ciuitas auz mūdū similit̄ vitro mūdo. Ecclesia ī auro figurat q̄ ī cādelabris aureis & fial̄ ppt̄ sapiēcie cultū sepe cōpta describit̄ vitz aut̄ ad fidē verā retulit. q̄ qd̄ foris videt̄ hoc ē & it9. & nihil simulatū ē & nō p̄ spiciū ī sanctis ecclie. Potest & ad illd̄ tēpus referri q̄ sibi ī uicē cogitacōes ī alterutrū perspiciant̄ & declarant̄.

De metallis. xi.

Metallū dictū grece napatometā q̄ natura eius ea sit vt vbi vna vena appaauerit ibi spes sit alteri9 ingredi. sep

tē aut̄ sūt genera metallorū. auz. argētū. es electz. stagnū. blūbū. & q̄ domat oia ferz.

De auro. xii.

Hrum ab auro dictū id ē a splendore eo quod percusso aere pl9 fulgeat. Vñ & virgilius: discolor inde auri per ramos auro refulsit. hoc est splendor auri: naturale enī est vt metallorū splendor plus fulgeat luce alia percussus. Hinc & aurariū dictū quoz fulgor splendoros reddit. Aurū splendorē sapiēcie vel intellectū spiritalem sacram scripturarū vel caritatis eminēciā significare potest. vt est illud ī psal. Astitit regina a dextris tuis ī vestitu de aurato. Ideo supra virtutes alias gracia caritatis apparuit: quia omnia ei9 fulgor excellit & sapiēcie lumē splendidissimū ē. q̄ maxime ī scripturarū meditacōe percipit̄. Obrizū aurū dictum quod obradiet splendore: est enī coloris optimi quod hebrei ofaz greci auz vocāt. De auro autē obrizo ī iob vbi de sapiēcia diuina scriptura cōmemorat ita legit̄. Nō dabit̄ aurū obrizū p̄ ea: quid nāq; p̄ aurū obrizū nisi sancti angeli designantur: q̄ recte & aurū vocant̄ obrizā auz q̄ fulgent claritate iusticie obrizū q̄ nullū habueit vnq; cōtagiū culpe. Homines vero iusti quādiū ī hac carne corruptibili mortalit̄ viuunt. aurum quidē esse possunt. obrizū esse omnino nō possunt. q̄ corp9 quod corrupit̄ aggrauat animā. & demittit terrena ī habitacōe sensū multa cogitantē. Nam quāuis ī hac vita ex magna iusticie claritate respēdebāt: nequaquā tamē ad purz peccatoz sordibz carēt. Itē ī eodē libro legit̄. Si putauī auz robur meū. & obrizo dixi fiducia mea. Quid ī hoc loco auz accipimus. nisi preclari intellect9 īgeniū. Quid obrizū nisi mētē. que dū ī igne amoris excoqt̄ semp ī se seruat claritatē pulchritudinis cottidianā ī nouacōe feruoris. Nescit enī mēs p̄ torporē ueterescē q̄ studet p̄ desiderū semp īchoare. Sacti aut̄ viri robur suū auz n̄ de putāt: q̄ quāto libet īgenio fulgeāt. nihil se esse ex suis viribz pēsant: & cum sentire oīa valent possint. pri9 itelligē semetip̄os cupiūt: q̄ tenus lumē īgenii more solis pri9 illustret locū ī q̄ oriūt. & postmodū cetera ad q̄ pcedēdo dilatāt: ne si itendēdo cognoscēdis aliis semetip̄os nesciāt. ibi sol radi9 vbi oriūt tenebre scat. Itē ī auro de9 itelligit̄. sic ī cāticis cāticorū p̄ xpo d̄r. Caput aut̄ ei9 aurum optimū. In ap̄lo. caput aut̄ xpi de9. Auz spirital̄ ē sens9 ī scriptura diuina vt ī psalmo: posteriora dorsū ei9 in virore auri. Aurum sancti de q̄ ī iob legitur. Ab aquilone aurum veniet id est ap̄lo genciū credentes in cristo & ī psalmo.

M⁹

Viuet & dabitur ei de auro arabie. Aurum sapientia sicut in exodo inornamento sacerdotis hoc ipsum priore in loco habere precipitur. Aurum reprobis quibus apud domini reiecti & apud homines electi de quibus in iob pro diabolo dicitur sternet sibi aurum quasi lutum. & in abacuc. esca eius electa.

De argento. xiii.

Argentum non longe a greca appellacione distat. hoc enim illi argirum vocant. Cui mirum in modum illud dum candidum sit in pressum corpori lineas nigras reddit. Argentum viuum dictum quod excidat materias in quibus inicitur hoc & liquidum quia percurrit. Inuenitur specialiter in metallis siue in argentariis fornacibus guttarum concrecione tectis inherere. sepe etiam & in stercore vetustissimo cloacarum vel puteorum limo. Mystice in argento eloquia diuina siue intellectus littere vel historie exprimitur. ut est illud in propheta contra hereticos. Argentum meum & aurum meum tulistis & posuistis in delubris vestris. & in psalmo. eloquia inquit domini eloquia casta argentum igne exanimatum terre purgatum septuplum definiuit per similitudinem metalli candidi quod sint eloquia casta argentum terre igne exanimatum quod solet esse purissimum quando frequenter fuerit decoctione mundatum. exanimatum quippe vel purgatum contra illud ponitur quod de peccatoribus ait. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt & ut quam plurimum distaret agnosceret addidit. purgatum septuplum. quod numerus septiformis spiritum videtur pertinere. id est. timorem dei pietatem. scientiam fortitudinem consilium. intelligentiam sapientiam. Perque verbum diuinum tanquam in succensis fornacibus manens veritatis rutula coruscacione. Item argentum oris confessio siue mundicia castitatis. In exodo. omnis qui percipit corde offerat in iocundum domino aurum & argentum & eramentum. Rursus argentum populorum iudeorum iheremia: argentum reprobum vocate eos quia dominus proiecit eos. Item argentum sermonem predicacionis significat. Vnde in exodo copiose tabernaculi de argentate esse perhibentur.

De ere. xiiii.

Es ab splendore eris vocatum sicut aurum & argentum. Apud antiquos autem prior eris quam ferri cognitus usus. Ere quippe primi proscindebant terram. ere certamina belli gerebant. eratque in precio magis es. Aurum vero & argentum propter inutilitatem reiciebant. nunc verse vice iacet es. aurum summo cessit honore. sic voluenda etas commutat tempora rerum. & quod fuit in precio fit nullo denique honori. usus eris postea transit in

simulacris in vasis. in edificiorum structuris maxime. & ad perpetuitatem monumentorum. etiam publice in eis constituciones scripte sunt. In ere autem vanitas. vel inanitas fidei exprimitur. ut est illud in apostolo. factus sum velut es sonans cymbalum tynniens. Item aliam significacionem habet in illo psalmiste. posuisti inquit ut arcum ereum brachia mea. Hic ergo propheta demonstrat qualiter contra diabolum oportet dimicari brachia vero christi prophete sunt & apostoli. per quos desiderium sue voluntatis operatus est. His comparat ereum arcum quia nesciunt serui dei predicando mollescere. sed in celesti fortitudine permanentes verbis salutaribus emissis tanquam sagittis eminus iaculatis de uocibus hominum corda compungunt. Item es sunt scripture diuine. unde in ysaiam. pro ere inquit auferam aurum. & pro ferro auferam argentum. & pro lignis es. & in deuteronomio propter terram reprobationis que est ecclesia ait. Cuius lapides ferrum sunt & de cuius montibus id est doctoribus eris metalla foduntur. Es penitencie est fortitudo vel sonus predicacionis. ut in exodo. Omnis inquit & qui percipit corde offerat domino aurum & argentum & eramentum. Item es fortitudinem ecclesie in longanimitate patientie significat. unde est illud in iob. lapis solutus calore in es vertitur. Item de anti christo in eodem libro legitur. reputauit ferrum ut paleas & es ut lignum putridum. In quo denotatur eius pertinacie rigor. rursus es murmuratores in flagellis dei significat. ut in propheta omnes inquit isti conuersi sunt in scoriam argenti in medio fornacis es stagnum & plumbum. Auricalco dictum quod & splendorem auri & duriciam eris possideat. est autem nomen compositum ex lingua latina & greca. es enim sermone grecorum calco vocatur. fit autem ex ere & igne multo ac medicaminibus perducitur ad aureum colorem. Corinthum est conmixtio omnium metallorum quod casus primum miscuit corintho cum capere incensa. Nam dum hac ciuitatem hannibal cepisset. omnes statuas enas in unum rogam concessit. & eas incendit. Ita ex hac comixtione fabri sustulerunt: & fecerunt parapsides sic corinthea nota sunt ex omnibus in unum nec hoc nec illud. Vnde & ut patet hodiernum dicitur siue ex ipso siue ex imitacione eius es corintheum vel corinthea vasa dicuntur. Legitur enim in apocalypsi de similitudine filii hominis: quod caput eius & capilli erant candidi tanquam lana alba. & tanquam nix. & oculi eius velut flamma ignis. & pedes eius similes auricalco sicut in camino ignis ardentis. Pedes ignitos nouissimi temporis ecclesiam dicit que uehementibus est examinanda & probanda.

pressuris. Auricalcū quippe ē es multo igne
& medicamine pductū ad aureum colorem.
Alia translacō que dicit similes auricalco ly
bani significat ī iudea. cuius libanus mons ē
eccliaz esse psequendā p̄cipue nouissimis di
ebus. In scoria aut̄ potest ītelligi populus iu
deoz̄ v̄l reprobī omnes a naturali metallo p
viciū peccati reprobati ac proiecti. In pro
pheta. Omnes isti conuersi sūt in scoriam ar
genti. & cetera.

De electro. xv.

Electr̄ vocatum quod ad radiū solis
clari⁹ auro argētoq̄ re'ueat. sol enī
a poetis elector vocatur. defecatus
est enim hoc metallum om̄ib⁹ metallis. Hui⁹
tria sūt genera vnum quod ex pini arborib⁹
fluit quod succinum dicit̄. Alterum metillū
quod naturaliter inuenitur & in p̄cio habet̄
Tercū quod fit de tribus partibus auri &
argenti vna quas partes etiā si naturale sol
uas inuenies inde nihil interesse natū an fa
ctum vtrūq̄ enī eiusdem nature est electrū
quod est naturale ei⁹ modi nature est. vt in
cōuiuio & ad lumina clarius cūctis metallis
fulgeat. & venenū prodat. Nam si eo infun
dis venenū stridores edit & colores varios ī
modū arcus celestis emittit. De electro aut̄
ī visione est ezechielis prophete ita scriptum
est. & vidi quasi specie electri velut aspectū
ignis intrinsecus p̄ circuitū a lumbis eius &
desup̄: & a lūbis eius vsq̄ deorsū vidi q̄i spe
ciem ignis splendentis ī circuitu velut aspe
ctum arcus cum fuerit ī nube in die pluuie.
Quid est q̄ aspectus hominis videt̄ ī throno
quasi species electri. nisi quod in electro auz̄
& argētum miscē vt res vna ex metallis du
obus fiat. ī qua & p̄ argentum auri claritas
tēperatur. & p̄ claritatem auri species clare
scit argēti. In redemptore aut̄ nostro vtreq̄
nature id est diuinitatis & humanitatis ī
fusa atq̄ inseparabiliter sibimet sūt vnite. vt
p̄ humanitē diuinitatis eius claritas n̄ris
posset oculis tēperari. & p̄ diuinitatem hu
mana in eo natura clarescere: atq̄ exaltata
fulgorem vltra hoc quod creata fuerat ha
bere.

De stagno. xvi

Stagni ethimologia apoxupizion id
est separās & secernens. mixta enim
& adulterata inter se p̄ ignem metal
li dissopat & ab auro & argento es plūbūq̄
secernit. Alia quoq̄ metalla ab igne defendit
& cū sit natura eris ferricq̄ durissima si absq̄
stagno fuerit vritur & cremāt. Sagnū illitū
ereis valis sapore facit graciorem & cōpescit
virus eruginis. specula etiā ex eo tēperatur

lib⁷
cerusa quoq̄ ex eo sicut ex plumbo conficit̄
Stagnū allegorice sophisticā locutionem &
hereticoz̄ simulacōez̄ significare potest. Vñ
& ī ezechiele vbi de tyri negociis memorat̄
ita scriptū est. Cartaginenses negociatores
tui a multitudine cunctarū diuiciaz̄ argēto
ferro stagno plumboq̄ repleuer̄t nundinas
tuas. Ergo nundinas tire nō auro nec lapide
precioso. sed argento ferro stagno plumboq̄
multiplicat̄. habentes eloquiū venustatem &
arma ad expugnandū. & in stagno eloquiū si
militudinē quod mentitur argento. & ī plū
bo impietate grauissimā iuxta zachariam in
quo mulier sedit sup̄ talentum plūbi. & egip
cii dimeri sūt ī profundum sicut plumbum.
Lōga singuloz̄ disputacō metalloz̄. sed bre
uitati studendū est. Item stagnum est simu
lacio sanctitatis. vt ī p̄pheta: omnes isti con
uersi sūt mibi in scoriam argenti es. stagnū
& plumbum.

De plumbo. xvii

Plumbum dictū quod ex eo primum
pilis factis maris altitudo temptata
est. huius duo genera sūt nigrum &
candidū: sed melius candidum quod prius in
insulis atlantici maris inuentum est. Siqui
dem & ī lusitania & ī gallica gignitur: sūma
terra harenosa & coloris nigri & pondē gra
uis. Interueniūt & minuti calculi maxime e
torrentibus siccatis lauant eas harenas & q̄
subdit coquunt ī fornacibus. Inueniuntur &
ī aureis metallis: aqua missa calculi nigre &
grauis. & dum aurū coligitur cum eo rema
nent. postea separati cōflant̄ & ī plumbum
album resoluuntur. Inde & eadem grauitas
plumbi que auri est. Sic & cupiditas mundi
& auaricia pecuniarum onerosa est. & gra
uissima iniquitate opprimit amatorē ipsi⁹.

De ferro. xviii.

Ferrum dictū quod farra id ē semina
frugum terre condant. Idē & calips a
chalybe flum̄e vbi ferrū optima arie
temperatur. Vnde abusus dicit̄ calips ipsa
materies vulnificus que calips ferri vsus p̄
alia metalla reptus est: cuius postea versas ī
obpropriū species: nā vnde pridē tellus trac
tabatur. vnde modo cruor effundit̄. ferrum
mystice significat tribulacōem & angustiam
vt est illud ī psalmo de ioseph. ferrum p̄tran
siuit animā eius. ferrū aut̄ hic indicat tribu
lacionē dure necessitatis que instante anima
puagatur. dum de futuris solcite iam mala
patitur que timere non desinit. Talis illa in
euāgelio locutio est vbi symeon dicit ad ma
riam. & tuam ipsius animā p̄transibit gladi
us. significans habiturā matrem gloriosam

tristitiam dñice passionis. Quod genus locu
cōis inter propria scripture diuine credim⁹
ad notandū. Item ferrū fortes quiq; ī ecclia
vt est illud ī libro iob: ferrū de terra tollit.
& in deutronomino, cuius lapides ferrū sūt
Item ibi de ecclesia dicit. ferrum & es calci
amentum eius. Rursū ferrū acumen mentis
significat. vnde per salomonē dicit. ferrū fer
ro exacuitur & homo exacuit faciem amici
sui. Itēz ferrū est sermo increpacōis. vt est
illud in deutronomino. Si quis abierit cum
amico suo simpliciter ī siluā ad ligna cedēda
& ferrum de manubrio ei⁹ exierit & amicū
eius occiderit. Rursū ferrū ī sidie sūt inimi
ci. sicut per salomonem dicitur. sicut ferrum
eruginat malicia eius.

Incipit liber xviii.

De ponderibus.

De mensura.

De numero.

De musica & partibus ei⁹.

De medicina & morbis.

Ca. i.

ii.

iii.

iiii.

v.

Ponderum ac mēsuraz iuuat cog
noscere modū. nam omnia cor
poralium sicut scriptū est a sū
mis vsq; ad vna. In mensura &
numero & pōdere disposita sūt
atq; formata. Cunctis enī corporeis rebus
pōdus natura dedit. Suū quoq; regit omnia
pondus. primū moyses qui omnes antecedit
gentiū philosophos tempore nouit nume
ros. & mensuras & pondus diuersis scriptu
ris sue locis ornauit. Deinde fidon argiuus
ponderū rationē ī grecia constituit. & licet
alii antiquiores extiterunt. sed iste hac arte
experientior fuit. Ponderus dictū eo quod in
statera libratum pēdeat. hinc & pensū. Abu
sue aut pondus libra vna est. Vnde etiā di
pondus dictum est quasi duo pondera quod
nomen adhuc ī vsu retinetur. Truttina ē ge
mina ponderū lancis equali examina pendēs
facta propter talenta & centenaria adpendē
da: sicut momentana pro parua modicaz pe
cunia. Hec & moneta vocata eadē & statera
nomen ex numero habēs quod duabus lācibz
& vno in medio stilo liberata equaliter stet.
Examen est silū mediū quo trutine statera
regit & lances equant. vnde & ī lancis amē
tum dicit. In statera equitatis vl diuine gu
bernacōis potencia significatur. vt ī ysaiā: &
librauit in pondere mōtes & colles ī statera
hoc est iudicat ī iusticia maiores & minores
potentes. & in firmos: nobiles & ignobiles.
qua ipse iudicabit orbem terre ī equitate.

& populus in veritate sua. Hinc et iob ait
vt tinam appendent peccata mea quibus iram
merui. & calamitas quam patior ī statera. p
Quis alius statere nomine nisi dei & hominū
mediator exprimitur. qui ad pensandū vite
nostre meritum venit. ac secum iusticiā siml
& misericordiam detulit. sed misericordie
lance pponderans culpas nostras parcendo
leuigauit. Libra enī ponderis mystice iusti
ce iusticie obseruaciā significat. quia ibi pba
tur quid equū & quid cōtrariū equitati sit
Cuius rei plurima ī scripturis inueniuntur
probamenta & non necesse ē inde aliqua hic
numerari. propheta igit testāte iustus dñs
& iusticiā diligit equitatē vidit vultus eius
Iustum dicit deū amare iusticiā. quia nescit
alios respicere. nisi qui norūt custodire iusti
ciam. Adiecit. equitatē vidit vultus ei⁹ illā
scilicet equitatē quā tamen propicius ipse c
cedit. Non enī quicquā ex se probi humani
tas habet nisi quod a dño bonoz omniū susce
pit largitore. Hinc & ī puerbiis ita scriptū
est. qui sequitur iusticiā diligit a dño: & ali
bi de sapientia dictū est. qui continens est in
quit iusticie apprehendet illā. Vnicuiq; aut
ponderi certus est modus nominibus ppriis
designatus. Calcus minima pars pōderis q̄r
ta pars oboli est. constās lentis geminis gra
nis. Appellatur aut calculus quod sit paruul⁹
sicut & lapis calculus qui adeo minimus est
vt sine molestia sui calcet. Siliq; vicesima q̄r
ta pars solidi est. ab arbore cuius semen est
vocalū tenēs. Ceraten oboli pars media ē
habens siliquam vnā & semis. hunc latinitas
semi obolum vocat. ceraten aut grece latine
siliqua cornu interpretatur. Obolus siliquis
tribus appendit. habens cerates duos: calcos
quatuor. fiebat enī olim ex ere ad instar sa
gittē. vnde & nomen a grecis accepit hoc ē
sagitta. Scrupul⁹ sex siliquarū pondere con
stat. hic apud grecos gramma vocat. scrupu
lus aut dictus p diminucōez a lapillo breui
qui scrupus vocatur Dragma aut octaua ps
vncie est & denarii pondus argenti tribus c
stans scrupul⁹ id ē decē & viii. siliqs. Drag
ma enī similitudo ad hominem referē ī para
bola euangelica vbi dñs ait. Aut que mulier
habens dragmas. x. & si perdiderit dragmā
vnā nonne accendit lucernā & euertit domū
& querit diligenter donec iueniat & cetera
Qui signatur per pastore ipse & per muliere
dñs noster ihes⁹ xps. & quia imago hominis
exprimitur ī dragma. tunc mulier dragma
erudit: quando homo ad imaginē dei cōdi
tus peccando a similitudine sui conditoris re
cessit. Sed accendit mulier lucernā: quia dei

sapientia ipse dei filius cum de marie utero humanam naturam suscipiens in humanitate apparuit. mortalitatis nostre se conscientia concussit: & ad immortalitatem unde per peccatum cecidit per christum se redire posse conspexit. **Denarius** autem dicitur quia pro decem nummis imputabatur. **Denarius** allegorice significat remuneracionem futuram sanctorum que illis pro bono labore hic promittitur: & in futuro datur. **Unde** in euangelio paterfamilias operariis vinee sue in fine operis sui legitur dedisse denarium. **Denarii** duo precepta caritatis vel utrumque testamentum hoc est nouum & vetus significat unde in euangelio dicitur & alio die protulit denarios duos & dedit stabulario. **Solidus** nuncupatur quia nihil illi deesse videtur. solidum enim veteres integrum dicebant & totum. Ipsa quoque nouissima vocatur pro eo quod nominibus principum effigieque signetur. Ab initio vero unum numisma unus argenteus erat. hoc enim ab assiris cepit: dicunt autem iudei quod abraham in terram canaan primus hanc aduexerit formam. **Solidus** apud latinos alio nomine sextula dicitur quod bis sexuncia compleatur. **Hunc** ut diximus vulgus aureum solidum vocat. cuius tertiam partem ideo dixerunt tremissem eo quod solidum faciat tremissus. **Explicatio** enim nominis in censu significat imaginem conditoris in humana anima qui ab uno quoque nostrum expetitur. quando credulitas recte fidei cum bonis operibus a nobis exquiritur. **Unde** dominus ad eos qui eum temptabant in euangelio ait. **Reddite** ergo que sunt cesaris cesari. & que sunt dei deo. nummus autem ostensus imaginem cesaris tenuit & ideo cesari reddere nummum. tributum. pecuniam. & honores terrenos iussit. **Deus** autem nos metipsum id est imaginem dei quam ipse condidit in nobis que non est in auro picta sed in hominibus figurata. **Sextula** bis assumpta duellam facit. ter posita staterem reddit. statera autem medietas uncie appendens aureos tres. unde & vocatur stater quod tribus solidis stet. **Hec** & semiuncia quia semis habet de uncia. hec & semissis quia ponderis semis est quasi semis assis. **Quadrantem** hebrei similiter quadrantem vocant. & vocant quadrum quod uncie quartam partem appendat. **De** quadrantem autem in euangelio ita legitur ubi commemorat nocentis traditio in carcere. **Amen** dico tibi inquit. non exies inde donec reddas nonissimum quadrantem. **Quadrans** genus nummi est quasi duo minuta. unde in alio in euangelio mulier illi paupercula & vidua dicitur misisse quadrantem in corbanam: in alio duo minuta non quod dissonet euangelia sed quod unus quadrans duos minutos nummos habeat.

Hoc est ergo quod dicit non egredieris de carcere donec etiam minuta peccata persoluas: de soluendo autem nouissimo quadrante potest non absurde intellegi aut pro eo positum quod nihil relinquatur impunitum. sicut loquentes etiam dicimus usque ad fecem cum volumus exprimere aliud ita exactum ut nihil relictum sit: vel ut significarent nomine quadrantis nouissima terrena peccata. **Quarta** enim pars distinctorum membrorum huius mundi & ea nouissima terra inuenitur. ut incipias a celo. secundum aerem. numeres aquam tertiam: quartam terram. **Sicel** qui latino sermone siclus corrupte appellatur. hebreum nomen est. habes apud eos uncie pondus. **Apud** latinos autem & grecos quarta pars uncie est. & stateris medietas. dragmas appendens duas. **Unde** cum in litteris diuinis legitur: siclus uncia est. cum vero in gentiliis. quarta pars uncie est. **Uncia** dicta quod vniuersitate minorum ponderum sua vnitatem vinciat id est complectatur. **Constat** autem dragmis octo id est scrupulis xx. quatuor. quod proinde legitimum pondus habetur. quia numerus scrupulorum eius horas diei noctisque metitur. vel quia libra efficit duodecies computata. **Libra** duodecim vnciis perficitur. & inde habetur perfecti ponderis genus. quia tot hec constat vnciis quot mensibus annus. **Dicta** autem libra quod sit libera & cuncta intra se pondera predicta concludat. **Mina** in ponderibus centum dragmis appetitur & est nomen grecum significat mina decem verba legis. que hominibus diuinitus data sunt ut in eis operentur & lucrum spiritale efficiant unde in euangelio legitur. quod homo nobilis qui abiit in regionem longinquam expenderit seruis suis pecuniam suam. cui reuertenti singuli exposuere. que lucrificauerunt. **Iste** autem homo nobilis redemptor noster est qui abiit in regionem longinquam. quia passione sua & resurrectione completa. ascendit in celum & sedit a dextris dei. **In** die autem iudicii venturus ut exquirat ex singulis debitoribus pecuniam quam eis commendauerat. & reddet unicuique secundum opera sua. **Talentum** summum esse pondus perhibetur in grecis nam nihil est calcominus nihil talento maius cuius varium apud diuersas gentes pondus habet. **Apud** romanos enim talentum est lxx. duarum librarum sicut plautus ostendit qui ait duo talenta esse centum quadraginta quatuor libras. **Est** autem triplex. i. minus medium summum minus quinquaginta medium. septuaginta duarum librarum. summum centum viginti constat. **Centenarii** enim numeri nomen est eo quod centum librarum ponderis sit. quod pondus propter perfectionem centenarii numeri instituerunt romani. **Talentum** nomine

plenitudo & perfectio donorum significat. vñ in euāgelica parabola dominus dicit hominē peregre proficiscentē vocasse seruos suos & tradidisse illis bona sua & vni dedit quinq; talēta. alii autē duo. alii vero vnū. Quinq; enī sūt corporis sensus viz uisus. auditus. gustus odoratus. & tactus. quinq; igit talētis donū quinq; sensuū id est exteriorū scientia exprimitur. duobus vero intellectus & operatio designatur. vnus autē talēti nomine intellectus tantūmodo designatur. Decem milia talenta operacōem decem preceptorū legis ī euāgelio significat vbi ita legit. & oblat⁹ ē vnus qui debebat decem milia talenta. Item talētū ī malam partem ponitur ī zacharia vt est illud uidi inquit iniquitatē super talētū plūbi. Antiquissimi nondum auro argentoq; inuento ere utebātur. nam prius erea pecunia ī vsu fuit. post argentea deīde aurea subsecuta ē s̄ ab ea que pa fuit & nomē retinuit. Vnde & erariū dictum quia prius es tātum ī vsu fuit. & ipsū solum tecondebatur auro argentoq; nōdum signato. ex quorum metallis quāuis postea fuisset facta pecunia nomē tamen errarii permansit ab eo metallo vnde inīcium sūpsit. Thesaur⁹ iuxta grecā apotifeseos a posicōe hoc est areposito nominat⁹. Nam telis posicio dicitur. & est nomē ex greco latinoq; sermone opositum. nā telis greci repositū dicūt. latini auz quod iunctū sonat repositū aurū. Auraria nomē habet ab auro. De thesauri significacōe euāgelica parabola manifestū indicium dat vbi dñs ait. Simile est regnum celoꝝ thesauro abscondito ī agro quem qui inuenit homo abscondit. & pre gaudio illius vadit & vedit vniuersa que habet & emit agrum illū. thesaur⁹ autē celeste est desiderū. Ager vero ī quo thesaurus absconditur. disciplina studii celestis. Quem pfecto agrum veditis omnibus cōparat. qui voluptatibus carnis renunctians cūcta sua terrena desideria per discipline. custodiam celestis calcit. vt nihil quod caro blādīt liceat nihil qd carnalē mētē trucidat spiritū phor descat. Item thesaurus iste ī quo sūt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi aut dei verbum est quod ī carne xpi videtur absconditū. aut sancte scribere ī quibus reposita est noticia saluatoris. Quem cū quis ī eis inuenit. debet omnia istius seculi emolūmēta cōtempnere. vt illum possit habere quem reperit. Tributa vero eo quod antea p tribus singula exigebantur sicuti nō p singula territoria. sic autem in tres partes diuisum fuisse romanum populum constat. vt ea que erant ī singulis partibus tribuni dixerentur

Vnde eciam sumpt⁹ quos dabāt populi tributa nominarint. Vestigalia sunt tributa a vebendo dicta. stipendium a stipe pendēda nominatum. Antiqui enī appēdere pecuniā soliti erāt magis quam annumerare. Quid autē diuites qui thesauroꝝ possessores sūt. & quid diuicie mystice significant breuiter dicamus. Diues dicitur de⁹ vt ī apostolo. de⁹ qui diues est in misericordia. Diuites sancti sunt vt ī apostolo. quia diuites facti estis in illo ī omni sapientia & prudēcia. Diues est populus iudeoꝝ de quo ī euāgelio dicit. Facilius est camelū per foramē acus transire quam diuitē intrare ī regnū celoꝝ. Alii autē hūc diuitem superbū quemlibet intellegūt. Diuites sūt iudei philosophi vel supbi hui⁹ mūdi vt ī psalterio. diuites eguerūt & esuri erūt & alibi. diuites dimisit ianes. Diuitie sūt virtutes anime siue sermo sapientie vt in apostolo. quia diuites facti estis ī illo ī omni sapientia & prudēcia: & ī salomone. possessio anime viri proprie diuicie: & ī aliam partem pro heretico. vt ī iob legit. diuicias quas deuorauit de vētre ill⁹ extrahet eas deus. Pecunia ergo verba diuina sūt: vt ī euāgelio. oportuit te cōmittere pecuniam meā nūmulariis. Sarcul⁹ thesaurizatio ī deū vt ī euāgelio. facite vobis sarculos qui nō veterescāt. Sarcul⁹ cōgregacio auaricie vt ī aggeo propheta. & qui mercedes cōgregauit misit eos in sacculum per tūsū. Negociatores apostoli sūt. sicut ī iob p diaboli corpore hoc est omnibus iniquis de eisdem predicatoribus dicit. Concidēt eū amici diuidēt eū negociatores. Item ī malam partē vt ī ezechiel negociatores cum agnis & bedis veniūt ad te. Moneta appellata est quia monet ne q̄ fraus ī metallo vel ī pondere fiat. Nomisma est solid⁹ aure⁹ vel argēte⁹. siue ere⁹. q̄ ideo nomisma dicit⁹ qa nominibus principū effigiisq; signat⁹. Prius nūmus argirus nūcupabat⁹: quia quā plurimū ex argēto percuciebat⁹. Nūmi autē a numa romanoꝝ rege vocati sūt. qui eos primū apud latinos imaginibus vocauit & titulo nominis sui prescripsit. In nomismate tria querūtur. metallū. figura. & pōd⁹. si ex his aliqd defuerit. nomisma nō erit. De nomismatis mystica significacōe super⁹ dictū est. Triasūt autē genera argenti & auri & eris. signatū factum infectū. Signatum est quod in nūmis est. factum quod ī vasis. infectum quod ī missis id est massa. In noticiam autē formaz. metalla ita inuenerūt. dū enī quicūq; causa ardētes silue excoquerent terram. que calefactis venis fudit riuos cuiuscūq; structure. siue es illud fuerat siue auz. cum ī loca

terre depressiora decurreret. suplit figuram
in quam illud vel profluens riuus vel excipiens
lacuna formauerat. quaz reru splendore cap-
ti homines eu legatas attolleret massas uide-
runt in ea terre vestigia figurata in que excogi-
tauerunt liquefactas ad omnem formam posse
deduci.

De mensuris. ii.

Mensura est res aliquando suo vel tem-
pore circumscripita. hec aut corporis e-
aut temporis. corporis ut hominum
lignorum & coluarnaru longitudo & breuitas.
sed & solem istu propria sui orbis habere me-
suram quod geometrici perscrutari audent.
temporis ut mensura horaru & diez annoru
unde & metiri pedes horaru dicimus. hoc est
mensurari. Legitur enim in sapientie libro quod
deus omnia mensura numero & pondere cuncta
disponat. In quibus tribus diffinitionibus ut re-
or hec intellegi possunt. ut in mensura constet
qualitas in numero quantitas. in pondere ratio
hec peregrina in iudicio & misericordia dei co-
stant. Quia in his duobus terminis. omnia co-
clusa sunt. in quibus huc mundum constituit guber-
nat & iudicaturus e. in his deus iudex iustus
comprehendi potest. Omnia ergo que superius
diximus vel dicemus in clausula horum triu
nobis nuc abscondita latet. que solis clauibus
iudicii & misericordie dei: tunc referantur
ut sciant. quando in aduentu domini illumina-
buntur abscondita tenebrarum & reuelabuntur
consilia cordium ut laus sit unicuique a deo vel
pena. Proprie aut mensura vocata quod ea
fruges metuntur atque frumentum id est humi-
da & sicca ut per modos. urnas. & amphoras
Mensurarum pars minima coclear quod e di-
midia pars dragme apponendi siliquis noue
qui triplicatus coculam facit. cocula drag-
ma vna & dimidia adimpletur. Ciathi pondus
decem dragmis appenditur qui etiam a quibus-
dam causatus vel lassatus nominatur. Oxifal-
fit si quinque dragme adduntur ad decem. Aci-
tabulus quarta pars emine e. duodecim drag-
mas appendens. Cocula emina est habes cia-
thos sex que idcirco cotula vocatur. quia cote
greco sermone incisio dicitur. & emina sex-
tarii in duo equa inciditur & cotula facit emi-
na aut appendet libra vna que geminata sex-
tarium facit. Sextarius duarum librarum est.
qui bis assumptus nominatur bilibris: assump-
tus quatuor fit greco nomine cenix. quiqui-
es complitatus quina siue gomor facit. Ad-
ice sextum congruum reddit. nam congruis sex me-
tur sextariis a quo & sextarii nomen dederunt
De statere & bilibri in apocalypsi descriptione
tercii sigilli ita scriptum est. & cum apuisset

lib
sigillum tercium: audiui tercium animal dicens:
veni & vide: & ecce equus niger & qui sede-
bat super eum. habeat stateram in manu sua.
Et audiui tanquam vocem in medio quatuor ani-
malium dicentem. bilibris tritici denario & tres
bilibres hordei denario & vinum & oleum ne
leseris. Et ecce equus niger & qui sedebat super
eum stateram habebat in manu sua. Et audiui
tanquam vocem in medio quatuor animalium
& cetera. Equus niger falsorum caterua est.
fratrum. qui stateram recte professionis habent
sed socios ledunt per opera tenebrarum. Dum enim
in medio animalium dicitur ne leseris: ostenditur
illic esse qui ledat. De hoc & precurrete equus
dicit apostolus foris pugne intus timores.
bilibris tritici denario & vinum & oleum ne le-
seris. Caue inquit ne exemplo pessimo fratrem
tuum scandalises. propter quem christus mor-
tuus e & sacri sanguinis crismatisque portat
in signa quia siue perfecti meritis. siue etiam
minimi quicquid ecclesia fide tamen sancte tri-
nitatis imbuti omnes eodem perfecto precio
sanguinis dominici sunt redempti: nec inmerito
bilibri & non simplici libra fidei vel operis per-
fectio exprimitur que utraque in radice gemine
consistit caritatis. Metrum est mensura liqui-
dorum. hec a mensura accepit nomen metron enim
mensuram dicunt greci & inde appellata me-
treta licet & urna & amphora & reliqua hu-
iusmodi nomen a mensura supererunt. Tamen ista
hoc nomen a denarii numeri perfectione acce-
pit. metrum ad omnem mensuram pertinet. Me-
trum enim grece. latine mensura dicitur. Nam
& ciathus mensura est. & amphora mensura
est. & quicquid plus minusve capit mensura
est. sed ideo hoc nomen specialiter sibi assump-
sit quod sit mensura perfecti numeri id est de-
narii. Unde in euangelio scriptum est de conuiuio
nuptiali: ubi dominus aquas in vinum conuertit.
Erant inquit lapidee hydrie sex posite secun-
dum purificationem iudeorum capientes singule
metretas binas vel ternas. hydrie vocantur
vasa aquarum receptui parata. grece enim aqua
hydor dicitur. Aqua autem scripture sacre scien-
ciam designat: que suos auditores & a pecca-
torum sorde abluere & diuine cognitionis solet
fonte potare. Vasa sex quibus continebantur
corda sunt deuota sanctorum quorum perfectio vite
& fidei ad exemplum recte credendi ac viuen-
di preposita est generi humano. per sex scilicet
labentis etatis id est usque ad tempus dominice
predicationis. & bene lapidea sunt vasa quia for-
cia sunt precordia iustorum: ut pute illius fidei
& dilectione solidata. capientes inquit singule
metretas binas vel ternas: quia scripture
sancte auctores. & ministri prophete. modo

de patre tantum loquuntur & filio. ut est illud
 omnia in sapientia fecisti. virtus enim dei &
 sapientia christus est: modo etiam spiritus sanc-
 ti faciunt mentionem iuxta illud eiusdem psal-
 migraphi. Verbo domini celi firmati sunt &
 spiritu oris eius omnis virtus eorum. Modius
 dictus ab eo quod sit suo modo perfectus. est
 autem mensura librarum quadragintaquatuor
 id est sextariorum viginti duorum. cuius nume-
 ri causa inde tracta est eo quod in principio
 deus viginti duo opera fecerat. Nam prima
 die septem opera fecit. i. materiam informem
 angelos. locum. celos superiores. terram. aquam
 atque aerem. Secunda die firmamentum solum.
 Tercia die quatuor. maria. semina. sacones
 atque plantaria. quarta die tria solem & lunam
 & stellas. quinta die tria pisces & reptilia
 aquarum & volatilia. sexta die quatuor. bel-
 tias. pecudes. reptilia terre. & hominem. &
 facta sunt omnia vigintiduo genera in diebus
 sex. & xx. due generationes sunt ab adam usque
 ad iacob ex cuius semine nascitur omnis gens
 israel: vigintiduo libri veteris testamenti
 usque ad hester. & vigintiduo litterarum sunt
 elemente quibus constat diuine legis doctri-
 na. His igitur exemplis. modius vigintidu-
 orum sextariorum. A moysi secundum sacre
 legis mensuram effectus est: & quauis diuer-
 se gentes huic mensure pondus vel adiciant
 ignorantem vel detrahant apud hebreos con-
 stitucio diuina tali ratione seruat. Modius
 enim a modo dictus. Hic & modica id est mo-
 derata modicis enim modius nomen imposuit
 nam modica pro paruis abusiue non proprie
 dicimus. In scriptura sacra modius equitate
 iusticie significat. Vnde dominus in lege pre-
 cepit dicens. non sit tibi modius maior & mi-
 nor sed modius iustus equusque sextarius. Ite
 modius corpus humanum vel legis litteram sig-
 nificat. Vnde dominus ait in euangelio: nemo
 accendit lucernam & ponit eam sub modio.
 Ponere ergo lucernam sub modio est. superio-
 ra facere corporis comoda. quam predicaci-
 onem veritatis. ut ideo quisque veritatem non
 predicet. dum timet ne aliquid in rebus cor-
 poralibus & temporalibus molestie patiat.
 Sub modio ergo lucernam ponit quisque lu-
 cem doctrine bone commodis temporalibus ob-
 scurat & tegit. Super candelabrum autem quod
 corpus suum ministerio dei subicit. ut super-
 rior sit predicacio veritatis. inferior seruitus
 corporis. per ipsam tamen corporis seruitu-
 tem excellencior luceat doctrina qui per of-
 ficia temporalia id est per vocem & ling-
 uam & ceteros corporis motus exhibetur.
 Satum est genus mensure iuxta mortem p

uincie palestine unum & dimidium modium ca-
 piens cuius nomen ex hebreo sermone tractum
 est. Satum enim apud eos nominatur superco si-
 ue leuacio eo quod qui metitur eandem mensuram
 sumat ac leuet. Est & alias satum mensura
 sextariorum viginti duorum capax quasi modi-
 us. Vnde in euangelio scriptum est de muliere
 que abscondit fermentum in farina satis tribus
 donec fermentaret totum. Nam hec mulier
 significat sanctam ecclesiam: que doctrinam
 euangelii & intellectus sacrarum scripturarum
 condit in peccatoribus humanis donec coadunet
 tres partes orbis quod de tribus filiis noe ex-
 ortum in orbe continet: triquadro conuertens
 ad fidem sancte caritatis. ut spiritus & anima
 & corpus in unum redacta non discrepent in se.
 Possunt itaque preter hec & in farine satis
 tribus illi dominici seminis fructus tricesimus
 scilicet sexagesimus & centesimus intelligi id est
 conuicatorum continencium atque virginum. &
 pulchre dicit eatenus absconditum in farina fer-
 mentum donec fermentaret totum quia ca-
 ritas in nostra mente recondita eousque cresce-
 re debet donec totam mentem in sui perfectionem
 commutet. Batus autem vocatur hebraica
 lingua ab olearia mola que apud eos baluata
 nominatur. capiens quinquaginta sextarios
 que mensura una mole vice proterit. Ephi
 ergo mensura est trium modiorum ut in libro
 ruth ostenditur: & gomor mensura est atti-
 corum cenicum trium. Vnde & in leuitico & in
 numerorum libro quociens cumque decima pars
 ephi in sacrificio exhiberi iubetur. mensura
 gomor expensa intelligitur. ephi eandem me-
 suram habet in aridis quam in humidis bat.
 Amphora vocata quod hinc & inde leuetur
 hec grece a figura sui dicta dicitur. quod eius
 ansae geminate: videantur aures imitari. Re-
 cipit autem vini vel aque pedem quadratum.
 frumenti vero modios italicos tres. Cadus
 grece amphora est continens urnas tres. Ur-
 na mensura est quam quartarium dicunt. p-
 prie autem urna vas est quod procundendis
 defunctorum cineribus adhiberi solet. de quo
 poeta. celo tegitur. qui non habet urnam. Me-
 dunna mensura est quinque modiorum. medun-
 na autem latina lingua vocatur id est dimidia
 eo quod quicquid modus metiatur qui est dimi-
 dius numerus a perfecto denario. Artaba me-
 sura est apud egipcios sextariorum septua-
 gintaduorum composita ex numero propter
 lxx. & duas gentes vel linguas que orbe im-
 pleuerunt. Gomor quindecim modiorum on-
 gappendet. Corus xxx. modiorum mensura co-
 pletur. Hic ex hebraico sermone descendit.
 qui vocatur coria a similitudine collis. Coria

enim hebraice colles appellantur. coaceruati enim modii triginta istar collis videntur & onus cameli efficiuntur. De amphora zacharia propheta ita scriptum est. & ecce mulier vna sedes in medio amphore & dicit. hec est impietas. & proiecit eam in medio amphore & misit blumbeam massam in os eius & cetera. Amphora autem hic significat mensuram gradum iniquitatis iudeorum: de qua saluator ad ipsos ait. Implete mensuram patrum vestrorum. super hanc mensuram omnium delictorum media se debet impietas quam alio nomine idolatriam possumus appellare & negacionem dei. Missa est ergo massa plumbea in os synagoge iudeorum. ut arrogancia eius conquiescat. Hec ergo impietas synagoge que sedebat super peccata israel & in suo scelere gloriabatur. postea mittitur in medium babilonis & captiuitatis malo deprimatur. vel certe ab angelo ut que prius latebat in scelere eterno silencio conticescat. Legimus in euangelio quod villicus iniquitatis debitoribus domini sui qui debebant domino suo grande debitum reddere hoc est vnus centum cados olei. alter centum choros tritici. ipse pensam temperaret. & iusserit priori pro centum cados olei scribere quinquaginta. Sequenti vero pro centum choros tritici scribere octoginta. quibus rebus instruitur ut misericordiam debiti remissione facientes. ipsi a misericorde domino remissionem debitorum nostrorum consequamur.

De numero. iii.

Numerorum enim ratio in multis iuxta allegoriam tipica significacione misterium nobis venerandum ostendit. Vnde primus numerus hoc est vnus ad vnitatem deitatis refertur. De quo in exodo scriptum est. audi israel dominus deus tuus. deus vnus est. Item vnus ad vnitatem ecclesie siue fidei pertinet. Vnde in actibus apostolorum de creditibus scribitur. Erat illis cor vnus: & anima vna. Rursus vnus ad vnitatem fidei siue operis perfectione respicit. hinc in genesi de arca scriptum est: & in cubitu consumabis summitatem eius. Iterum vnus malorum vnitatem exprimit. ut est illud in euangelio. & vidit ibi hominem non vestitum veste nupciali. Nam binarius numerus ad duo testameta respicit vnde in regum libro scriptum est. Et fert duo cherubim decem cubitorum magnitudinem. Item duo ad duo precepta caritatis pertinent. vnde dicit in euangelio. In his duobus preceptis tota lex pendet & prophete. Rursum duo duas dignitates exprimit regiam scilicet & sacerdotalem: quarum figuram duo illi pisces quinque panibus adiuncti in euangelio figuram gere-

bant. Iterum duo misterium significant duorum populorum id est iudeorum & gentium. Vnde in zacharia scriptum est. & pax erit inter duos illos. nec non & duo anime & corporis conuersione significant. vnde dominus dicit in euangelio: si duo ex vobis consenserint super terram & reliqua. De quo & amos dicit. nunquid ambulabunt duo pariter nisi conuenerit eis. Item duo electorum atque reproborum prefiguratione gerunt. Vnde dominus dicit in euangelio. tunc duo erunt in agro: vnus assumet & alius relinquetur. Ternarius ergo numerus ad trinitatis misterium pertinet ut in epistola iohannis. tres sunt inquit qui testimonium dant. Item tres ad passionis domini sepulturam & resurrectionis sacramentum respiciunt. vnde in osee scriptum est. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos & vivemus. Rursum tres ad fidem spem caritatem exprimentam valent: quarum virtutum figuram tres ille ciuitates in deuteronomio ad quas homicida qui nolens proximum occiderit confugere precipitur habere dicuntur. Item tres tempora significant. hoc est primum ante legem. secundum sub lege. tertium sub gratia. Vnde in euangelica parabola legitur. ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea & non inuenio. Iterum tres trimodam hominum operationem in bono vel in malo prefigurant id est cogitatione. sermone. & opere. ut in apostolo si quis inquit edificauerit super fundamentum hoc arrum argentum. lapides preciosos. ligna fenum stipulam. Rursus tres trimodam fidelium professionem demonstrant. scilicet clericorum monachorum. & coniugum. De hac tripartita in ecclesia professione per ezechielem loquitur dominus dicens. si tres viri isti noe. daniel & iob fuerunt in medio eorum. filium & filiam non liberabunt: sed ipsi soli liberabunt. Quaternarius ergo numerus ad quatuor pertinet euangelia. ut in ezechiele: & in medio inquit eorum erat similitudo quatuor animalium. Item quatuor. ad quatuor sanctorum virtutes mysticam significacionem ducunt. hoc est prudentiam. iusticiam. fortitudinem. & temperanciam. quibus anime sanctorum. domino largiente reficiuntur. vnde scriptum est. erant autem qui manducauerunt quasi quatuor milia hominum. & dimisit eos. Rursum quatuor. ad quatuor mundi partes pertinent. ex quibus sancta ecclesia congregatur. Vnde dicitur per prophetam ab oriente adducam semen tuum. & ab occidente congregabo te. dicam aquiloni da. & austro noli prohibere. Similiter quatuor. ad quatuor elementa mundi quibus humanum corpus compactum est possunt referri. quia inde corporis condicio

maxime roboratur. & subsistit. Nam in euangelio scriptum est quod paralyticus in lecto portaretur a quatuor. **Quinari** ergo numerus ad quinque legis libros moysi significatio onem aliquando trahit. de quibus apostolus ait volo in ecclesia quique verba sensu meo loqui vel ad quinque sensus corporis id est visum. auditum. gustum. odoratum & tactum. Vnde in euangelio scriptum est. **Simile est regnum celorum decem virginibus.** quique enim ex eis erant fatue & quinque prudentes. **Item** ibi & vni dicitur quique talenta. hinc & dominus ad samaritana mulierem ait. quinque enim viros habuisti. **Senarius** ergo numerus ad dies sex in quibus deus omnem condidit creaturam significatio onem refert. ut est illud in exodo. sex enim diebus condidit deus celum & terram. vel ad omne tempus presentis seculi quod sex etatibus voluitur. vnde dominus perfectior totius operis sui sexta etate. in mundum veniens. sexta feria passus est. in sabato requieuit in sepulchro & in die dominica resurrexit a mortuis. **Septenarius** igitur numerus multiplicem significatio onem habet. quia aliquando ad diem septimum refertur in quo perfectis omnibus dominus requieuit. Vnde & sancto spiritus anime post laborem bonum operum requiescunt ab omni opere suo in eterna beatitudine. Aliquando autem ad septiformem gratiam spiritus sancti pertinet. de quo in apocalypsi scriptum est. septem cornua & septem oculi. septem sunt spiritus dei missi per omnem terram. **Item** septem leguntur ecclesie in apocalypsi que per septem candelabra & per septem stellas figurantur. In quibus plenitudo sanctorum versatur sicut idem testatur. quia septem candelabra septem ecclesie sunt. similiter & septem stelle. **Item** per septem omne presens tempus huius seculi designatur. quod per septem dierum circulum voluitur. & in contraria. partem per septenarium numerum plenitudo peccati id est vniuersitas septem principalium viciorum figuratur. vnde dominus de immundo spiritu in euangelio ait. **Tunc vadit & assumit alios** spiritus septem nequiores se & intrantes habitant ibi & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. **Hinc** & in salomone legitur. ne credideris ei quoniam septem nequicie sunt in anima illius. hoc est diaboli. **Rursum** septem perfectionem fragellorum dei demonstrat. ut in leuitico. castigabit inquit vos dominus septies pro peccatis vestris. **Preterea** septem & octo legis & euangelii figuracionem tenent. vnde in ecclesiaste scriptum est. da partes septem nec non & octo. **Similiter** septem & octo quietis & resurrectionis obtinent sacramen-

tum. **Octo** enim ad diem dominice resurrectionis siue omnium sanctorum futuram resurrectionem pertinet. De qua in titulo psalmi sexti scribitur. in finem pro octava. **Novem** namque ad sacramentum passionis domini demonstrandum satis valet. quia ipse dominus hora nona clamans voce magna emisit spiritum. **Item** novem leguntur esse ordines angelorum id est angeli. archangeli. throni. dominaciones. virtutes. principatus. potestates. cherubin. & seraphin. **Quod** significant nonagintanove oves in euangelica parabola relictas in deserto siue in montibus. **Item** novem ad imperfectionem mandatorum dei. siue imperfectionem omnium bonorum designant. sicut in deuteronomio de lecto regis basan qui typus est diaboli scriptum est. quod novem cubitis sit longitudo eius. **Denarius** ergo numerus ad decalogum legis aliquando refertur. Vnde psalmista ait. in psalmo decem chordarum psallam tibi. **Item** eodem numero perfectio operum vel plenitudo sanctorum designatur. quarum figuram ille decem cortine que in tabernaculo testimonii iubente domino facte sunt obtinuerunt. **Vndenarius** numerus transgressionem legis vel peccatorum obtinet figuram: sicut & vndecimus psalmus qui in eodem numeri sacramento presignatus est ostendit dicens. **Saluum** me fac domine quoniam defecit sanctus. vnde & in tabernaculo federis in similitudine peccantium eiusdem numeri sagacilicina fieri precipiuntur. **Duodecim** ad apostolos pertinent sicut in euangelio demonstratur ubi ita legitur duodecim apostolorum nomina hec sunt. hic ipse dominus ad discipulos suos ait. **Nonne** ego vos elegi duodecim & cetera. **Item** duodecim ad omnium sanctorum pertinet sacramentum quod ex quatuor mundi partibus per fidem trinitatis electi vnam ex se faciunt ecclesiam: horum electorum duodecim illi lapides preciosi ex quibus in apocalypsi ciuitas regis magni constructur figuram habent. **Hi** sunt xii tribus filiorum israel sensu videntes dominum. **Tredecim** vero ad legis plenitudinem & fidem trinitatis pertinent ut in ezechiele: & mensus est inquit altitudinem porte tredecim cubitis. **Quatuordecim** vero ad sacramentum dominice regenerationis respiciunt ut in principio euangelii mathei satis demonstratur. **Ab** abraham usque ad dauid generaciones xiiii. **Item** quatuordecim ad presens tempus vel futurum pertinent sicut in leuitico demonstratur ubi scriptum est de muliere que genuerit feminam dicitur. quod duabus ebdomadibus hoc est presenti & futuro sit in munda. **Quindecim** autem numerus legis & euangelii quietis &

& resurrectionis obtinet mysterium, ut in actibus apostolorum paulus apostolus quindecim diebus cum petro apostolo commorasse dicitur. Sedecim ad numerum sedecim prophetarum. Decem & septem ad sacramentum omnium prophetarum quia decem precepta legis per septiformem gratie spiritus sancti operantur. Viginti ad perfectionem operum que per caritatem operantur. Decalogus enim legis per duo dilectionis precepta duplicatus viginti efficit. Unde & duo cherubin quod est plenitudo sciencie in templo eiusdem numeri cubitos habuisse narratur. Viginti duo pertinent ad sacramentum divinum voluminum secundum hebreorum litteras. Vigintiquatuor numerus ad viginti quatuor libros veteris testamenti iuxta hebreorum tradicionem a quibusdam figuram habere dicitur. Alii vero patres veteris ac novi testamenti sub eodem numero intellexerunt. In apocalypsi. & super thronos xxiiii. seniores sedentes. Nam xxv. corporis quicquid sensibus in semetipsis multiplicatis perveniunt ad sacramentum. sicut in ezechiele manifestat. Viginti octo numerus ad legis & euangelii pertinet mysterium sub cuius numeri sacramento cortine tabernaculi eiusdem numeri cubitos in longitudine habuisse feruntur in exodo. Triginta vero ad fructus fidelium conjugatorum. ut in euangelio. & dabit fructum aliud cetesimum aliud sexagesimum aliud vero tricesimum. Triginta duo ad mysterium etatis qua dominus noster in carne conversatus est. unde ut quibusdam videtur ait apostolus. Donec occurrerem ad unitatem fidei & agnitionis filii dei in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi. Quadraginta vero numerus legis & euangelii obtinet sacramentum. Item quadraginta ad quadagesime sacramentum pertinet. Unde in euangelio de domino scriptum est. & agebat in spiritu in deserto xl diebus. Iterum xl. resurrectionis dominice sacramentum continet. unde in actibus apostolorum ita scriptum est. & conversatus cum eis dies xl. Preterea xl. numerus omne presens huius seculi tempus figurare dicitur: quatuor enim sunt mundi partes & omnis creatura visibilis ex quatuor constat elementis. Denarius vero numerus in bonam vel malam partem perfectus est. qui denarius per quaternarium ductus quadragenarium implet. hinc est quod per psalmistam dicitur. Quadraginta annis proximus sui generacioni huic: & in diluio iuxta eiusdem numeri dies & totidem noctes super terram dominus pluit: & in iona propheta scriptum est. post quadraginta dies ninive subvertetur. quod & ipsum secundum historiam in eadem ciuitate factum

non est. in mundo vero cuius figuram ciuitas illa habuit impletum erit. Quadraginta vero ad numerum in heremo mansionum vel ad numerum generacionum que ab abraham sunt usque ad dominum iesum christum pertinet. Quinquaginta autem ad pentecostes vel aduentum spiritus sancti. unde dicit in actibus apostolorum. dum complerentur dies pentecostes. Item quinquaginta ad indulgentiam pertinet peccatorum in cuius numeri sacramento quinquagesimus psalmus positus est. Sexaginta vero numerus ad omnium perfectorum pertinet sacramentum. unde dicit in cantico canticorum. En lectulum salomonis id est christi ecclesiam sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel. Item sexaginta ad fructum viduus siue continentibus deputat. Unde in euangelio legitur. & dabit fructum aliud sexagesimum. Septuaginta vero ad veterum patrum pertinere dicitur sacramentum. In quorum figuram salomon ad edificium templi septuaginta milia operariorum elegisse dicitur qui in humeris portabant. Nam lxx. & lxxx. ad figuram legis & euangelii simul pertinent ut in psalmo scriptum est. dies annorum in ipsis lxx. anni. Si autem in potentatibus octoginta anni. Septuaginta vero duo ad numerum presbiterorum pertinet moysi vel discipulorum quos dominus in predicationem euangelii elegit. Septuaginta quinque ad numerum animarum pertinet que cum iacob in egyptum descendisse narratur in actibus apostolorum. Octoginta ad quorundam christianorum animas que domino fide tantum non operibus coheret. de quibus in canticis canticorum scriptum est. Septuaginta sunt regine id est anime perfectorum. & octoginta concubine. Ceterum ad martirum fructum siue virginum pertinet ut in euangelio: & dabit inquit fructum aliud cetesimum. & reliqua. Centum viginti numerus perfectionem legis & euangelii per figuram ostendit. Unde legis lator moyses centum viginti annorum esse describitur. & spiritus sanctus in die pentecostes descendit super centum viginti animas credentium qui fuerunt in cenaculo sion congregati. Nam leguntur ante diluuium centum viginti anni ad penitentiam hominibus decreti: & salomoniaci templi altitudo centum viginti cubitorum erat. Hoc autem quod omnis templi altitudo centum viginti cubitorum fuit ad idem sacramentum respicit quod primitiua in iherosolymis ecclesia propter passionem. resurrectionem & ascensionem domini in hoc numero virorum gratiam spiritus sancti accepit. Itaque procedente naturalis numerus progressionem. ab uno usque ad xii. & collectis in unum omnium locorum summatibus cxx. sunt. xv. namque que ex septem & viii constant solent non nunquam ad

significacione referri vite future que nūc in
 fabatissimo gerit animarū fidelium. perficiet
 autem i fine seculi resurrectione corporū im
 mortalium. **Centū** quinquagīta quatuor nu
 mer⁹ ad electoꝝ pertinet sacramētum in qꝝ
 figuram ei⁹dem numeri pisces post resurrec
 tionem domini ab apostolis i euāgelio capti
 referūtur. **Trecēti** ad numeroꝝ perfectōꝝ q
 per crucem ihesu de mūdo triumphātes vic
 toriam reportāt in quorū tipo gedeon in iu
 dicū libro ei⁹dem numeri pugnatores elegit
 se scribitur. **Quingenti** ad quinq; etates mū
 di vt a qbusdam putat pertinet sacramētū q
 bō trāfactis saluator mūdū visitare dignat⁹
 est. in cui⁹ typo noe cū quingentoꝝ esset an
 norum diuinit⁹ ispiratus aptauit arcam in
 salutem domus sue. **Millenarius** numer⁹ p
 fectōꝝ beatitudinis significat. **Vnde** i canti
 co cātorū legitur. **Vinea** fuit pacifico i ea
 que habet populos. tradidit eam custodib⁹:
 vir affert pro fructu ei⁹ mille argēteos. vi
 nea id est ecclesia fructu habūdās fidei fuit
 pacifico id est dño cristo quam tradidit cul
 torib⁹ hoc est pphetis & apostolis atq; an
 gelicis dignitatibus p cuius fructu ipse vir
 affert mille argēteos hoc est perfectionē re
 tribucionis. **Mille ducēti** apostolicoꝝ docto
 rum gerūt figuram: qui omia mūdi dimit
 tentes i verbo predicacōis laborare non ces
 sant. **Hi** duplici remuneracōe que i ducētis
 designatur donant: de quibus scriptum est.
 mille tui pacifici & ducēti his qui custodi
 unt fructus eius. **Septem milia** numer⁹ ad
 omnium electōꝝ pertinet sacramētum qui
 pleni spiritu sancto per ebdomadam huius
 mūdi ad regna celoꝝ colligūtur. **De** quo in
 libro regū reliqui inquit mibi septem milia
 virorum. **Sexcenta milia** quingēti ad sacra
 mētum filioꝝ israhel qui egressi sūt de egip
 to vt i exodo. **Decem milia** numerus ad de
 calogum ptinet legis vt in euangelio. & ob
 latus est ei vn⁹ qui de bebat decem milia ta
 lenta. **Centum xl quatuor milia** ad sacramē
 tum electōꝝ qui ex iudeis i fine mūdi cre
 dituri sūt i cristo. vt quidam volūt. vbi & su
 pra. **Rursum xl quatuor milia** ad sacramen
 tum omnium virginū de quibus i apocalip
 si. & nemo inquit poterat canticum illud di
 cere nisi illa. c. xl. quatuor milia. & post pau
 ca. virgines enim sūt: & i ore ipsoꝝ non est
 inuentum mendacium.

De musica & partibus ei⁹. iiii.

Musica est pericia modulacōis sono cā
 tuq; consistēs. & dicta musica per de
 riuacionem a musis. **Muse** aut appel
 late apotomasan id est a querendo quod per

eas sicut antiqui voluerūt ius carminum &
 vocis modulacio querere. quarum son⁹ ex
 sensibili re est & preterfluit in preteritum
 tempus. in primiturq; memorie ide a poetis
 iouis & memorie filias musas esse confic
 tum est: nisi enim ab homine memoria tene
 atur soni pereūt quia scribi nō possunt. **Mo**
 ises dixit reptorem musice artis fuisse tubal
 qui fuit de stirpe cam ante diluuiū. **Greci**
 vero pitagoram dicūt huius artis inuenisse
 primordia ex maleorū sonitu & cordarū ex
 tensione percussa. **Alii** linū tebeum & zetū
 & anphion i musica arte primos claruisse fe
 runt. **Post** quos paulatim directa est preci
 pue hec disciplina & aucta multis modis.
 eratq; tam turpe nescire quam litteras. **Int**
 ponebatur autem non modo sacris sed & om
 nib⁹ solempnibus omnibusq; letis vel tristi
 orib⁹ reb⁹. vt enī iueneracōe diuina imni ita
 in nupciis imenei & i funeribus treni & la
 menta a tibiis canebantur. **In** conuiuio vero
 lira vel cithara circumferebatur & accuban
 tibus singulis ordinabatur conuiuiale genus
 canticorū. **Itaq;** sine musica nulla disciplina
 potest esse pfecta. nihil enī sine illa. **Nā** & ip
 se mūd⁹ quadam armonia sonoꝝ fertur esse
 composit⁹. & celum ipsū sub armonie modu
 lacione reuoluit. **Musica** mouet affect⁹. pro
 uocat i diuersū habitū sensus. i preliis quoq;
 tube concent⁹ pugnantes accēdit. & quāto
 vehemencior fuerit clangor. tanto fit ad cer
 tamen anim⁹ forcior. **Siquidem** & remiges
 cantus ortatur ad tolerandos quosq; labores
 musica animū mulcet i singuloꝝ operū fati
 gacionem modulacōe vocis solat: excitatos
 quoq; animos musica sedat. sicut de dauid le
 git qui ab spiritu immūdo saulem arte mo
 dulacōis eripuit: ipsas quoq; bestias nec non
 & serpentes volucres delfinas ad auditū sue
 modulacōis musica prouocat. **Sed** & quic
 quid loquimur vel i trinsēcus venarū pulsib⁹
 cōmouemur. per musicos richmos armonie.
 virtutibus probatur esse sociatū. **Musice** p
 tes sūt tres id ē armonica. ritbmica. metri
 ca. **Armonica** est que decernit i sonis acutū
 & grauem. **Ritbmica** est que requirit incus
 sione verborū vtrū bene sonus an male cobe
 rat. **Metrica** est que mensuram diuersorum
 metroꝝ probabili racōe cognoscit. vt verbi
 gracia heroicon iābicon. elegiaron. &c. **Ad**
 omnem aut sonum que materies cantilenaz
 est triformem constat esse naturam. prima ē
 armonica que ex vocum cantibus constat: se
 cunda organica que ex flatu cōsistit. **Tercia**
 ritbmica que pulsu digitoꝝ numeros recipit
Nam aut voce editur sonus sicut per fauces

aut flatu sicut per tubam aut tibiā. aut pul-
 su. sicut per cytharā aut per quodlibet aliud
 quod percuciendo canorū est. Prima diuisio
 musice que armonica dicitur: id est modula-
 cio nis pertinet ad comedos. tragedas vel choros
 vel ad omnes qui voce propria canunt. Hec
 ex animo & corpore motū facit. ex motu so-
 num. ex quo colligitur musica que in homine
 vox appellatur. Vox aer spiritu verberatus.
 unde & verba sūt nuncupata: proprie autem
 vox hominum seu irracōnabilium vel animan-
 tium. Nam in aliis abusive non proprie soni-
 tum vocē vocari. vt vox tube infremuit frac-
 tasq; ad litora voces. Perfecta est aut vox al-
 ta suavis & clara. alta vt in sublime sufficiat
 clara. vt aures ad impleat: suavis vt animos
 audiēcium blandiat. Si ex his aliquid defu-
 erit vox perfecta non fuerit. Secūda diuisio
 organica est in his que spiritu reflante com-
 pleta in sonum vocis animantur. vt sūt tube
 calami. fistule. organa. pandora. & his simi-
 lia. Tercia diuisio richmica pertinet ad ner-
 uos & pulsū cui dantur species cythararū di-
 uersarum. Tympanū quoq; cymbalū. sistrū.
 acitabula erea & argentea. & alia que me-
 tallico rigore reperiuntur. reddunt cum suavi-
 tate tinnitum. & cetera huiusmodi. Cati-
 cum significat scientiam spiritalem vt in psal.
 Cantate domino canticum nouū: psallere est
 opus bonum exercere. Canticū ad contēpla-
 tiuam psallere refertur ad actiuam vitā vbi
 & supra. Iubilacō clamor spiritali feruore ex-
 pressior. siue gaudium ineffabile. quod huma-
 na lingua plenius fari non valet vt in psalmo
 beatus populus qui scit iubilacōem. Primo
 omnium ad organi: eo quod maius esse his om-
 nibus generibus in sonitu & fortitudine nimia
 computatur. clamores veniam quod de dua-
 bus elephantorum pellibus concauum cōiun-
 gitur. & per xii. fabrorum sufflatoria cōpul-
 satum per xii. cicutas ereas in sonitum nimium
 quem in modum tonitruī cōcitāt. ita vt per
 mille passus sine dubio sensibilis seu vtiq; am-
 plius audiatur. sicut apud hebreos de orga-
 nis que ab hierusalem vsq; ad montē oliueti.
 & amplius sonanter audiunt cōprobat. Duo
 genera a plerisque organi esse dicunt. Primū
 est id quod diximus. & aliud quod de pegri-
 natione israhel ppheta preposuit apud babi-
 lonem & subito scribitur ita dicens. Sup flu-
 mina babilonis & reliq;. Hoc totum figura-
 liter ac spiritaliter cristi euāgelium significat
 quoniam & illud de duabus id est duarū le-
 gum asperitate cōiungitur. p xii. sufflatoria
 fabrorum id est per patriarchas ac pphetas
 Per duodecim cicutas ereas id est per aplos

sonum nimium emittit sicut scriptum est. In
 omnem terram exiit sonus eorum id est vox
 euangelii in toto orbe terrarum sicut scriptū
 est. vox tonitruī tui in rota. Nam per mille
 passus. i. per pfectum numerum decem ver-
 borum legis impletur sonus eius. In salicibus
 id ē per laborem vnius cuiusq; doctoris & p
 motum labiorū eius euāgelium predicatur
 Item organum homo siue corpus dominicū
 vt in psalmo. Laudate eum in cordis & orga-
 no. & in aliam partem de vana impiorum le-
 leticia. vt in iob tenet tympanum & cytharā
 & gaudet ad sonitum organi. Tuba itaq; de
 qua in daniēle scriptum est cū audieritis vo-
 cem tube fistule cythare & reliqua diuersis
 figuris ac formis efficitur. Aliter enī est tu-
 ba congregacōis populi. aliter conductionis
 aliter victorie. aliter persequendi inimicos.
 aliter cōclusionis ciuitatum & reliqua. Tuba
 autem congregacōis apud rerum pitissimos
 hoc modo intelligitur. tribus fistulis ereis in
 capite angusto inspiratur in capite voluto p
 quatuor vociductas ereas. que per ereū fun-
 damentum quaternas voces pducunt mugi-
 tum nimium vehementissimumq; profert.
 Ita euāgelium in triua confessione trium p
 sonarum sancte trinitatis in capite angusto.
 hoc est in natiuitate cristi diuinitate inspirat
 & per quatuor vociductas ereas per quatu-
 or euāgelistas. per ereū fundamentum sta-
 bilitatem scilicet fidei & operū in toto orbe
 vocem nimio clamore quasi in modū tube con-
 gregacionis emittit. De fistula autem refer-
 tur ita qd sit bambolum ereum ductile qua-
 dratum. latissimumq; in modum corone cum
 fistulo ereo ferreoq; cōmixto qd in ligno alto
 speciosiq; formato superiore capite constrin-
 gitur. In hoc quoq; per singula latera duode-
 cim tubula erea xii. fistulis in medio positis
 in catenis de pendunt. ita tria búbula vno bi-
 latere per circuitum vtiq; finguntur. & con-
 citato primo búbulo. & concitatis xii. búbu-
 lorum fistulis in medio positis. clamorē mag-
 num fragorēq; nimium supra modum simul
 proferūt. Búbolum itaq; cū fistulis id ē doc-
 tor in medio ecclesie est cum spiritu sancto. q
 loquitur in ea constringitur in ligno alto id ē
 in cristo. quia sapientibus ligno vite compa-
 ratur. in catena id est in fide & non se iungit
 terre id est operibus carnalibus duodecim a-
 postoli. cum fistulis id est cū diuinis eloqis
 Cythara de qua in quadragesimo secūdo psal-
 mo scriptum est. confitebor tibi in cythara
 deus deus meus. pprie cōsuetudinis apud he-
 breos. que cum cordis viginti quatuor. in mo-
 dum delte litere. sicut peritissimi tradunt

vtiq; componitur. & per digitos pindari va-
riis vocibus tinnulisq; actibus i diuersos mo-
dos concitatur. **Cybara** autē de qua sermo
est ecclesie spiritaliter typum habet que cū
viginti quatuor seniorū dogmatibus trinam
formam habens in modum delte littete fidē
sancte trinitatis significat: & per manus a-
postolici ordinis qui predicator illius est in
diuersis modulos veteris & noui testamēti
aliter i littera aliter in sensu figurate conci-
tatur. **Psalterium** q; hebraice. nablum grece
autē psalterium. latine autē laudatoriū dicit
de quo i quinquagesimo & iiii. psalmo dicit
exurge psalterium & cybara. non quod in
modum cythare. sed quod i modū clipei qua-
drati cōformetur. cū cordis decem sic scrip-
tum est. i psalterio decem cordarū psallam
tibi. **Sed** hinc inde corde ei9 contrite sunt.
vt resurgentem ab inferis ad celoꝝ regna p
iudicium manus concitantis ab imo in altum
significaret psalterium quod vulgo canticū
dicit & a psallendo est nominatum quod ad
ei9 vocem chorus consonando respondeat.
Est autē similitudo cythare barbarice. vt alii
volūt in modum delte littere. **Sed** psalterii
& cythare hec differēcia est quod psalteriū
lignum illud concauū vnde son9 redditur.
superius habet & deorsum ferūtur corde &
desuper sonant. **Cybara** vero concauitatem
lingni inferius habet. **Psalteriū** autē hebrei
decacordon vsi sūt propter numerū decalo-
gū legis. **Cytara** significat pecc9 deuotū in
quo tanquam nerui sūt virtutes hoc est spi-
ritalia bona vt i psalmo. **Exurge psalteriū &**
cybara id est opera cum fide. & i malā ptē
vt in esaiā: cybara & lira. & timpanum &
vinum in conuiuio vestris. i quo designatur
voluptuosorum luxuria. **Psalteriū** vero ope-
ra bona significat. vt est illud i psalmo. psal-
teriū iocūdum cum cithara. **Item** psalteriū
decem cordarum operacō decem preceptoꝝ
legis. vt i psalmo. in psalterio decem cordaz
psallite ei. **Item** ibi in decacordo inquit psal-
terio cum cātico & cithara id est sensu & fi-
de. De tuba autem psalterio & cithara i psal-
mo scriptum est. laudate eū i sono tube. lau-
date eum in psalterio & cithara. **Hec** instru-
menta musica significabili modo ad aliquid
ponuntur i ordinem vt tuba concrepet regi:
psalterium canat deo. cithara cū reliquis spō-
so. **Ista** enim ibi non esse manifestum est. sed
hec omnia mysticis allusionibus ad cristū do-
minum constat esse referenda qui est rex &
de9. & spōsus sancte ecclesie. **Sambuca** itaq;
apud peritissimos hebreoꝝ ignota res ē. **An-**
tiquis autem temporib; apud caldeos fuisse

repperitur sicut scriptū est: cū audieritis vo-
cem tube. fistule. cithare. sambuce. & res.
Bucin vocatur tuba apud hebreos. deinde
per diminucōem bucina dicitur. sambuca au-
tem sol apud hebreos interpretatur sic scrip-
tum est. samson sol eorum propterea autem
sambuca apud eos inscribit. quia multi cor-
ticem alicuius arboris esse putant. & per li-
niturā cere mellis esse sonorum quod i modū
tube de ramo arboris moueri potest **Et** ideo
sambuca dicit quod in tempore estatis tantū
fieri potest. & vsq; ad frigoris tempus dura-
re potest. **Arescit** enim secūdū communem
consuetudinem: hec tipum tenet eoꝝ qui do-
minum i bonis suis laudant. & i tempore fri-
goris id est i tempore tribulacōis vel perse-
cucionis laudare eū non possunt. propter ifi-
delitatem vite eorū. & habundanciam diui-
ciarum suarū. **Lira** dicta a potuliro .i. a ua-
rietate vocum quod diuersos sonos efficiat.
Liram primum a mercurio inuentam fuisse
dicunt hoc modo: cum regrediens nilus i su-
os meatus varia in campis reliquisset anima-
lia. relicta etiam testudo est. que cum putre-
facta esset. & nerui eius remansissent extēti
intra coriū percussa a mercurio sonitū dedit
ad cuius speciem mercuri9 liram fecit & or-
feo tradidit. qui eius rei maxime studiosus
erat: vnde & estimatur eadem arte nō feras
tantum. sed & saxa atq; siluas cantus modu-
lacione applicuisse **Hac** musice structurā: pp-
ter studii amorem & carminis laudem etiā i
ter sidera suarū fabularum commentis collo-
catam esse finxerūt. **Lira** enim mystice signi-
ficat sanctorum exultacionem. **Vnde** in para-
lipomenon legitur i liris & nablis. & i malā
partem vt in amos: & cantica lire tue nō au-
diāt. **Timpanum** est pellis vel corium ligno
ex vna parte extentū. est autem pars media
simphonie in similitudinem cribri: timpanū
dictum eo quod in medio est. vnde & marga-
ritum mediū timpanū dicit. & ipsū simpho-
nia ad virgulā percutitur. **Timpanum** pau-
cis verbis explicari oportet. qđ minima res
est. eo quod i manu mulieris portari potest
sicut scriptum est in exodo. **Sumpsit** autem
maria prophetissa soror aaron timpanū i ma-
nu sua: & est tuba cū vna fistula in capite an-
gusto. per quod inspirat: sic & minima sapiē-
encia legis veteris i manu iudeorū sinagoge
antiquis temporibus fuit. **Item** timpanum.
corpus attenuatū in ieiunio significat. vt in
psalmo. laudate eū in timpano & choro. **Cho-**
r9 quoq; simplex pellis est cū duabus cicutis
æereis. & per primam inspiratur. per secun-
dam vocem emittit. tip9 populi prioris qu-

angustam intelligenciam legis acceperat & p angustam voluntatem p dicationis omnia ifirmiter pdicauit. si aut terrena sapienter ac diligēter respiciam? spiritualiter ac mistice intelligenda sūt. Item alio modo ch or? cō cordia est caritatis. vbi & supra. laudate eū in timpano & choro: & in aliā partem. vt in hieremia. versus est in luctū chorus noster: & alibi & organum meum in vocem flenciū **Cymbalum** acitabula quedā sūt que pcussa inuicem se tangunt. & faciunt sonum. dicta autem cymbala quia cum ballemacia simpl p cucionē cū enī greci dicūt cībala ballemacia de q̄ i psalmo scriptū est. laudate eū i cimbalis bene sonantibus. **Cymbala** bene sonancia labia nostra debemus accipere. que non i merito inter musica instrumenta posita sūt. quia & similitudo quedā est cymbalorū. & per ea voces humane armoniam reddere suauissimā comprobantur. **Armonia** est enim diuersarū rerum i vnam conueniēciā redacta copulacio. qd̄ & i voce humana cōstat accidere. quando & tempora ipsa & sillabe in vnam vocis concordia perducūtur. sistrū ab inuentrice vocatum: ysis enim regina egyptiorum id genus inuenisse probatur. **Iuuenalis** ysis & irato feriat mea lumina sistro. inde & hoc mulieres percuciant eo quod inuentrix huius generis mulier fuit. vnde & apud amazonas sistro ad bellum feminarum exercitus vocabatur. **Tintinnabulū** de sono vocis nomen habet. sicut & plausus manū. stridor valuarū. **Symphonia** vulgo appellat lignum cauū ex vtraq; parte pelle extenta quā virgulis hinc & inde musici feriunt. fit q̄ i ea ex concordia grauis & acuti suauissimus cantus.

De medicina.

v.

Medicina est que corporis vel tuetur. vel restaurat salutem. cuius materia versatur in morbis vel vulneribus. Ad hanc itaq; pertinet non ea tantū que ars eorum exhibet. qui proprie medici nominantur: sed eciam cibus & potus tegmen & tegumen: defensio deniq; omnis atq; municō q̄ sanum corp? aduersus externos ictus. casq; seruatur. **Nomen** aut medicine a modo id ē temperamento ipositū estimatur. Nam i ea multū contristatur natura mediocriter aut gaudet: vnde & qui pigmenta & antidota satis vel assidue biberint vexantur. **Immoderatio** enim omnis non salutem sed periculum affert. **Medicine** aut artis auctor ac rector apud grecos perhibetur apollo: hanc filius eius ascolapius laude vel opere ampliauit. s̄ postq; fulminis ictu ascolapius interit. iter

dicta fertur medendi cura. & ars simul cum auctore defecit. latuitq; per annos pene quingentos vsq; ad tempus artaxerxis regii persarum. tunc eam reuocauit in lucem ypo-cras asclepio patre geit? i insula choo. **Sanitas** est integritas corporis & temperacia. ex calido & humido quod est sanguis. vnde & sanitas dicta est quasi sanguinis status: morbi generali vocabulo omnes passiones corporis continentur: quod inde veteres morborum nominaauerūt vt ipsa appellacōe mortis vim que ex eo nascitur demonstrarēt. **Inter** sanitatem autem & morbum media est curacō: que nisi morbo congruat non perducit ad sanitatem. **Morbi** omnes ex quatuor nascūtur humoribus id est ex sanguine & felle melancholia & flegmate. ex ipsis enim reguntur sani ex ipsis leduntur infirmi. **Dum** enim amplius extra cursū nature creuerūt. egritudines faciūt: sicut aut quatuor sūt elementa. sic & iiii. humores. & vnusquisq; humor suum elementum imitatur: sanguis aerem. colera ignem: melancholia terrā: flegma aquā & sunt quatuor humores sicut elementa que conseruat corpora nostra. **Sanguis** ex greca etimologia vocabulum sūpsit quod vegetet. & sustentet & viuat. **Colera** greci vocauerunt q̄ vnus diei spacio terminetur. vñ & colera id est fellicula nominata est. hoc ē fellis effusio. greci enim fel colen dicunt. melancholia dicta eo quod sit ex nigri sanguinis fece admixta habundācia fellis. greci enim melan nigrum vocāt fel autem colen appellant. sanguis latine vocatus quod suavis sit: vnde & homines quibus dominatur sanguis dulces & blandi sūt: flegma autem dixerūt quod sit frigidum. greci enim rigorem flegmonem appellant: ex his quatuor humoribus vt diximus reguntur sani ex ipsis ledūtur infirmi. **Dum** enim amplius extra cursū nature creuerūt. egritudines faciūt. ex sanguine autem & felle acute passiones nascuntur q̄s greci oxea vocāt. flegmate vero & melancholia veteres cause pcedūt. quas greci cronia dicūt. **Oxea** est acutus morbo qui aut cito transit aut celerius iterficit. vt pleurelis frenesis: axi enim acutū apd̄ grecos & velocem significat. **Cronia** est prolixus corporis morbus qui multis temporibus remoratur vt podagra tisis: cronon apud grecos tempus dicitur. **Quedam** passiones ex propriis causis nomina acceperūt. febris a feruore dicta. ē enim abundācia caloris: frenesis appellata siue ab impedimento mētis. quia greci mētē frenas vocant. seu quod dentibus infrendāt **Medicine** curacio spernenda nō est quia &

sanctos viros ea vti legim⁹. & i ecclesiastico de ea ita scriptum est. honora medicū ppter necessitatem: etenim illū creauit altissimus. **A**deo est enim omnis medela: quoniā altissimus creauit de terra medicinam & vir prudens nō abhorrebit illam sed amissis bis que secularium literarū scriptores de morbis & de medicina arte conscripsere. ea hic commemorare sufficiat que in diuinis libris legim⁹ quia & i lege de variis morborum generibus narrat: & propheta esaias medicina arte subuenit ezechie regi iuda. **E**t paulus apostol⁹ timotheo modicum vinū prodesse dixit lāguor est viciorum morbus vt in exodo legit. **S**i obseruaueritis precepta mea omnem lāguorem quem induxi super egiptum non inducam super te. **I**nfirmitas significat impossibilitatem mentis. vt est illud i apostolo. qui infirmus est holera māducet. febris est carnalis cupiditas. insaciabiliter ardēs sicut i euāgelio socrum petri figuratiter febricitantē dicit. **P**araliticus significat animā viciis dissolutam atq; i grabato carnis sue languore peccatorū depressam. vt in euāgelio legit. **E**cce paraliticus in grabato portabatur a quatuor. ydropicus significat auarum hominem. quia sicut ydropicus quāto plus bibit tanto plus sitit. sic auarus quāto plus de pecunia congregat tanto plus auaricie estibus anhelat. **L**epra est doctrina hereticorū falsa atq; varia vel iudeorum infidelitas. siue contaminatio peccatorū vt in leuitico. **L**ocutus est dominus ad moysen & aaron dicens. **H**omo i cuius carne & cute ortus fuerit diuersus color siue pustula aut quasi lucens quippiam. id est plaga lepre adducatur ad aaron sacerdotem vlt ad vnum quēlibet filiorum eius. qui cum viderit leprā in cute. & pilos in album colorē mutatos lepra est & ad arbitrium ei⁹ separabitur. **L**eprosi sūt heretici dominum ihesum cristum blasphemantes. **L**eprosi in barba id est heretici de incarnatione saluatoris vel de sanctis apostolis praua sentientes. **L**eprosi toto i corpore id est qui & sup blasphemā suā in omnē scripturaz seriem permiscentes: lepra tumens in flatu superbia: lepra humilis simulatio cordis vel latens blasphemā: lepra rubens irracūdia cordis: lepra alba est ipochrisis. **L**epra i domo infidelitas est tota in plebe. **L**epra in vestimento significat vicia carnis. **L**epra i carne viua peccata sūt i anima. **L**epra volatica viciū quodlibet ex se generās profluuiū seminis immoderata est locutio: nocturna polucio peccatorum occulta cogitatio est. **M**ulier menstrua anima est imundis cogitatio

nibus polluta. vt in hieremia dicit. **O**mnes querentes eam non deficiēt. in mēstruis ei⁹ inueniēt illam. fluxus sanguinis. est p̄fusio peccatorum. **D**ebilitatio mēbrorum debilitatio mēcium est vt in leuitico legitur. **L**ocutus est dominus ad moysen dicens: loquē ad aron & ad filios ei⁹. **H**omo de semine vestro per familias qui habuerit maculā non accedat ad altare nec offerat panes deo suo si cec⁹ fuerit. si claudus. si torto nasu. si fracta manu. si lgybbus. si lypus oculis. si impetiginem habens in corpore. si iugē scabiē. vel ponderosus & cetera. **C**ecus dicitur qui superna luce priuatus quo gressum operis tendat omnino nescit. **D**e hac cecitate per malachiam ad sacerdotes dicitur. si offeratis cecum ad immolandum nonne malum est. & i bonam partem accipitur vt in euāgelio legitur. si ceci estis non haberetis peccatum. **M**utus est qui non predicat dei verbum nec laudem deo cantat: surdus qui contempnit audire verbum dei. **A**urem absisam habet: qui obediēciam in dei preceptis non exhibet. **L**ipp⁹ oculis est qui ingenium quidem i religencie habet. sed hūc sollicitudo seculi superna contemplare nō sinit. **T**orto nasu est q ad discreciōem boni ac mali idoneus nō est. **L**ig uam absisam habet. qui fidem rectam minime confitetur. **M**anum fractā habet qui ab actione recta exfors vacat. **C**laudus est: qui quo operis gressus tendat videt. sed eum infirmitas mentis bene agere nō sinit: & i bonam partem in euāgelio accipitur. & pauperes ac debiles introduc huc. **L**ipp⁹ ē: quē terrena cupiditas deprimēs. mentis oculos ad celestia cōtemplanda eleuare nō sinit. **C**on fractis testiculis ē. qui virides sensus aduersus vicia nō habet. **P**onderosus est quē praua cogitatio indefinēter grauāt i mēte. **S**cabie i corpore habet: quem luxuria carnis de uastat in mente. **I**mpetiginē habet cui auaricia dominatur in corde. **A**li hāc impetiginē conciliabula hereticorum intellexerūt. **A**bstractus est: qui peccatis propriis exigētibus a xp̄i corpore quod est ecclesia separatus est. **M**edicus xp̄s vt in euāgelio. **N**on egēt sani medico. sed male habētes. **R**esina celestis medicina est vt hieremias dicit. **N**ūquid nō est resina i galaad hoc est in ecclesia aut medicus nō est ibi. **I**tem ibi propter animā peccatorum lāguore infirmam. ponite inquit resinam ad dolorem eius si forte sanetur. **O**dor vocatus ab aere. thimiama greca lingua vocata quod sit odorabile. nā timo dicitur flos q odorem refert. de quo virgilius. redolentq; thimo. **I**ncensum dictum quia igne cōsumit

dum offertur. significat enim incensum orationis puritatem. vnde dicitur in psalmo: dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Et in exodo dominus ad moysen ait. sume tibi aromata. stacten & onicha galbanum boni odoris. & thus lucidissimum. equalis ponderis erunt omnia. faciesque tymiama opositum opere unguentarii mixtum diligenter & purum. **T**ymiama opositum ex aromatibus facimus cum in altari boni operis virtutum multiplici tate redolemus: quod mixtum & purum fit. quia quantum virtus virtuti iungitur. tantum incensum boni operis sincerius exhibetur. **A**romata ergo in puluere redigere: est virtutes recogitando terere. & subtiliter examinare. Incensum odoriferum de pigmentis est suavis adustio. que carbonibus cremata carissimum fumum porrigit ad superna. & odorates se delectabili iocunditate permulcet. sic beatorum oratio igne caritatis incensa. diuinis spectibus ingeritur. que magis humilitatis & compunctionis pondere subleuatur. **V**irtutibus enim dominus noster tanquam bonis delectatur odoribus. nam orationem sanctam velut odorem suauissimum suscipere dominum. & in apocalypsi legitur ubi dictum est. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum & ascendit fumus supplicationum de manu angeli in conspectu domini ut daret de orationibus sanctorum quod est ante dominum.

Incipit liber xviii.

D e cultura agrorum.	i.
D e frumentis.	ii.
D e leguminibus.	iii.
D e vitibus.	iiii.
D e arboribus.	v.
D e propriis nominibus arborum.	vi.
D e aromaticis arboribus.	vii.
D e herbis aromaticis siue communibus.	viii.
D e bo'eribus.	viiii.

Cultura est que frumenta vel vna magno labore queruntur. ab incolendo vocata. Diuicie enim antiquorum in his duobus erant bene pascere & bene arare. **C**ultura agri cinis aracio. intermissio. incensio stipularum. stercoracio. occatio. runcacio. **C**inis est incendium per quod ager inutile humorem exudat. **A**racio dicta quia de ere prius terre culturam exercebant. antequam ferri fuisset usus repertus. **D**uplex ergo aracio vernalis & autumnalis. **I**ntermissio est qua alternis annis vacuus ager vires recipit. **S**tercoracio est letaminis aspersio. stercus autem vocatum. vel

quia sternitur in agris. vel quia extergi oportet quod sordidum in ciuitate redudat. **I**dem & fimus est qui per agros iacitur. & dictus fimus id est stercus quod vulgo letamen vocatur: eo quod suo nutrimento leta faciat germina. reddatque arua pingua & fecunda. **O**ccatio est cum rustici facione facta bobus dimissis grandes glebas cedunt ac ligonibus frangunt: & dicta occatio quasi occecacio quod operiat semina: occare igitur est operire tra semina. vites. vel arbores. **R**uncacio est a terra herbas vellere. nam rus terra est: sulcus a sole vocatus. quod proficissus solem capiat. **V**eractum dictum quasi vere actum id est verum aratum. **P**roficissio est aracio prima cum adhuc durus ager est. **S**atio dicta quasi seminis actio vel quasi satorum actio. serere autem vocatum quod hoc sereno celo faciendum est non per imbres. **H**inc est & illud virgilianum nudus ara. sere nudus. **M**essis a metendo id est a recidendo dicta. seges autem de semine dicta quod iacimus siue a sectione. **S**piritualiter autem in scripturis sacris agricultura corda credentium intelliguntur. in quibus fructus virtutum germinat: vnde apostolus ad credentes ait. dei agricultura estis. dei edificatio estis. **A**gricola autem deus est. vnde dominus in euangelio ait. Ego sum vitis vera. & pater meus agricola est. **I**tem agricola apostoli sunt vel ceteri predicatorum. **C**oloni vero sancti intelliguntur. **V**nde in euangelio dicit. malos male perdet. id est iudeos & vineam suam tradet colonis aliis: operarii apostoli vel ceteri predicatorum. **I**n euangelio legitur. rogate dominum messis ut mittat operarios in messem suam. **A**liter operarii heretici in apostolo. **V**idete inquit canes. videte malos operarios. videte concisiones. **I**nceduntur ergo igne agri ut omnis humor inutilis exudat. quando per zelum dei omnis superfluitas vicioque a cordibus electorum exurit. ne ibi quicquam pestiferum germinet. **A**rantur agri quando per doctorum predicacionem turbe credentium exercentur. & preparantur ad accipiendum seminum verbum dei. semen enim est verbum dei ut in euangelio dominus ipse ostendit. **S**tercora ergo in agrum mittuntur ut melius fructificet quia per recordacionem peccatorem quique fideles ad penitenciam prouocabunt. ut melius in sulcis iusticie crescat. germinet recte fidei & fructus bone operacionis. **S**ulci sunt corda fidelium ut in psalmo sulcos eius inebria. & in iob: si aduersum me in terra mea clamat. & cum ipsa sulci eius deflent. **S**emen diuina predicacio ut in euangelio. exiit qui seminat semen suum. semen hereticorum predicacio autem

127
stulticie perfusa vt i pentatbeuco. Omne se-
men super quod ceciderit aqua i mundum
erit. Arator crux. siue predicacōis officium
vel inchoatio bonorum opeꝝ. vt i euangelio.
Nemo mittens manum suam i aratrum. &
respiciēs retro apt⁹ est regno celoꝝ. Arare
predicacōis est officium exercere. vnde in li-
bro regum legitur. & ipse in xii. arantibus
vnus erat. Seminare est predicacōis sermo-
nem i corda fidelium spargere. vt in pp̄ha.
& seminabūt agros. Segetes autem plebes
sunt fidelium quas mundant & expurgant.
agricultores spirituales. hoc ē doctores san-
cti nequicquam ibi crescat iutile aq̄ virulé-
tum. Messis vero vbertas est vel copia fide-
lium. vt in euangelio dominus ad apostolos
ait. leuate oculos vestros. & videte regioēs
quia albe sunt iam ad messem. Aliter autem
messis cōsumacio est seculi mēssores vero an-
geli dei. triticum autem electi sunt. & ziza-
nia reprobī. Colligunt ergo segetes & redi-
guntur in manipulos. vt in horreum domini
collocentur. cum sancti viri cum manipulis
virtutum i celestem mansionem recipiuntur
vt est i psalmo. Venientes inquit venient in
exultacōe portantes manipulos suos. hoc est
mercedem bonorum opeꝝ metētes. Zizania
vero scandala vel male viuētes intelliguntur
vt in euangelio scriptū est. venit inimicus.
& superfeminauit zizania i medio tritici. &
paulo p̄9. Alligate inquit zizania: fasticulos
ad cōburerndum. triticū autē congregate in
horreum meum.

De frumentis. ii.

Hamenta sūt proprie que aristas ha-
bent. fruges autem relique. Spirale
autem frumentum aut ipsum redēp-
torem nostrum significat. qui i euāgelio ait
Nisi granum frumenti cadens i terram mor-
tuum fuerit ipsum solum manet: vel sanctos
viros qui membra sunt corporis eius. Item
frumentum predicacōis sermonem significat
vnde salomon ait. qui abscondit frumentum
maledicetur in populis. Triticū autē similit̄
electos significat. qui pertinent ad horreum
dominicum. sicut supra ostendimus. Siligo
genus tritici a serendo dictum. nam in pane
species eius precipua est. Hordeum dictum
quod precesteris generibus frumēti antea fi-
at aridum. vel quod spica eius ordines habe-
at. Significat autem ordeum. literam legis
veteris. que carnalibus iudeis ad alimentū
data est. vnde i euangelio legitur ex quin-
que panibus ordeaciis quinque milia hominum do-
minus faciauit. Rursum i genesi scriptum ē
de ysaac. Seuit ysaac & inuenit in illo anno

130
cētuplum ordei. Arista appellata quod pri⁹
ipsa arefcatur. Culmus est ipse calamus spice q̄
a radicibus nascitur. & dictus culmus quasi
calamus. folliculum est theca frumenti in q̄
granum seruatur interius. Hec super spicā
vallo instructa munimen pretēdit. ne auium
minorum moribus spica fructibus exuatur.
aut vestigiis proteratur. Hec quoq̄ obseruā-
tiam carnalē legis veteris significant. i qua
medulla sensus spiritalis condita latet. spice
inicia fidei. vel inchoatio bonoꝝ operū sicut
in iob de hereticis dicitur. & esuriētibus tu-
leūt spicas. Stipula aridi ad fidem vel ianes
n apostolo. lignum. fenū. stipula. & i pp̄ha.
heu mihi quia factus sū sicut qui colligit sti-
pulam i messe. hoc est nullū boni operis fruc-
tum inueni. stipula autē ac palee peccatore
significant. qui apti sunt ad incendiū eternū
vnde scriptum est. Paleas autem exurit ig-
ni iextinguibili. i hieremia quoq̄ scriptum
est. quid paleis ad triticum dicit dominus.
Acerui collectio fidelium ad aream ecclesie
siue sanctorum predicatio perfecta. sicut in
iob de hereticis dicitur. iter areros eorum
meridiati sunt.

De leguminibus. iii.

Legumina a legendo dicta quasi elec-
ta. veteres enim meliora queq̄ lege-
bant. siue quod manu legatur nec sectionem
requirant. Leguminum plurima genera ex
quibus faba. lenticula. pisū. faseolum. cicer.
lupinum gratiora i vsu hominū vident̄. Mis-
tice autē legumina continenciam luxurie. &
mortificacōem corporis significare possunt.
vnde i danielē propheta. ipse daniel & tres
pueri cum eo contemptis deliciis regalibus
appetisse esū leguminū. contritis carnalibus
desideriis merito viri desiderioꝝ spiritaliū
possunt nūcupari.

De vitibus. iiii.

Vitis plantacōem primus noe iſtituit
rudi adhuc seculo. Apud grecos autē
constat inuentorem vitis liberum ap-
pellari: vnde & eum gentiles post mortem
deum esse voluerunt. Vitis dicta quod vim
habeat cicius radicandi. Alii putant vites
dictas qd̄ iuicem se vites inestant. vicinisq̄
arboribus reptando religēt̄. est enim earū
natura flexibilis. quod quasi brachiis quib-
dam quicquid comprehenderit stringant.
Labrusca est vitis agreſtis que i terre mar-
ginibus nascitur. vnde & labrusca dicta a la-
bris & extremitatibus terre: sūmitates viti-
um & fruticū flagella nūcupantur. eo quod
agitentur. Palmes vitis. materia mollis qui
per nouella brachia missus fructum affert.

Corimbi sunt anuli qui proxima queque ligant. & comprehendunt. ne longius laxati palmites ventorum flatibus dissipentur. **V**ue dicte quod intrinsecus humore sint plene. succi & pinguedinis: nam humidum est quod exterius humorē habet. vuidum quod interius ut acina. botrus. **R**acemus est botrionis pars & botrio grecum est. **M**ystice autem vinea ecclesia vel populus israel potest intelligi: de quo in esaiā ita scriptum est. vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei & sepiuit eam. & lapides elegit ex ea. & plantauit eam electam & edificauit turrē in medio eius & torcular extruxit in ea. & expectauit ut faceret uas. & fecit labruscas. & cetera. **Q**uod autem vinea dei appellatur populus israel. & in fine huius cantici legimus. **V**inea domini exercituum domus israel. & vir iuda germē laudabile eius. & in lxx nono. psalmo vineam de egypto transtulisti. eiecisti gētes & plantasti eam. in euāgelio quoque pene huiusmodi verbis quibus propheta nunc loquitur dominus textit parabolam. **H**omo quidam erat paterfamilias qui plantauit vineam. & maceriam illi circumdedit. & fodit in ea torcular. edificauit turrē & locauit eam agricolis. & cetera. **E**t in hieremia legimus. ego plantauit te vineam fructiferā totā veram quomodo conuersa es in amaritudinem vinea aliena. **I**taque hierusalē ut diximus plangitur & sermone prophetico illius ruina cātatur. porro ecclesie & populo quondam gentium aliud carmē ē editum de quo in psalmis legimus. **C**antate domino omnis terra. annūciate de die in diem salutare eius. annūciate in gentibus gloriam eius. in omnibus populis mirabilia eius. per metaforam ut diximus vinee describit populum iudeorum quem sepsit angelorum auxilio. & lapides elegit ex eo. vel idola vel omnia que dei cultū poterant impedire. & plantauit eam vineā sorech. quam solus simmachus electam interpretatur ē. **E**dificauit quoque turrē in medio eius. templū videlicet in media ciuitate & torcular struxit in ea. quod quidam altare significare putant. ut in cātico esaię dicitur & torcular fodi in ea. torcular ē futura tribulacō ut in apoc. et ipse calcavit torcular vini ire furoris domini **S**icut enī ad torcular omnes uue cōportant atque calcantur ut ex eis exprimatur vinum. sic altare omnis populi suscipit fructus. & in molatas hostias deuorat iuxta illud quod de beniamin legitur. **B**eniamin lupus rapax mane comedit. & ad vesperam dabit escas. **C**ū cta que dicuntur de vinea possunt & ad anime humane referri statim. que a deo plantata in bonum nō uam attulerit sed labruscas

& postea sit tradita bestis conculcanda ne diuinarum imbrem susceperit doctrinarum quia preterita contempserit. **V**itibus inter cetera magis ista conueniant. oblaqueatio. putatio. propaginatio. fossio. oblaqueare est circa radicem terram aperire: & velut lac efficere. putare est virgam ex vite superuacua refecare cuius flagellis luxuriat. putare enim dicitur purgare id ē amputare. traducere. **P**ropaginare vero flagellum vitis terre submersū sternere. & quasi porro pangere. hinc propagines a propagare & protendere dicte. fodere vero est quasi foueam facere ac fouere. **H**ec omnia si quis diligenter intenderit in ecclesie instructione spiritaliter inueniri poterit. vnde in cātica canticorum sponsa dicit. **F**lores apparuerunt in terra. tempus putacionis aduenit. id ē ut amputatis inutilibus vane religionis sarmētis. futuro fidei fructui preparet. **V**itis vero allegorice significat cristum qui dicit in euāgelio: ego sum vitis vera. **I**tem in aliam partē vinee vel vitis significacō trahit ut est in illud in cātico dūteronomii ex vinea enī sodomorum vitis eorum. & ppago eorum ex gomorra. palmites autem apostoli vel sancti allegorice intelliguntur: vnde dominus ad apostolos ait. ego sum vitis vera. & vos palmites. & **S**imiliter & uua fructum iusticie significat & e contrario sub alia significacōne legitur. **V**ua eorum uua fellis. botrus amaritudinis in ipsis. **B**otrus autem alibi ecclesiam siue corpus domini significat. **V**nde in numerorum libro scriptū est. quod duo viri portarent botrum in uecte de terra repromissionis. quia duo ordines predicatorum cristi incarnacōe voce & verbo credentibus afferunt. quia quē prophete futurū annūciauerunt. hunc apostoli iam venisse testantur. **V**indemia autē mistice consumacō seculi intelligitur. vel vindicta in populum. **V**nde in psalmo legitur. vindemiant eam omnes qui transeunt viā: & iobē mittite inquit falces. & vindemiate vineam terre. quoniam mature sūt uue eius. **V**inea est ecclesia ut in cātico canticorum dicitur. vinea fuit pacifico. & tradidit eam custodibus id est apostolis. **I**tem vinea plebs iudaica ut in psalterio. **V**ineam ex egypto transtulisti: vinea fidelium plebs ut in salomone capite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas **V**inee bonorum operum actiones ut in propheta. & plantabunt vineas: & in aliam partem ut in salomone legitur. transeui per vineam viri stulti. & ecce omnia repleuerunt vrtice. **T**orcular sicut supra diximus altare significat ab eo quod ibi oblacōes tanquam fructus cōferant:

197
& aliter torcular tribulacionum pressuram significat. in qua fideles probantur. Vnde i. titulo quorūdam psalmorum scriptum ē. in finem pro torcularibus.

De arboribus. v.

Arborum nomē siue herbarum ab aruis inflexum creditur eo quod terris fixis radicibus adherent: vtraque autem ideo sibi pene similia sūt. quia ex vno alterū gignitur. Nam dum sementem in terrā ieceris herba prius oritur. deinceps confota surgit in arborem. & infra paruum tempus quam herbam videras arbutā suscipis. Arbusta arbor nouella & tenera. in qua insertio fieri potest. & dicta arbusta quia arboris basta. Alii arbustum locum in quo arbores sunt volunt accipere. sicut salectū. sic & virecta vbi virgulte nouelle uirentes sūt. Arbor autem humanum genus significat ut est illud. Arborē fici quidam habuit plantatam in vinea. Item arbor bona dicitur bonus homo. & mala arbor malus homo. quidam in hoc testimonio arborem voluntatem hominis magis quam ipsum hominem accipiendum putant: & fructum bonum. bona opera. malum vero mala opera. Radix autem originem mystice significat. vnde in apostolo scriptum est. quod si radix sancta & rami. Item de peccatore dicitur. destruet te deus. in finem euellet te. & emigrabit de tabernaculo suo. & radicem tuam de terra viuentium. Rami vero propaginem cuiuslibet exprimunt in bonam partem siue in malā translata. In bonam ut est illud in euāgelio de grano sinapis de quo dominus ait. fit arbor ita ut veniant volucres celi & habitent in ramis eius. Item in aliam partem in danielē scriptum est. precidite arborem & ramos eius & in salomone. & precidantur rami inconsummati. folium vero sermonem doctrine significat: vnde in psalmo scriptum est de ligno illo mirabili quod plantatum est secus decursus aquarum. quod fructum suum dabit in tempore suo & folium eius non decidet. Hoc enim lignum significat dominum nostrum iesum christum. propter passionem crucis cuius virtutum fructus pabala sūt credencium cuius folia non decidunt. quia nullo casu verba eius a veritate discedunt. Hec sūt aque spirituales: hec folia salutaria. de quibus in apocalipsi beatus iohannes dicit. & ostendit mihi flumen aque vite splendidum: tanquam cristallū exiens de throno dei & agni. in medio platee eius. & ex vtraque parte fluminis arborem. vite que facit fructum duodecies singulis mensibus reddens fructum suum & folia illius arboris sūt in sanitatem gentium deputata.

140
Flos enim christum mystice significat. qui in cātico canticorum dicit. ego flos campi & lilium conuallium. flores significant incrementa bone conuersationis ut est illud in cātico canticorum flores apparuerunt in terra id est inicia fidei & iustitie floruerunt in mundo. crescete ecclesia christi. Item flos gloria seculi huius. in isaiā omnis inquit caro fenum. & omnis gloria eius quasi flos feni. Poma significant fructum sanctorum in virtutibus ut est illud in cātico canticorum & manducet fructum pomorum suorum. Item sponsa ad sponsum dicit. omnia poma noua & vetera dilecte mi seruauit tibi Poma noua & vetera precepta siue promissa sūt noui testamēti & veteris. que omnia ad christi gratiam referre ecclesiam manifestum ē. Rursum poma dulcedo peccati. vnde in amos legitur: quid tu vides amos. Et dixit. vincinum pomorum hoc est supplicia peccatorum. Matura dicuntur quod apta sūt ad mandendum. sic & immatura quia priusquam matura fiant dura sunt ad mandendum. Allegorice autem matura dicuntur illa que perfecta sunt. immatura autem que imperfecta esse dinoscuntur. Silue autem siue saltus mystice gentes significant. vel etiam sacram scripturam allegoricis testimoniis obumbratam ut est illud. deus a libano veniet. & sanctus de monte umbrato & condensa. De quo in psalmo scriptum est. inuenimus eam in campis silue. Campi vero siue indicant corda gentilium que ex peccatis quasi siluestribus ac dumosis locis mandante domino capestri puritate patuerunt. De his siluis egressi sūt duo vrbes. reges videlicet romanorum ad preceptum tyfici helisei & post quadraginta duos annos ascensionis eius ad celos iudaicos pueros comederunt. Silue gētes sūt ut in psalmo. exterminauit eam ap de silua. Condensa autem hoc est opaca siluestria. que loca significant diuine scripture occulta. ut ē illud in psalmo. Reuelauit dominus condensam. & in templo eius omnes dicent gloriam. Reuelauit enim timor domini condensam quando ignoracione deposita ad intelligentiam diuine legis: deuoti populi conuenerunt. Pro qua re in ecclesia eius omnes referunt gloriam. putat unusquisque prefati spiritus septiformis dona suscipit. gloria enim sicut dictum sepe meminimus laus est facta celebratione multorum. Item saltus significat populum ecclesie de quo in propheta scriptum est. qui habitant in deserto securi dormient in saltibus. Rursus saltus meridianus tyfum tenet populi iudeorum. vnde in ezechiel dicit. hec dicit dominus ad saltum agri meridiani. Ecce ego succendam ignem in te & deuorabit omne lignum viride. & omne

lignum aridum. **L**igna dicta quia incensa conuertuntur in lumē . unde & lucinium dicitur . quod lumen det. Astula ab tollendo nuncupata. **F**omes est astula que ab arboribus excutitur recisione: aut astule ambuste aut ligna cauata. a fungis nomine accepto. quod ita capiunt ignem. de quo virgilius. rapuitque isomite flammā. **L**igna enim & in bonam partem & in malam posita reperiuntur. in bonam ut est illud. gaudebunt campi. & omnia ligna siluarum. ante faciem domini quoniam venit. In malam vero ut est illud in ecclesiaste: qui scindit ligna periclitabitur in eis. quia quicumque executor est peccatorum eterno incendio deputabitur. **I**tem ligna anguli ut quidam putant sicut in ezechiele propheta per diabulo dicitur. **O**mnne lignum paridisi non est assimilatum ei. & post pauca cedri non fuerunt altiores illi. **L**ignum cristi siue sancti. in psalmo. & erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. & in euangelio. si in viridi ligno hec faciunt in arido quid fiet. **L**ignum homo ut in ecclesiaste. si ceciderit lignum ad austrum siue ad aquilonem. id est in bonam vel in malam partem. ubicumque ceciderit ibi erit. **L**igna testimonia scripturarum in leuitico. **I**gnis autem in altari semper ardebit. quem nutriet sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies. huc testimonio salomonis sententia congruit in qua ait. qui addit scientiam addit dolorem. **L**ignum crux cristi in libro sapientie. **B**enedictum lignum per quod fit iustitia. & in psalmo dominus regnavit a ligno. ligna peccata in deuteronomio. si quis abierit cum proximo suo simpliciter in suam ad ligna cedenda. **T**orris lignum adustum quem vulgus ticionem appellat extractum foco semustum & extinctum. **Q**uisquis stipule in mixte surculis ac foliis aridis. sunt autem purgamenta terrarum. **M**istice autem torris vel ticio significat sapientiam uanam. que vere sapientie contraria est unde legitur in isaiam propheta. dominum dixisse ad ipsum prophetam. **E**gredere in occursum achaz tu & qui derelictus est iasub filius tuus ad extremum aqueductus piscine superioris in via agri fullonis. & dices ad eum. **V**ide ne sileas noli timere. & cor tuum ne formidet a duabus caudis ticionum fumigantium istorum in ira furoris rasiin regis sirie & filii romelie. eorum consilium inierit contra te siria in malum effraim & filius romelie dicentes. **A**scendamus ad iudam & suscitemus eum. & euellamus eum ad nos. **D**uas autem caudas torrium fumigantium ut prius diximus vocat sapientiam secularem hereticumque sermonem quorum finis exustio est. qui frustra inierunt

consilium ut ascenderet contra iudam & quasi negligentem & dormientem caperent. & suis erroribus copularent. **C**aries putredo lignorum. dictum hoc nomen quod eueniat lignis virtute careribus. **C**aries autem significare potest putredinem peccatorum. unde homines carnales vermibus concupiscentie exesi inbabiles efficiuntur edificio spiritali pertinente ad ciuitatem dei.

De propriis nominibus arborum. vi.

Palma dicta quia manus victricis ornatus est. vel quod oppansus est ramis in modum palme hominis. Est enim arbor insigne victoriae. proceramque ac decoro virgulto diuturnisque vestita frondibus & folia sua sine ulla successione conseruans. **H**anc greci fenice dicunt quod diu durat ex nomine auis illius arabice que multis annis viuere prohibetur. **Q**ue dum in multis locis nascatur. non in omnibus fructus perficit maturitatem. frequenter autem in egipto & siria. fructus autem eius dactili a digitorum similitudine nuncupati sunt. **P**alma enim dicta est quasi pacis alma que premium est in agone vicentibus sicut apostolus dicit. **N**unc tendo ad palmam superne vocacionis. hec super terras hispida est & quibusdam tumoribus inequalis. sed ubi ad superna processerit. dulcissimorum fructuum suauitate completur. & quasi quibusdam radiis ornata distenditur: sic iustorum conuersatio in hoc mundo duris est laboribus plena. sed in supernis probatur esse pulcherrima. **P**alma autem significare potest homines virtutum decore semper virentes. & victoriam de vicis omnibus & hostibus spiritualibus capiētes. unde de premium corone eterne a domino accipiunt. de quo in psalmo scriptum est. **I**ustus ut palma florebit. sicut cedrus libani multiplicabitur & in cantico canticorum sponsa de sponso dicit. **C**ome eius sicut elate palmarum. nigri quicquid coruus. **C**ome caterue sanctorum que deo fidelium famulatu adherent. elate palme propter caput domini. nigre propter despectionem apud homines. vel elate ob uictoriam. nigre ob pressuras. **L**aurus a verbo laudis dicta. hac enim cum laudibus victorum capita coronabantur. **A**pus antiquos autem laudea nominabantur: postea. d. litera sublata & subrogata. r. dicta est laurus. ut in auriculis que in inicio audicule dicte sunt. & meridies qui nunc meridies dicitur. **H**anc arborem greci dafnem vocant. quod nunquam deponat viriditatem in de illa potius victores coronabantur: sola quod hec arbor fulgore fulminari minime creditur. **H**ec arbor bene potest significare martirum uictorias & coronas in marcescibiles. **M**alum a

grecis dicti q̄ sit fructus eius pomorū om-
 nium rotundissimus : vnde & hec sūt vera
 mala que vehementer rotūda sūt . **Malaria**
 riana a loco vocata . vnde prius aduecta sūt .
Nam multe arbores nomina ex puinciis vel
 ciuitatibus de quibus allate sūt acceperūt .
Virgilius amantibz quid ex malo queri sole
 at ostendit . **Malacidonia** nomē sūpsit ab o-
 pido que ē ī insula creta de qua greci dicere
 solent vrbiū cretēsiū matrem cidoniā . ex
 cuius pomo cidonicū conficitur . fit quoq; ex
 ea & vinum quo languentiū desideria fallū-
 tur . nam specie & gustu . & odore cuiuslibet
 vini veteris imaginē representat . **Ma'ome-**
lum a dulcedine appellatum v̄l q̄ fruct9 ei9
 mellis saporem habeat . v̄l q̄ in melle ser-
 uetur : malum autē allegorice significat do-
 minum cristū . vnde sponsa ī canticō canticō-
 rum dicit . sicut malum inter ligna siluarū .
 sic dilectus meus ī ter filias . sub vmbra ill9
 quem desiderabam sedi . & fructus eius dul-
 cis gatturi meo . hoc est sicut malū visu odo-
 re & gustu antecedit ligna siluestria . sic xps
 antecellit omnes sanctos . qui filii dei dicunt̄
 sed gratia ille sol9 natura . & eodē prodeūte
 quem semper adesse quesui quiesco ac secu-
 ra permaneo . quia gratie sue celesti dulcedi-
 ne me reficit . **Malum punicum** dici eo q̄
 ex punica regione sit genus eius translatum
 idē & malum granatum . eo q̄ ītra corticis
 rotunditatem granorum contineat multitu-
 dinem . **Malapunica** ecclesia est siue vnitas
 fidei & pacis concordia ob cuius figuram isra-
 belitici exploratores ī libro numeri de terra
 repromissionis malū punicum cum botro pa-
 riter & ficis portabant : & in exodo . In orna-
 mento sacerdotis malapunica tintinnabulis
 aureis coniungi precipiuntur . **Malum** autē
 punicum significat cetum sanctorū & electo-
 rum virorum . vnde sponsa ad sponsū ī cāntico
 cānticorum dicit . sicut cortex malipunici ge-
 ne tue . absq; occultis tuis . **Gene** sancte eccle-
 sie spirituales sūt patres : qui virtutibus sunt
 mirabiles & moribus venerabiles . & ī cruce
 cristi gloriari non erubescerent . & hec mag-
 na sūt valde que vidētur ī ea : sed multo ma-
 iora que non videntur & ī futura reseruant̄
Potest & ī malo granato itelligi ecclesia de
 multis gentibus congregata . siue diuersas ī
 se gratias habens . vnde in canticis canticorū
 de ea scriptum legitur . emissiones tue para-
 disus malorum granatorum cum fructu po-
 morum . **Ficus** latine a fecunditate vocatur .
 feratior est enim arboribus ceteris . nam ter
 quaterq; per singulos annos generat fructū
 atq; altero maturescente alter oboritur : hic

& carice a copia nominate sūt . ficus mystice
 significat sinagogam iudeorū vt est illud in
 euangelio . **A**refacta est cōtinuo ficulnea . &
 in abacuch . fic9 inquit non afferet fructū . &
 nō erit generatio ī vineis & cetera . **Ficus** vi-
 nee & oliua erat synagoga iudeorū . quando
 dulcedinem bone operacōis . flagrāt iā ferui-
 de di'ectionis . piguedinem animi misericor-
 dis . deo deuota proferebat : sed hec ficus do-
 mino ad eam tercio veniente hoc est in legis
 lacōe per moisen ī sedula increpatione & ex-
 hortacōe per pphetas . ī oblacōe gratie per
 seipsū virtutis fructū ferre neglexit . prop-
 ter qđ ad maledictionem eius eterna aridita-
 te damnata est . **I**tem ficus prisca lex vnde
 dicitur ī euāgelio . **H**omo quidam plantauit
 vineam hoc est plebem iudaicam . & ī vinea
 plātauit ficū . **F**olia ficus asperitas est legis
 vel prurigo viciorū . hinc est illud in genesi .
 & sūpsit folia ficus & fecerūt sibi perizo-
 mata hoc est succinctoria genitaliū . **C**apri-
 ficus appellata eo quod parietes qbus ī nasci-
 tur carpat . rūpit enim & prodit ex latebris
 quibz concepta est . **A**lii caprificū putant di-
 ctum . quod ficus arbor eius remedio fecū-
 detur . **Morus** a grecis vocata quā latinī
 rubū appellant eo q̄ fruct9 vel virgulta ei9
 rubent . **E**st enim mora siluestris fruct9 asie-
 res . qbus ī deserto pastoꝝ fames ac penuria
 confouet̄ . hui9 folia superiacata serpēti fe-
 rūtur interimere eū . **Rubus** ergo vt quidam
 opinant̄ marie virginis prefiguracōne eoq;
 quāsi de humani corporis rubo . saluatorem
 tanq; rosam emisit . aut q̄ vim diuini ful-
 goris sine sui consūptione pertulerit . **V**nde
 in exodo legit̄ . **A**pparuit domin9 moyl ī flā-
 ma ignis de medio rubi . & videbat quod ru-
 bus arderet & non cōbureret̄ . **Sicomor9** sic
 & morus greca nomina sūt . dicta autē sicomo-
 rus eoq; sint folia eius similia moro . **H**anc
 latini celsam appellāt ab altitudine quia non
 est breuis vt morus . **A**lii autē dicūt eam ficū
 esse siluestre . **V**nde amos propheta ad ama-
 siam ait . **N**on sū propheta . nec fili9 pphete .
 sed cū essem armētarius . & ruborum mora
 stringerem . tulit me domin9 sequētem gre-
 ges . **H**oc dicēdū est quod humilem pastorē
 & rusticum assumpsit domin9 . & miserit
 ad populū suū israel & preceperit ei vt egre-
 deretur de terra sua . & samariam pergeret
Item sicomorus vana scientia . **I**n hieremia .
 habitabūt dracones hoc est demones cum fa-
 tis ficariis . **I**tem ī bonām partem . ascendit
 zacheus ī arborem sicomorū . **N**ux appellata
 quod vmbra v̄l stillicidium foliorū eius pxi-
 mis arboribz noceat . hanc alio nomine latinī

146
ioglandem dicunt. quasi iouis glandem. fuit enim hec arbor cōsecrata ioui cuius pomum tantā vī habet vt missum īter suspectos herbarum vel fungorū cibos. quicquid ī eis virulentum est. elidet. rapiat. atq; extiguat. **N**uces autē generaliter dicūt. omnia poma tecta corio duriore. vt pinee. nuce. auella / ne. glandes. castanee. amigdale: hinc & nuclei dicti q; sunt duro corio tecti. **A**t contra poma omnia mollia mala dicta. sed cū adiectione terrarum ī quibus antea nata sūt. vt persica. punica. maciana. cidonia. & cetera. **M**istice autē nucis arbor significat ecclesiam v; sanctum virum dulcediem fructuū virtutum ī abdito cordis gestantem. **V**nde spōsa in cantico canticorū dicit. **D**escendi ad ortū nucum vt viderem poma conualliu. **O**rtus & enim nucū ecclesia est presens vbi nostras conscientias alterutrū minime videmus. sed fracta per temptationem testa corporis. apparebit interne dulcedinis gustū. **P**oma cōuallis fructus est humilitatis. descendit sancta ecclesia p̄ doctores sanctos. vt videat qui proficiāt ad fructus bonos. qui ue adhuc indigeant doctrine irrigacōe. **I**tem nuce ī carnationē domini saluatoris. siue misteriu sancte trinitatis vt quidam putant significant. **V**n ī libro numeri de virga aaron ita legitur & germinauit nuce. **A**midala grecū nomen que latine nux longā vocatur. hanc alii nuculā vocant quasi minorem nucem de q; virgilius. **C**um se nux plurima siluis induit in florē: cunctis enī arboribus prior se flore cōuestit. & ad inferēda poma arbuſta sequētia preueit. **V**nde & primitiuā ecclesiā que ex iudeis credidit significat. de qua salomō ait. florebit amidalum: que sententia & aliter iuxta allegoriam ītelligi potest. **D**icit enī ecclesiastes. florebit amidalū impinguabit locusta. & dissipabit capparīs. quoniā ibi homo ī domū eternitas sue. **T**radunt p̄ hec humanorū membrorū fieri significantiam. nam in flore amidali canos capillos ī impinguatiōe locuste humorem pedum. ī dissipatione capparīs cōcupiscentie frigus ostēdit. que cum seni ī postreme etatis tempore acciderūt. tunc necesse est vt in terram id ē q; in eternitatis sue domum redeat. **B**ene q; hanc eternitatis domum illā futuram terrā accipimus de qua scribitur. placebo domino in regione viuorum. **L**egit iacob patriarcha tulisse virgas populeas virides. & amigdalinas. & ex platanis atq; ex parte eas decorticasse & posuisse in canalibus vbi effundebat aqua ante oues: vt cum venissent. greges ad bibendum. coram se haberēt virgas vt in al-

pectu earum conciperent. **Q**uid ē virgas virides amigdalinas. atq; ex platanis ante oculos gregum ponere: nisi per scripture seriē antiquorū patrum vitas vel sententias. ī exemplum populis prebere. **Q**ue nimirum quajuxta rationis examen recte sūt. virge nominatur. quibus ex parte corticem subtrahit. vt ī his que expoliantur intimus candor. appareat. & ex parte corticem seruat sicut fuerāt exteriū ī veritate permaneāt. variūq; virgā color efficitur dum cortex ex parte subtrahitur. & ex parte retinet. **A**nte consideracōis enim nostre oculos precedentiu patrum sentētie quasi virge varie ponūtur. **I**n quibus dum plerūq; intellectum litere fugimus quasi corticem subtrahimus. & dū plerūq; intellectū litere sequimur quasi corticem reseruam. **D**umq; ab ipsis cortex litere subtrahitur. allegorie cādor interior demōstrat. & dum cortex relinquit exterioris intelligentie virentia exempla monstratur. quas bene iacob ī aque canalibus posuit. quia & redemptor noster ī libris eas sacre scientie quibus nos ī trinfecus īfundimur fixit. **H**as aspicientes arietes cū ouib; coeūt quia rationabiles nostri spiritus intellectus dum ī earū intentione defixi sūt. singulis quibusq; actionibus permiscetur vt tales fetus operū procreēt qualia exempla precedentium ī vocibus preceptorum vident. **C**astaneam latini a greco appellāt vocabulo. hāc enī greci castaneam vocāt ppter quod fructus ei; gemini ī modum testiculorū intra folliculū recōditi sūt qui dū eiciūtur quasi castrantur. **H**ec arbor simul vt excisa fuerit tanquā silua expullulare cōsuevit. **H**ec arbor cōtinentium cetū significare potest qui p castitatem corpis multos virtutū fructus affert. **I**lex ab electo vocata. huius enim arboris fructū homines p̄ mum ad victum sibi elegerūt. vnde & poeta mortales primi ructabāt gutture glandem. **P**rius enī quam frumētī vsus esset antiq; homines glande vixerūt. **I**lex vero misterium tenet crucis cristi. vnde legit q; abraham habitauerit ad ilicem mambre quia ī misterio prefigurabat passionem cristi. **F**agus & esculus arbores glādifere ideo vocate creditur q; fructibus earum olim homines vixerūt ac cibum sūperūt. escamq; habuerūt. **N**am esculus ab esca dicta. fagus vero a greco vocabulū traxit. **F**age autē grece comedere dicitur ī quo facto admonemur abstinētie operam dare vt magis studeamus parco victu contenti esse. q; carnalibus epulis auide incubere. **S**ilicum quam latini corrupte siliq; vocant ideo a grecis tale nomē accepit. eoq;

199

199

ligni eius fructus sit dulcis. filo quippe dicitur lignum. licet dulce huius arboris pomis succus expressus accacia dicitur a grecis. **M**istice autem siliqua aut voluptatem mundi aut sapientiam secularem significat. unde luxuriosus filius in euangelio legitur dum pasceret porcos & egeret fame & concupisceret siliquas quas porci manducabant & nemo illi dabat. **D**emonum enim cibus est ebrietas. luxuria. fornicatio. & vniuersa vicia hec blanda sunt & lasciuia & sensus voluptatem demulcent. statimque ut appauerunt ad usum sui prouocant. quibus ideo luxuriosus adolescens non poterat saturari. quia semper voluptas famem sui habet. & transacta non faciat. & satanas cum aliquo sua arte ceperit & proprium ei imposuerit iugum. vltimo ad viciorum abundantiam prouocare non procurat sciens esse iam mortuum sicuti multos idolatras videmus panis miseria & egestate confectos. **I**tem demonum cibus est carmina poetarum secularis sapientia. rethoricoque pompa verborum. hec sua omnes suauitate delectant & dum aures versibus dulci modulatione currentibus capiunt. animam quoque penetrant. & pectoris interna deuincunt. **V**erum ubi cum summo studio fuerunt ac labore perfecta nihil aliud nisi inanem somnum & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt. nulla ibi saturitas veritatis. nulla iusticie refectio reperitur. studiosi earum in fame veri & virtutum penuria peruerunt. **P**istacia dicitur quod cortex pomi eius nardipistici odorem referat de quo in sequentibus dicemus. **P**inus arbor picea ab acumine foliorum vocata: pinum enim antiqui acutum nominabant. pinum autem aliam pitum aliam greci peuten vocant quam nos piceam dicimus. eoque desudet picem. nam & specie differunt. **I**n germanie autem insulis huius arboris lacrima electrum gignit. gutta enim de fluens rigore vel tempore in soliditatem durefcit & gemmam facit de qualitate sua & nomen accipiens id est succinum eoque succus sit arboris. **P**inus creditur prodesse cunctis que sub ea seruatur. sicut ficus nocere omnibus. **P**otest autem timor gehenne per pinum piceam significari quia sicut pinus arboribus creditur prodesse cunctis que sub ea consistunt: sic timor gehenne illis proderit qui propter timorem penarum agunt penitentiam peccatorum suorum. **E**contrario vero ficus hoc est carnalis luxus nocet omnibus qui secuntur & abutuntur rebus concessis per illecebram voluptatum. **I**tem pinus leues in ecclesia significat. & ad omne opus bonum paratos. unde in isaia ita legitur. **A**bies & buxus & pinus simul. **R**ursum pinus diuites seculi hu-

ius significat ut supra. **P**ix inquinamentum & nigredo delictorum. **I**n salomone. qui tunc piceam inquinabitur ab ea. **A**bies dicta quod pro ceteris arboribus longe eat & in excelsum promineat. cuius natura expers est terreni humoris ac perinde habilis atque leuis. de qua virgilius. & casus abies visura marinos. quia ex ea naues fiunt. hanc quidam gallicum vocant propter candorem: est autem sine nodo. **A**bies vero propter altitudinem sui & robur diu durabile mentem electorum infirma queque desideria spernetem & celestium contemplationi semper intentam virtute quoque patientie singulariter excellentem non incongrue demonstrat. **V**nde in libro regum scriptum est de salomone ac templi edificatione. & textit iquit pauimentum tabulis abiegnis vestiuit eas auro. **A**uri autem lammine que marmori ac tabulis sunt abiegnis superposite ipsa est latitudo caritatis de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. que sicut aurum aliis preciosius est metallis: ita ceteris eximior virtutibus in templo dei singulari luce refulget. **I**tem in aliam partem in zacharia significatio abietis est ubi dicitur. **V**lula abies quia cecidit cedrus. **C**edrus quam greci cedrosim vocant id est arboris humor ardentis cuius folia ad cipressi similitudinem respondet: lignum vero iocundi odoris est. & dum duras nec a tineis unquam exterminat. de quo psalmus. & cedro digna locutus est scilicet propter durabilem perpetuitatem. **V**nde & in templis propter diuturnitatem ex hoc ligno laquearia fiunt. huius ligni resina cedria dicitur que in conseruandis libris a deo est utilis ut plura ex ea nec tineas paciantur nec tempore consenscant: nascitur in creta africa atque siria. **C**edrus namque ut diximus arbor est impitribilis omnino nature odoris iocundi aspectus nitidi. serpentes accensa nidore fugans ac pinens. que vniuersa perfectis quibusque conueniunt quoque insuperabilis est patientia. fama virtutum eximia: presentia cunctis gratissima bonis auctoritas ad reuincendos confutandosque eos qui veritati resistunt. constantissima qui & in hac vita & in futura singulari preceteris sanctis eminentia fulget. **N**empe cedrus christum siue sanctam ecclesiam mystice significat. **V**nde in ecclesiastico scriptum est. sicut cedrus exaltata sum in libano. **I**tem cedrus prophetas atque apostolos tipice figurat. **V**nde dicitur in psalmo. faciabunt omnia ligna siluarum & cedri libani quas platanis illic passeris nidificabunt hoc est viri spirituales in doctrina prophetarum & apostolorum conuersantur. **I**tem cedri superbos hereticos. siue philosophos. seu etiam demones figurat: vnde

lib
Scriptum est in psalmo. **V**ox domini confringentis cedros. & confringet dominus cedros libani. & comminuet eas. **E**t in isaia super omnes inquit cedros libani & erectas. **C**iparissus grece dicitur quod caput eius a rotunditate in acumen erigitur. unde & conon vocatur id est alta rotunditas. hinc & fructus eius conus quia rotunditas eius talis est ut conum imitetur. **U**nde & confere ciparissi dicuntur. huius lignum cedro pene proximam habet virtutem temploque quoque trabibus aptum inpenabili soliditate nunquam oneri cedit. sed ea que in principio fuerit firmitate perseverat. **A**ntique cipressi ramos prope rogum constituere solebant ut odorem cadauerum dum viderent opprimerent iocunditate odoris sui. **C**ipressus etiam in eorum medendis apta est corporum passionibus quod sue vneustate come nullo vitioque infusu deponit. constantiam exprimit eorumque actionem qui altioribus virtutum ornatibus sanctam ecclesiam decorant. **C**ipressus namque christum vel ecclesiam significat unde est illud. sic cedrus exaltata sum in libano & sicut cipressus in montibus ermon. **I**tem cipressus prophetas vel patriarchas vel doctores sanctos figurat. unde in cantico canticoque sponsa dicit. **T**igna domorum nostrorum cedrina. laquearia nostra cipressina. **T**igna & laquearia doctores sunt in sancta ecclesia propter munimē & decorem. cedrina & cypressina. propter eximias virtutes eorum & odorem bone vite. **I**uniperus grece dicta sive quod ab amplo in augustum finit ut ignis sive quod conceptum diu teneat ignem. adeo ut si prunae eius ex eius cinere fuerint aperte usque ad annum perveniunt. pir enim apud grecos ignis dicitur. **D**e hac arbore in libro iob scriptum est. radix iuniperorum erat cibus eorum. **A**rbor namque iuniperi pro foliis punctiones habet: sic quippe sunt hirsuta que profert ut spinis similia contrectante pungere valeant. **S**pina vero est omne peccatum quia dum trahit ad delectationem quasi pungendo lacerat mentem quid ergo per radicem iuniperi nisi avaricia designatur: ex qua peccatorum omnium spine producuntur. **D**e qua & per paulum dicitur. radix omnium malorum cupiditas. **I**psa quippe latenter oritur in mente sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opera. **E**benus in india & ethiopia nascitur que cesa dure scit in lapidem cuius lignum nigrum est. & cortex levis ut lauri: sed indicum maculosum est in parvulis distinctionibus albis ac fulvis ethiopicum vero quod prestantius accipitur in nullo est maculatum. sed est nigrum lene & corneum. **P**latanus a latitudine foliorum dicta vel quod ipsa arbor patula sit & ampla. nam

platos greci latum vocant. **E**xpressit huius arboris scriptura & nomen & formam dicens. quasi platanus dilatata sunt in plateis. est autem teneris foliis ac mollibus & vitium similis. **M**istice autem hec arbor dominum christum significat. qui in toto orbe in membris suis dilatatur. & mansuetudinis atque innocentie sue ubique fidelibus salutifera monstrat exempla. de quo in psalmo scriptum est. **E**t erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursu aquarum. **P**ene ut arbitror ligno fructifero comparatus est dominus christus propter crucem quam pro hominum salute suscepit. **I**tem platanus sanctos significat in sermone predicacionis quasi dilatatos foliis unde legitur in ezechiel. **P**latani fuerunt eque frondibus eius. **Q**uercus sive quirinus vocatur quod ea soliti erant dii gentium que rentibus responsa precanere arbor multum annosa sicut legitur de quercu manbre sub qua habitavit abraham que fertur usque ad constantini regis imperium per multa secula perdurasse. **H**uius fructus galla appellatur ex quibus una agrestis. **R**obur autem generaliter dicitur ex omni materia quicquid est firmissimum. **P**otest hec arbor typice significare patientiam atque longanimitatem sanctorum qua fortiter ipsi omnia adversa sustinentes. in constantia animi sui perseverant. & equanimiter omnia ferunt. **P**er quercum ut dixi sancti fide atque virtutibus robusti in isaia mistice designantur ubi ita legitur. **E**t erit ostensione sicut terebinthis. & sicut quercus que expandit ramos suos. **I**tem in alia parte. & super omnes quercus inquit basan. **F**raxinus vocari fertur quod magis in aspera loca montanaque fraga nascatur. **H**inc per derivacionem fraxinus sicut a nomine motanus: de qua ovidius. & fraxinus utilis bastis. **P**otest autem significare arma virtutum quibus utuntur sancti contra hostes suos. **T**axus venenata arbor unde & toxica venena exprimitur. ex hac arcus partibus & aliis gentes faciunt. **U**nde & poeta ista reos taxus torquetur in arcus. hec arbor potest dolos & venenata dogmata hereticorum exprimere que pariunt mortem & afferunt interitum his qui in his lesi fuerint. **A**lnus vocatur quod alatur amne. proximo enim aque nascitur nec facile extra vandas vivit. **H**inc & tenera & mollis quia in humecto loco nutritur. **V**linus nomen accepit quod viginosis locis & humidis melius proficit. **N**am in montanis & asperis minus letata est. **P**ossunt autem hee due arbores illos significare qui irrigacione sacrarum scripturarum & humilitate morum magis proficiunt quam illi qui in potentia propria confidunt. **P**opulus dicta quod ex eius calce multitudo nascatur. cuius

127
genus duplex est. Nam altera est alba, altera nigra. Alba autem populus dicta quia folia eius vna parte sunt alba, altera viridia. Hec ergo bicolor habes quasi noctis & diei notas que tempora ortu solis occasuque constat. Generant etiam resinam circa eridanum fluvium velut alii narrat in finibus sirie. Populus virgulta castitatis ut quidam voluit in leuitico significat. & in malam partem illud accipitur. in osee ubi dicitur: subtus populum & terebinthum quia bona est umbra eius. Tilia dicitur vocata eo quod utilis sit ad usum telorum nitore & leuitate iaculandi. Est enim generis materie leuissime que & apibus ad mel conficiendum vtilissima est: sic & in doctoribus mansuetudo laudabilis est. & valde suavis est predicatio verbi. Salix dicta quod celeriter saliat. hoc est velociter crescat: arbor lenta vitibus habilis viticiendis. cuius seminis hanc dicunt esse naturam ut si quis illud in poculo hauserit liberis careat sed & feminas infecundas efficit. Salices iuxta misterium fideles sunt in ecclesia prope fluentia diuine predicacionis radicati. in isaia ubi dicitur. & quasi salices iuxta fluentes aquas. Item salices homines infructuosi sunt. vnde est illud in iob: circumdabunt eum hoc est diabolus salices torrentis. & alibi: ad torrentem salicem deducet eos. Populus autem & salix & tilia molles materie sunt & ad sculpturam apte. De populi autem significatione & ceterarum iam superius dictum est. Mirice quam latini tramariam vocant ex amaritudine nominata: gustus enim eius nimis amarus est. Hec arbor in solitudine & saxosa humo nascitur: ex qua etiam arbore maleficiis artibus mistra id est odia concitari dicuntur. De hac arbore similitudo ducitur in hieremia propheta qui ait. hec dicit dominus. maledictus homo qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum. & a domino recedet cor eius. Erit enim quasi mirice in deserto & non videbit cum venerit bonum. sed habitabit in siccitate in deserto in terra falsuginis & inhabitabilis. hoc de populo dicitur iudeorum qui habitant in deserto fructusque non faciunt & sunt in terra falsuginis que nullos fructus facit. & in habitabili que hospitem non habet deum. nec angelorum presidia nec spiritus sancti gratiam. nec scientiam magistrorum. Mirtus a mari dicta eo quod magis litorea arbor sit. vnde & virgilius. litora mirtis letissima & amantes litora mirte. hinc est quod & a grecis mirtee dicuntur. in edicorum autem libri hanc arborem aptam scribunt mulierum necessitatibus plurimis: mirtus enim populum gentium significat. Vnde huius arboris mentio fit in zaccharia

propheta ubi ita legitur. & ecce vir ascendens super equum rufum & ipse stabat inter mirteta que erant in profundo & cetera. Huc viri hebrei michabelem archangelum putant qui vltor iniquitatum & peccatorum sit in israel & quod steterit inter mirteta que erant in profundo. intelligi voluit prophetas & sanctos qui in medio capti populi conuersabantur & erant in profundo. Lentiscus quod cuspis ipsius lentus sit & mollis. nam lentum dicimus quicquid flexibile est. Vnde & lentum vimem & vites virgilius. & lenti vites: pro flexibiles. Huius fructus oleum desudat. Cortex resinam que mastix appellatur. cuius plurima & melior in chio insula gignitur. Lentisci enim mentio est in danielis libro ubi susanne historia scripta est. & ubi de scino & primo. responsio prebitorum ostendit. Latini enim scinum & prinum ilicem & lentiscum interpretantur quorum sensus ibi manifestatur. Terebinthus arbor grecum nomen generans resinam omnium resinarum pretiosam. Legitur & in geneleos quod patriarcha iacob conuocata omni domo sua iuxta preceptum domini dixerit ad eos. Abicite deos alienos qui in medio vestri sunt. & mudamini ac mutate vestimenta vestra. surgite & ascendamus in bethel ut faciamus ibi altare domino. qui exaudiuit me in die tribulacionis mee & fuit focus itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant & iures que erant in auribus eorum. At ille infodit eas subter terebinthum que est post urbem sichem: quod significat ecclesiam omnia simulacra gentilium abicere & perpetue obliuioni dampnando illa tradere ut solius & vni veri dei cultus ubique celebris fiet. Terebinthus sancti ut in isaia. & erit in ostensione sicut terebinthus. Item in alia parte ut in osee: subtus populum & terebinthum. quia bona erat umbra eius. Buxus grecum nomen est. ex parte a latinis corruptum: pixios enim appellatur apud eos arbor semper virens. & lenitate materie elementorum apta. Vnde & scriptura dicit. scribe buxo & diligenter in libro ex ara illud. Buxus autem lenes in ecclesia significat qui licet fructus spirituales minime habeant tamen perpetua fidei professione virent. vnde est illud in isaia. Abies & buxus & pinus. Arundo dicta quod cito arefcit. hanc veteres cannam vocauerunt. arundinem postea varo dixit. Sciendum sane quod latinum canna de lingua hebraea nomen sumpsit apud eos enim calamus canna dicitur. Arundo autem significat mirabilitatem humane mentis. Vnde dominus dicit de iohanne ad iudeos. Quid existis in desertum videre. arundinem vento agitatam. Sed iohannes arundo veto

agitata nō erat: cui nuncuā ī alteram partē
flecti poterat & nec laudibus vanis fauebat
nec aduersitatibus cedebat. **Arundo aurea**
incarnacōem saluatoris significat siue diuinā
scripturam vt ī apocalipsi & ī manu ei⁹ arū
do aurea. **Item calamus predicacō** sanctorū
est vt in isaia. orietur viror calami & iunci.
Iuncus fidelis est ī ecclesia iuxta fluentia di
uine legis semper morans. vt ī iob. **Nūquid**
uirere potest scirpus absq; humore: aut cres
cit carectum sine aqua. **Paliurus herba asp**
rima & spinosa. paliur⁹ est defensio peccati
siue ī puritas mētis. **Vnde ī ysaia & paliur⁹**
in municionibus eius. qui rect⁹ est in eis sic
paliurus. & sicut spine de sepe. **Ramnus ge**
nus est rubi quam vulgus senticem vrsinam
appellat. asperum nimis & spinosum. sentix
dicta a situ quod ē terra inculta ī qua senti
ces spineq; nascūtur. **Maiores aut nostri om**
nem arborem spinosam veprem dicebāt q̄ vi
prendat: de ramno igit ita ī psalmo legitur.
priusquā producant spine vestre ramnos si
cut viuētes sic ī ira absorbet eos. **Ergo rān⁹**
vt diximus spinarū genus est permolestum
qd̄ prius ī herbam mollissimā pubescit. s̄ vbi
adulta etate coaluerit. ramusculos producit
acuminatos posteaq; eius sudes durecūt in
arborum firmitatē. **Hoc ergo iudeis p̄sens**
sententia cominatur. q̄ prius absorbeantur
q̄ longa etate eorum malicia conualescat.
sicut & ī alio loco de talib; dicitur. **Viri san**
guinum & dolosi non dimidiabūt dies suos.
Sequitur sceleritas perdicōnis eorum sicut
viuentes sic in ira absorbat eos. **Bene dixit**
sicut viuentes. quia viuere videntur. & mor
tui sūt. omnis enim peccator ī prauitate de
gens veritati moritur. **Spinās enim diuicias**
& sollicitudines seculares ipse dominus cum
exposuisset parabolam sementis interpretat̄
in euāgelio dicens quod aut ī spinis cecidit
bi sūt qui audierūt verbum & a sollicitudini
bus & diuiciis & voluptatibus vite euntes
suffocatur & non referūt fructum. **Simili**
ter spine iuxta allegoriā viciorum sordes ex
primere possunt. que pungunt illicitis desi
deriis mentē humanam & ad peccandum p
uocant. **Tribuli vero aculei viciorū v̄l temp**
tationum intelliguntur vt est illud ī genesi:
spinās & tribulos germinabit tibi. & ī pro
pheta peccatum iquit israhel lappa & tribu
lus. **Vepres ablatio peccatorū ī isaia omnes**
montes qui ī sarculo sariuntur non veniet il
lic terror veprium & spinarū. **Vrtice pru**
rigo luxurie ī isaia. orientur in domib; eoz
hoc est ī cordibus reproborū spine & vrtice
Oleaster dictus q̄ sit folius oliue similibus

latioribus arbor siue stris amara atq; infru
ctuosa: cui īsertus oliue ram⁹ vim mutat ra
dicis & vertit eam ī propriam qualitātē. la
crima oleastri arboris duplex. **Alia enī gum**
mi simulat sine v̄llo qlitatis morsu: alia am
moniaci guttam ex distillacōe collectā ac re
mordentem. **Oliua grece oleon dicitur ex q̄**
in latinum tractum est vt oliua dicatur. olea
autem ipsa arbor est. fructus oliua sucus ole
um est. **Arbor pacis in signis** cuius fructus
diuersis nominib; appellatur. **Oleaster aut**
infructuosa arbor significat gentiles: q̄ quā
diu sine cristo erant. fructum recte fidei &
bonorum operū gignere non poterāt: postq;
autem ab errore vetusto abscessi ad cristi fidē
conuersi sūt. radici patriarcharū & ppheta
rum protinus īserti sunt. & facti sūt socii ra
dicis & pinguedinis oliue. de quo apostolus
ad romanos scribens eleganter disputat. &
propheta de xp̄i corpore quod est ecclesia ca
nens ī psalterio ait. **Ego sum sicut oliua.** fru
ctifera ī domo domini speravi ī misericordia
dei mei in eternū & ī seculum seculi. **Oleū**
enim aliquando gratiam spirit⁹ sancti signi
ficat: aliquando caritatem. & aliquando mi
sericordiam. & ecōtrario aliam significacōez
habet. vbi psalmista ait. **Oleum aut peccato**
ris nō impinguet caput meum. **Est enim ole**
um ī bonam partem causa splendoris. pabu
lum luminis. prestans nitore pariter & salu
tem. **In malam vero partem sicut hic ponit.**
oleum peccatoris est dilectio simulata verbo
rumq; aduacōnibus & blandimētis nostras
mētes. velut olei pinguedo leniter īgrediēs
rigorem veritatis emollit & ad noxias co
gitationes amoris ficti potius ostentacōne p
ducit. **Oliua xp̄s ī ecclesia v̄n & in ecclesiasti**
co legit̄. **Sicut oliuā speciosam fructiferam**
vocauit dominus nomē tuum. & post pauca
exarsit ignis ī ea. **Oleum gratia spiritus san**
cti in deuteronomino. suxerunt mel de petra
& oleum de firmissima petra. & ī iob. petra
mibi fundebat riuos olei & alibi. computres
cet iugum a facie olei. **Oleum opera miseri**
cordie vt in psalmo. & caro mea imutata est
propter oleū. oleū hilaritas mētis vt in euan
gelio. cum ieiunas vnge caput tuū. & ī psal
terio. vt exhilaret faciem eius in oleo. **Oleū**
testimonium conscientie bone vt in euāgelio
Prudētes autem sūperūt oleum in vasis su
is: oleum sermo deceptoris. ī psalmo: oleum
autem peccatoris non impiguet caput meū.
Oleum hereticorū subtilis & blanda decep
tio: sicut in salomone de eadem praua doctri
na dicitur. nitidius oleo guttur eius. & in
osee. & oleum in egypto ferebant. hoc est

ad secularium mentes decipiendas. Vnguentum nomen saluatoris. In salomone. vnguentum effusum nomen tuum. Vnguentum gratia spiritus sancti. in salomone: mulce moriture id est demones. exterminat vnguentum suauitatis Vnguentum chrisimatis vinctio. In psalterio ut quidam voluit a fructu frumenti & olei multiplicati sunt: & in exodo plurima de hoc narantur. Oleum fomentum blandicie in predicatione diuina. in euangelio. & appropians alligauit vulnera eius: infundens vinum & oleum. Amurca olei pars aquosa ab emergendo dicta id est quod ab oleo se emergat. & fex sit eius hanc greci amircen vocant. ex latina lingua trabentes. Gummen grecum nomen est hoc enim illi gummi dicunt. Resinam greci resinam vocant. rethi enim grece dicitur. quicquid manat. Est enim lacrima sudore exalata lignorum ut cerasi. letisci balsami vel reliquarum arborum siue virgultorum que sudare possunt sicut & odorata orientis ligna sicut gutta balsami ac ferularum vel succinorum cuius lacrima durecit in gemmam. Prima est resina terrebintina omnium prestantior. Affertur autem ex arabie patria atque iudea & siria cipro & affrica ex insulis quoque cicladibus: secunda est letiscina que mirtix vocatur. hec ex chio in insula deportatur. tertia pinalis.

De aromaticis arboribus. vii.

Aromata sunt queque flagrantis odoris que india vel arabia mittit. siue alie regiones. Nomen autem aromata traxisse videntur siue quod aris imposita diuinis inuocationibus. apta videantur: seu quod sese veri inserere ac miscere probantur: nam quid est odor nisi aer contactus. Aromata varia virtutum ornamenta significant. sicut in libro regum de saba regina legitur non sunt allata huiusmodi aromata sicut saba regina dedit salomoni: pigmenta varia virtutum odoramenta vbi & supra: cum vniuersis pulueris pigmentariis. Tus arbor arabia imensa atque ramosa leuissimi corticis ramis ad aeris qualitatem. amigdale modo succum aromaticum fundens album & ad masticationem velut in puluere resolutum. & cum frangitur intus pingue & igni appositum facile ardescit. & appellatur a quod nos masculus eoque sit natura rotundum. in modum testiculorum reliquum planum & pene scabrosum minus optimum. Adulteratur autem mixta resina siue gummi sed dinoscitur sua proprietate. Nam tus igni impositum ardescit: resina fumescit. Gumen vero liquefit calefactum. Tus autem a tundendo dictum. hoc & libanum vocatum a monte arabie vbi sabei sunt. Nam mons eorum libanum dicitur vbi

thura colliguntur. Mirra arbor arabie altitudinis ad quinque cubitorum similis spine quam achantum dicunt. Cuius gutta viridis atque amara. unde & nomen accepit mirra & gutta eius sponte manans preciosior est. elicit corticis vulnere vilior iudicatur. Sarmen-ta eius arabes ignibus fouent: quorum fumo satis noxio nisi ad odorem scoracis occurrat. plerumque in sanabiles morbos contrahunt. Mirra autem trogodite ab insula arabie dicta vbi melior colligitur & purior. Diuersa enim aromata diuersas species significant virtutum quibus sancta decoratur ecclesia. Unde in cantico canticorum scriptum est. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi. ex aromatis mirre & thuris. & vniuersi pulueris pigmentarii. Mirra synagoga quomodo getium populus nullo circumcisionis ministerio emundatus. nulla prophetarum ammonitione eruditus. subito ab infimis voluptatibus per desertum gentilitatis & idolatrie. ad alta virtutum culmina & sponsi amplexus ascendit. igne amoris accensa omni nisu virtutum ad celestia tendit. Ex mortificatione carnalium voluptatum. & puritate orationum & omnium virtutum odore. Hinc ite scriptum est vadam ad montem mirre & ad collem thuris quia in mirra mortificatio carnis. in thure deuotio orationis exprimitur. Nunc rursum sponsus dicit. messum mirram meam cum aromatis meis. Per mirram passio vel mortificatio per aromata omnes virtutes exprimunt. Metit mirram cum aromatis quando martires cum ceteris electis ad maturitatem periorum perducit. Hinc rursum per prophetam de domino saluatore dictum est. mirra & gutta & casia a vestimentis tuis. sanctum domini corpus quoddam deitatis fuisse cognoscitur vestimentum. Nam sicut vestibus cooperiuntur membra mortalium. ita & maiestas verbi in fidelium oculis carnis velamine videbatur abscondi. Ab hoc ergo vestimento id est incarnationis archano congrue venisse dicitur mirra gutta & casia. Mirra mortem significat: quam pro omnium salute suscepit: gutta vero que dicitur ammoniaca duricias curat aliqua necessitate contractas. que pulchre incarnationi domini comparat. quia duriciam cordis humani. sancta predicatio dissoluit. Casia que a nostris fistula dicitur redemptio generis humani per aquam baptismatis indicatur. quoniam hoc herbe genus aquosis locis dicitur inueniri his rebus etiam odor est suavis. ut merito sancte incarnationi & virtus herbarum & odoris suauitas comparetur. Gutta vis amoris dei & arbor caritatis intelligitur vbi

& supra. ligamentum gutte dilectus meus mihi. **Storax** arbor arabie similis malocedoni cuius virgule inter canicule ortu cauer natim lacrimam fluunt. distillaco ei9 i terra cadens munda non est. sed cum proprie corticis serobe seruatur. illa autem que virgis & calamis iherit munda est & albida. de hic fulua fit sol causa & ipsa storax calamos pigues. resinosa odoris iocundi humecta & ve'uti mellosum liquorem emittens. **Storax** autem vocata q' sit gutta arboris profluens & cogelata. Nam greci stiriā guttā dicūt grece autem stīrax latine storax dicūt. hoc ergo pigmetum cū ceteris aromatibus duxerunt fr' n' israhel i egyptum & obtulerūt ioseph p munere q' sancti viri i peregrinacōne huius seculi saluatori nostro afferūt dona bone voluntatis & sacrarum virtutum quibus ipse delectatur vt placabilis sit & annuens votis eorum. **Bdellium** idie & arabie arbor cui9 lacrima melior arabica. est enim lucida subalbida. leuis pinguis equaliter. cerea & que facile mollitur neq' ligno vel terra comixta. amara. odoris boni. Nam ex idia for dida est & nigra & maiore gleba. **Adultera** tur enim admixtum gummi que nō ita amarificat gustū. **Mastix** arboris lentisci gutta ē hec granomastix dicta q' i modū granoz est. **Piperis** arbor nascitur i india in latere montis caucasi qd soli obuersū est. folia iuni peri similitudinem habēt. cuius siluas serpētes custodiunt. sed incole regionis illius cum mature fuerint incendiunt. & sic serpentes igne fugantur & inde ex flamma nigrum piper efficitur. Nam piperis natura alba ē cuius quidem diuers9 est fructus. Nam quod i maturū est. piper longum vocatur. q' incorruptū ab igne piper album. q' vero cute rugosa & horrida fuerit. ex calore ignis trahit & colorē & nomen. **Piper** si leue est vetustū est. si graue nouellum. **Vitanda** est aut mercatorum fraus. solent enim vetustissimo piperi humecto argenti spumā aut plumbum aspergere vt ponderosū fiat. **Aloe** in india atq' arabia gignitur arbor odoris suauissimi ac sum. deniq' lignum ipsius vice thimiamatum altaribus adoletur vnde & nomen traxisse creditur. **De aloe** autem i euangelio de sepultura domini ita legitur. Venit ergo ioseph & tulit corp9 ihesu. Venit autem & nichodemus qui venerat ad ihesū nocte primū ferēs mixturā mirre & aloes quasi libras centum. hinc & i cantico canticorū scriptum ē in laudem sponse. mirra & aloe cum omnib9 primis vnguentis. **Mirra** enim & aloe arbores sunt aromaticæ que cōtinentiā carnis ex

primunt. cum omnibus primis vnguentis id est carissimatis virtutum. **Casia** nascitur in arabia virga robusti corticis & purpureis foliis vt piperis. est autē virtute cinamomo similis sed potentia inferior vnde p cinamomi vice duplex eius pondus in medicamentis admisceat. **Cinamomū** dictum q' cortex eius in modum canne sit rotundus & gracilis. **Cignitur** autem i indie & ethiopia regionibus frutice breui duorum tantum cubitoz colore subnigro vl cinereo tenuissimarū virgarū. **Nā** quod i crassitudinem extenditur despectui est: q' vero gracilius puerit eximū. quod cū frangitur visibile spiramentum emittit ad imaginē nebule seu pulueris. **De his arboribus** in cantico canticorum scriptum est. fistula & cinamomū cū vniuersis lignis libani. fistula que & casia arbor aronatica ē sed modica & ideo humiles spiritu designat. **Mistice casia** ē doctrina recta siue opinio bonorum ope9 vt i psalterio. & casia a vestimentis tuis. **Item cinamomum** qui se ipsos despicunt signat. quia & ipsa est breuis arbor & odorifera & dulcis. sic & humilitas magnā habet laudem & dulcedinem apud deū. q' sicut fistula & cinamomū humiles sanctorū cogitacōnes sic & ligna libani sublimes eorū actiones demōstrāt. **Calamus aromaticus** a similitudine calami vsualis vocatur. **Cignitur** i india multis nodis geniculatus ful9 flagrans spirit9 suauitate. **Qui** cum frangit im multas fit partes scissilis simulans gustu casiam cum leui acrimonia remordēte. **Calamus** ergo simul cum ceteris aromatibus hoc est cum mirra cinamomo et casia verbo domini ad sacre vntionis oleum misceri iubetur vt sanctificetur tabernaculū dei & omnia vasa eius. **Porro vnguentū** quo pervngitur tabernaculum. crisma est quo vngitur fidelis populus i quibus diuinitas tāquā i tabernaculo habitat. **Potest** quidem itelligi hoc vnguentum etiam virtutes sanctorū siue odor iusticie longe lateq' diffusus. **De q' dicit apd stol9.** deo autem gratias qui triumphat nos in cristo ihesu & odorem noticie sue mafestat per nos. **Balsami** arbor i iudea intra terminos tantum viginti iugerum erat. postea quoniā eadē regiōe romani potiti sūt etiā latissimis collibus propagata est. stirpe similiti. foliis similis rute. sed albidioribus semperq' manentibus. **Arbor** autem balsamus lignum ei9 xilobalsamū dicitur. fruct9 siue semē carpobalsamū. suc9 opbalsamū. **Quod** ideo cum adiectione significat eoz percuss9 ferreis viculis cortex ligni per cavernas eximii odoris guttas distillat. **Caverna** enim

greco sermone ope dicitur: cuius gutta adultera. admixto ciprino oleo vel melle sed sincerus probatur a melle si cum lacte coagulauerit. ab oleo si istillatus aque aut admixtus facile fuerit resolutus. preterea & si laneae vestes ex ipso polute non maculantur: adulteratus quidem neque cum lacte coagulat. & ut oleum in aqua supernatat. & vestem maculat. Balsama autem si pura fuerint tantam vim habent ut si sol excanduerit sustinere in manu non possunt. Huius ergo liquoris hoc est balsami mistice mentio fit in libro iherosolimitani filii sira ubi ita scriptum est: & balsamum non mixtum odor meus. & in cantico canticorum dicente sponsa de sponso ita scriptum legitur. Dum esset rex in recubitu suo nardus mea dedit odorem suum. fasciculus mirre dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi. Potrus ergo cypri factus est dominus in resurrectione qui fuerat fasciculus mirre in passione. Qui bene etiam in vineis engaddi esse memoratur. namque in vineis engaddi ut prefatus sumus balsamum gignitur quod est carissima confectione liquoris oliuae admisceri ac pontificali benedictione solet consecrari. quatinus fideles omnes cum impositione manus sacerdotalis qua spiritus sanctus accipitur hac vinctio-
ne signentur.

De herbis aromaticis siue communibus. viii.

Exstant & quarundam herbarum nomina que ex aliqua sui causa resonant habentes nominum explanationem: non tamen omnium herbarum etymologiam inuenies. nam pro locis mutantur etiam nominibus. folium dictum quod sine vlla radice innatas in india litoribus colligatur quod in lino perforatum siccatur indi atque reponunt. fertur autem paradisi esse herba. gustu nardum referens. Nardus herba est spicosa. unde & a grecis nardostachos appellata quarum alia indica alia siricina vocatur. non quod in siria nascatur sed quod mos in qua inuenitur alio latere indiam spectat. alio siriam. est autem indicum multiforme. sed melius siriacum leue fuluum. comosum spicatum. odorissimum ciperum similans: quod si multum in ore tardauerit linguam siccatur. Nardum celticum a regione gallie nomen traxit. nascitur enim sepius in ligurie alpibus & in siria frutice paruo radicibus in manipulum collectis ligamentis. flos eius tantum propter odorem bonum tursi eius atque radicle utiles probantur vltibus nostris. Nardus autem significat odorem virtutum sanctorum in ecclesia. unde sponsa dicit in cantico canticorum. Dum esset rex in accubitu suo. nardus mea dedit odorem

suum. hoc est regi christo in beatitudine celestis secreti quiescenti sanctorum virtus in ecclesia magne nobis gratiam suauitatis administrat. Item sponsus dicit de sponse gloria in eodem libro. Emersiones tue paradisi malorum puni-
corum cum pomorum fructibus. cypri cum nardo. nardus & crocus per irrigationem sac-
baptismatis sancta ecclesia paradysum ex se emiserit malorum puni-
corum id est sanctorum martirum cum pomorum fructibus id est cum sanctorum virtutum fructu. Cypus arbor aromatica est significans celestis gratie benedictionem. Nardus dominice passionis tipum. crocus caritatis feruorem exprimit: coniungitur cypus nardo cum diuina gratia confortat nos pro christo pati. Item nardus crocum iungitur: cum caritate christi mortem libenter suscipimus. Crocum dictum ab oppido cilicie quod vocatur coricum quatenus & alibi nascatur. sed non tantum vel tale quale in cilicia. unde & a potiori parte nomen accepit. nam multe res nomina supererunt a locis. ubi plus peruenit & melius aliquid. Optimum autem est quod fuerit recens odoris boni albedine parua porrecte longitudinis integrum. & neque in fragmenta comminutum inspiratione bona & cum carpitur manus inficiens & leuiter acre. Quod si eiusmodi non fuerit aut vetustum aut infusum cognoscitur. Item cypus incorruptionem significat: nardus fortitudinem. crocus martires. Yopus herba humilis cuius radices saxum penetrant. quod significat humilitatem penitentiae siue baptismum ut in psalterio asperges me yopo & mundabor. Costum radix herbe est nascens in india. arabia & siria sed melius arabicum. est enim album & leue suaue iocundi odoris: indicum colore atro & leue ut ferula siriacum vero pondere graue. colore. buxio. odore acro. sumum tamen album leue aridum gustu incendens. Flos enim vltimum significat quod de virga radicis iesse effloruit vltimum specimen iusticie. ut in psalmo. Iustus inquit ut palma florebit. Rosa ab specie floris nuncupata quod rutilanti colore rubeat. significat autem rosa martires ut est illud. sicut rose germinant super humida fluuenta. Lilia lactei floris herba. vltimum & nuncupata quasi lactia cuius dum candor sit in foliis auri tamen species itus effulget. Lili-
um autem christum significat qui in cantico canticorum ait. Ego flos campi & lilium conual-
lium. & ite ut pascatur in ortis & lilia colligat. ac si diceret. Ego sum decus mundi & gloria humilium. qui de sponsa sua sic ait. sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias quia candor castitatis eius tribulationibus probatur & maior est fructus predicacionis quam quies.

163

Potest & i lilio uirginitas exprimi quia excellentior est castitas uirginalis quam ceterae uirtutes sicut i apocalypsi ostenditur. Viola propter uim odoris nomen accepit. huius genera sunt tria purpureum, album melinum. Viola quoque significat confessores ob similitudinem libidinum corporum. Unde scriptum est i cantico canticorum, flores i terra uisi sunt, quibus etiam regnum celorum promissum est. Edera dicta quod arboribus reptando adhaereat, de qua uirgilius. Inter uictrices ederam tibi serpe lauros. Alii ederam aiunt uocatam quod edis supra lactis abundantiam in esca a ueteribus prebebatur. Edere frigide terre indices sunt, fisticus nam antiformalcon ebrietatis est si qui potus edera coronetur. Edera autem tipum iudaici populi habet qui aliquando florebat, sed non diu i uirore pristino remanebat. Unde in libro ione prophete edera sub cuius umbraculo ionas sedebat i ascensione uermis diluculi i crastinum exaruit i resurrectione illius uermis qui ait. Ego sum uermis & non homo. Iudaica plebs per infidelitatem exaruit: que quodam florebat i patriarchis & prophetis. Galbanum dicta mons cretae ex quo dictam uerbera nomen accepit, propter quam apud uirgilium cerua uulnerata saltus pagrat dictam eos tante enim potentie est ut ferrum a corpore expellat sagittas excuciat. Unde & eius pabulo fere percusse, sagittas a corpore inherentes eiciunt, hanc quidam latinorum poleum martis dicunt propter belli tela excucienda. Mandragora dicta quod habeat mala sua uolentia i magnitudinem malimaciani, unde & eam latini malum terre uocant, hanc poete antropomorphos appellant quod habeat radicem formam hominis simulantem, cuius cortex uino imixta ad bibendum datur, quorum corpus propter curam secandum est, ut soporati dolorem non sentiant, huius species due, femina foliis lactuce similibus mala generant i similitudinem prunae, masculus uero foliis bete similibus. De mandragora sponsa dicit i cantico canticorum, mandragore dederunt odorem in portis nostris. Mandragora propter multimoda medicaminum genera sanctorum uirtutibus comparatur: porte ecclesie doctores sunt sancti. In huiusmodi portis mandragore datur odorem: cum spirituales quoque ex se uirtutum palmam longe lateque spargunt. Legitur & i geneleos quod ruben filius lie egressus in agrum iuenerit mandragoras & dederit eas lie matri sue: quod significat famam bonam quam quisque bene studiosus adipiscitur ex mundanis hominibus, referre hanc debet ad matrem ecclesiam. Unde dicit apostolus de episcopo ordinando, oportet etiam illum testimonium habere bonum ab eis qui foris sunt, qui licet parum sapiant, reddunt tamen plerumque labori eorum pro quos sibi consulitur & splendorem laudis & honorem bone opinionis. Herba eterne paradisi uiriditas & sanctorum animarum pascua, ut i euangelio, si quis per me introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur & pascua inueniet. Et per ezechielem, in montibus excelsis israel ubi pascam eas in herbis uirentibus, & econtrario de ariditate mentis sue de iudeis per hieremiam dicitur defecerunt oculi eorum quia non erat herba. Herba uita carnis est ut i iob pro diabolo, huic motes hoc est luxuriosi diuites herbas ferunt. Herba uita mortalium ut i psalmo, mame sicut herba transeat. Pratum est cuius femina copia armenta tuentur: cui ueteres romani nomen indiderunt ab eo quod protinus sit paratus nec magnum laborem culture desideret, prata autem esse que secari possunt. Pratum mystice intelligi potest sancta ecclesia, ut scriptura facit i quibus flores diuersarum uirtutum repiuntur & pascua spiritualis piis animalibus hoc est fidelibus hominibus preparatur. Unde sponsa i cantico canticorum dicit, flores apparuerunt i terra id est i ocio fidei & iusticia floruerunt in mundo, crescente ecclesia. Hinc item ipsa doctoribus dicit, fulcite me floribus, stipate me malis quia amore langueo, ac si diceret, consolamini me exemplis seu incipientium, seu terminantium uiam salutis, dum adhuc in huius peregrinationis tedio amore superne uisionis languesco. Prata patefacta est scriptura diuina ut i salomone. Aperta sunt prata & apparent herbe uirentes. Item i mala partem ut i salomone, nullum pratum sit quod non pertrahat luxuria nostra. Auena lolium, zizania quam poete semper infelix lolium dicunt quod sit inutile & infecundum, mystice significant peccatores & uicia, unde i euangelio dicit, quod in fegete domini, inimicus superfemina uerit zizania. Fenum dictum quod eo flamma nutriatur, flos enim flamma est, fenum enim iuxta allegoriam significat fragilitatem humane nature, unde legitur i psalmo de peccatoribus, Quoniam tanquam fenum uelociter arescent, & sicut olera herbarum cito cadent. Fenum pulchra est res dum iuret, dum floret sed cum aruerit mutato protinus colore marcescit, sic sunt impii qui quasi florida leticia relucens prematuro sine siccantur, primo feno comparati sunt ut arescerent, nunc agrestibus oleribus ut deciderent non enim dixit, holeria ortorum sed herbarum, ut significaret potius illa uilissima que per agros sponte

192

nascuntur. fenum historia legis aut temporalia significat ut in psalmo. q. producit in montibus fenum. fenum peccatores ut in euangelio. si enim fenum quod hodie in agro est. & cras in cli banum mittitur. Olera enim ab olla dicta sunt ubi collecta decoquuntur: qua propter fenum mundi nobilibus comparemus qui & facile proficiunt. & viriditatis magna quasi gratia vestiuntur. Olera herbarum mediocres ponantur & humiles que per loca inculta copia pullulante consurgunt. & nature sue agre stem atque hispidam retinent qualitatem. sed & illud velociter arefcit. & ista cito decidunt.

De oleribus. viii.

Ortus nominatur quod semper ibi aliquid oriatur. Nam cum alia terra semel in anno aliquid gignat. Ortus nunquam sine fructu est. olus ab alendo dictum eo quod primum homines oleribus alerentur. antequam fruges & carnes ederent. Tantum enim pomis arborum & oleribus alebatur sicut animalia herbis. Ortus enim sanctam significat ecclesiam in qua varie species virtutum gignuntur. Vnde sponsus de sponsa dicit. ortus conclusus soror mea sponsa: ortus conclusus fons signatur. Ortus conclusus ecclesia est quia multifaria spiritalium operum germina gignat. fons est quia doctrina salutari redundat. Conclusus quia domini protectione uncta persistat. signatus sermone fidei. Item aliam significacionem habet ortus in hoc testimonio libri regum ubi narratur quod achab rex diceret ad naboth iezabeli tam. da mihi vineam tuam ut faciam mihi ortum oleorum quia vicina est & prope domum meam & cetera. Naboth ergo qui interpretatur conspicuus significat dominum salvatorem qui est semen quod interpretatur iezabel quia verus est filius dei. hic habuit vineam de qua in isaiam scriptum est. Vineam enim domini sabaoth domus israel est. Hanc occupavit achab qui interpretatur frater patris. populus iudaicus de quo christus carnem assumere dignatus est. ut fecisset in ea ortum olerum hoc est ut ubi vinum gratie spiritualis germinare debuit. ibi fragilia queque dogmata per pharisaicam superstitionem transplantaret. Sed naboth hanc vineam dare non est id est christo phariseorum superstitionibus non consentienti in pia vxor iezabel hoc est synagoga iudeorum machinata est mortem eius. Ortus internas delicias paradisi significat. unde dicitur. in ortum meum soror mea sponsa. Item ortus est populus iudeorum de quo dicitur. dilectus meus descendit in ortum suum ad areolam aromaticam. Rursum ortus quedam ypocritarum si

mulatio ut in isaiam. qui mundos se putabant in ortis. Areola virgo maria in cantico canticorum dilectus meus ascendit ad ortum suum. ad areolam aromaticam. Areole corda sanctorum. virtutum odore fragrantibus ubi & super Areole aromaticum consistit a pigmentarius. olus simplex est & aperta predicatio ut in apostolo: qui infirmus est olera maducet. Oulus minimum operatio bona ex qua quidam hypochrite hominibus placere student ut in euangelio. Vobis pharisei ypochrite: qui decimatis mentam & anetum. cimum & omne olus. Cepe & allia corruptionem mentis & acedunt peccati significat. que quanto amplius eduntur tanto magis dolore cruciantur. unde & in numerorum libro filii israel murmurantes leguntur dixisse in mente veniunt nobis cucumeres. & pepones. porri & cepe. & allia. Anima nostra arida est nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi manna. Sinapis appellatur quod foliis sit similis. hec herba mistice significat euangelium Christi sicut ipse dominus ostendit dicens. Simile est regnum celorum grano sinapis & reliquum quod in corde credentium seminatum germinat & recte fidei ac bonorum operum profert fructum. Rafanum greci. nos radicem vocamus eo quod totus deorsum nititur. dum reliqua olera in summa magis profoliant: cuius semine macerato quisquis suas manus infecerit serpentes impune tractabit. siquidem ex ipsius radice etiam ebur albescit in cibo quoque venenis resistit. Nam contra venena radices nuce. lupini citrum. apium profolunt. sed contra futurum. non contra acceptum venenum. Unde & apud veteres ante alias epulas hec solebant mensis apponere. Hec continentiam figuratiter potest exprimeret & cautelam que multum valet contra venenatas suggestiones diaboli & contra vitia carnis. Lactuca dicta est quod abundantia lactis exuberet seu quod lacte nutriendes feminas implet. hec & in viris veneris usum cohercet. Lactuca agrestis quam salsiliam nominamus eo quod dorsus eius in modum ferre est. preceptum est ergo filiis israel ut lactucas agrestes in salsiba comederent cum assis agni carnibus. lactuce vero agrestes valde amare sunt: carnes vero agni cum lactucis agrestibus sunt edende ut cum corpus redemptoris. accipimus nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus quatenus ipsa amaritudo penitentiae absterget a nectis stomacho per se amorem vite. Cucumeres quod sint interdum amari qui dulces nasci prohibentur si lacte mellito eorum semine infundatur. de cucumeribus & peponibus in petra theuico legitur quod eos filii israel & concupiscerent spernentes manna. sicut concupiscerent carnalis

fastidit cibum spiritalem & spernit eum. Cucurbita herba est alieno egenis sustentaculo. que significat infirmos quosq; & indoctos q; aliorum indigent solacio quo fulciant ne corruant. de cucurbitis i iona propheta legitur **A**pium dictum q; ex eo apex id est caput antiquorum triumphatum coronabatur. **H**ercules autem hanc herbam primus capiti circumtulit. nam nuc populum capite pfererat. nunc oleastrum. nuc apium cuius radices efficaciter pugnant contra insidias venenorum. eius generis sut petrosilenon ipposilenon & oleosilenon. **P**etrosilenon vocatum qd sit similis apio & nascatur i petris montibusq; preruptis. q; nos petrapium dicere possumus. silenon enim grece apium dicitur sed est sumum ac probabile acedonicum gustu suaue & odore aromatico. **F**eniculum latini vocat qd eius tirsu seu radice succus acuat visum. cuius virtus traditur vt serpentes annuam senectute eius gustu deponat. hoc olus greci maratro vocat. **Q**uid autem olera que contra venenum valent mistice significant iam superius dictum est. **L**igusticum a regione nomen accepit. nascitur enim plurimum i liguria odore aromatico & gustu acri. **C**oriandrum ex greco nomine sumptum quod illi corian vocat cuius semen in dulci vino datum proniores reddit i uenerem. si supra modum dederis amentiam nutrit. canos etiam ex coriandro infici traditum est. **L**egitur in exodo qd manna simile esset semini coriandri. album & subucidum sic & verbum dei albedinem habet castitatis & lumen scientie spiritualis vnde anime fideles q; tidie pascuntur. **R**uta dicta q; sit feruentissima cuius altera agrestis atq; virtute acrior sed vtraq; feruentissima compbatur hanc venenis repugnare mustele docent que dum cu serpente dimicauerit cibo eius armatur. hec fide cristi significat: que contra antiqui serpentis venena plurimum valet.

Incipit liber xx.	De bellis.	Ca. i.
De triumphis.		ii.
De instrumentis bellicis.		iii.
De bucinis & tubis.		iiii.
De armis.	v. De gladiis.	vi.
De hastis.	vii. De sagittis.	viii.
De pharetris.	ix. De fundis.	x.
De ariete.	xi. De clipeis.	xii.
De loriceis.	xiii. De galeis.	xiiii.
De foro.	xv. De expectacul.	xvi.
De ludo gimnico.		xvii.
De generibus gimnicorum.		xviii.
De saltu gimnicorum.		xix.
De cursu.	xx. De iactu.	xxi.

De virtute.	xxii.	De iustancia.	xxiii.
De palestra.	xxiiii.	De agone.	xxv.
De generibus agonu.			xxvi.
De ludis circensibus.			xxvii.
De circis.	xxviii.	De aurigis.	xxix.
De curru.			xxx.
De equis a quibus curritur.			xxxi.
De septem spaciis.			xxxii.
De equitibus.			xxxiii.
De peditibus.			xxxiiii.
De coloribus equorum.			xxxv.
De teatro.			xxxvi.
De ferali certamine.			xxxvii.
De horum execratione ludoz.			xxxviii.
De nauibus.			xxxix.
De partibus nauis & armamentis.			xl.
De velis.			xli.
De funibus.			xlii.
De retibus.			xliii.
De fabrorum fornace.			xliiii.

Rimus bella instituit ninus rex assirioz. Ipse enim fimbis suis nequaquam contentus humane societatis fedus irrumpens exercitus ducere. aliena vastare. liberos populos. aut trucidare. aut subicere cepit. vniuersamq; asiam vsq; ad libie fines noua seruitute perdomuit. **H**ic etiam studuit vrbes i mutuo sanguine alterna crassari cede quatuor autem sunt genera bellorum id est iustum. iniustum. ciuile. & plusquam ciuile. **I**ustum bellum est. qd ex predicto geritur de rebus repetitis. aut propulsandorum hostium causa. **I**niustum bellum est q; de furore non de legitima ratione initur. de quo i re publica cicero dicit. **I**lla iniusta bella sut que sunt sine causa suscepta. nam extra vlciscendi aut propulsandoz hostium causam bellum geri iustum nullum potest. **E**t hoc idem tullius paruis interiectis subdidit nullum bellum iustum habetur nisi denuntiatum. nisi indictum. nisi de repetitis rebus. **C**iuile bellum est inter ciues orta sedicio & concitati tumultus. sic inter sillam & marium qui bellum ciuile inuicem i vna gente gesserunt. **P**lusquam ciuile bellum est vbi non solum ciues certant sed & cognati quale actum est inter cesarem & pompeium quando gener & socer inuicem dimicauerunt. sic i hac pugna frater cum fratre dimicauit & pater aduersus filium arma portauit. lucanus. i fratrum ceciderunt premia fratres. **I**tem cui ceruix cesa parentis cederet. bella itaq; dicuntur interna externa. seruilia. socialia. piratica. **N**am piratica bella sut sparsa latronum agmina per maria mioparonibus

leuibus & fugacibus. Non solum nauibus co-
meatus sed etiam insulas prouinciasq; vastā
tibus quos primum. gn. pompeius post mul-
tam vastatione qua terra marique diu egerat
mira celeritate compressit ac superauit: sic
autē bellum vocatur q̄ contra hostes agitur
ita tumultus q̄ ciuili sedicōe concitatur. Nā
sedicio est dissensio ciuium, dicta qd̄ seorsum
alii ad alios eant. Alii estimant dissensionem
animorum sedicōez vocari. quā greci diastra
sin vocāt. quomō autem differāt. vtrumq; ci-
cero docet: potest enī inquit esse bellū vt tu-
multus non sit: tumultus autē esse sine bello
non potest. Quid est enim aliud tumultus nisi
perturbatio tanta vt maior timor oriatur.
vnde etiam dictus tumultus quasi timor mul-
tus: grauius autem esse tumulum quā bellū
Nam ī bello vacationes valēt. ī tumultu nō
valent. differt autem bellum pugna & pre-
lium. nam bellum vniuersum dicitur aut pu-
nicū cuius partes sūt pugne vt canensis teri-
nensis. Rursum ī vna pugna multa sūt prelia
aliud enī in cornibus aliud ī media. aliud in
extrema acie geritur. Bellum igitur ē totū
pugna vni diei. preliū pars pugne est. Bel-
lum antea duellū vocatū eoq; due sint partes
dimicantiū. vlt̄ q̄ alterum faciat victorem.
alterū uictum. postea mutata & detracta li-
tera dictum bellum. Alii per antrifrasiū pu-
tāt dictum eoq; sit horridum. vnde ī lud: bel-
la horrida. bella cum bellum contra sit pessī-
mum. Prelia dicitur ab imprimendo hostē.
vnde & prelia ligna quibus vna premēt. Pug-
na vocata eoq; ī inicio vsq; fuisse ī bello pug-
nis contendere vlt̄ qui primo bello pugnis in-
cipiebāt. vnde & pugna etiam duorū est ali-
quando & sine ferro. Hec enī bella apud car-
nales sūt qui de potentia mūdāna confligūt
ceterum apud cristianos & fideles dei famu-
los alius mos pugnādi est de quo scribit apo-
stolus. non est nobis colluctatio aduersus car-
nem & sanguinem. sed aduersus principes &
potestates aduersus mūdā rectores tenebra-
rum harum contra spiritalia nequicie ī cele-
stibus. Et item. castigo inquit corpus meū
& seruituti subicio. ne forte cum aliis predi-
cauerim ipse reprobus efficiar. Item bella vel
pugne certamen aduersus nequicias spirita-
les vlt̄ aduersus viciorum confractiones vt in
apostolo. sic pugno non quasi aerē verberās.
Rursum bella vlt̄ certamen diaboli aduersus
sanctos. vt ī hieremia. & bellabūt aduersum
te & non preualebunt. semper enī sancti viri
contra vicia & contra tēptamenta diaboli cō-
traq; oblectamēta carnis & illecebras volup-
tatum dimicant. vt sint sancti & immacula-

ti ī conspectu dei perficientes sanctificacōez
in timore ipsius quibus pax cristus est qui di-
scipul̄ suis ait. Pacem meam do vobis. pacē
meam reliquo vobis. Ipse est enim pax nostra
qui fecit vtraq; vnum. Quatuor autem ī bel-
lo gerūtur. pugna. fuga. victoria. pax. pacis
vocabulum videt̄ a pacto sūptum: posterius
autem pax accipitur. fedus primum inquit.
fedus est pax que fit inter dimicātes vlt̄ a fi-
de vlt̄ a fictilibus id est a sacerdotib; dictū.
per ipos enim fiebāt federa sicut per secula-
res bella. Alii federa dicta putāt a porca fe-
de & crudeliter occisa: cuius mors optabat̄
ei qui a pace resillisset. virgilus. & cesa iunge-
bant federa porca. fede. federis partes in-
ducie. & dicte inducie quasi ī die socia.

De triumphis.

ii.

Omnne regnum seculi huius bellū que-
ritur victoriis propagatur. Victoria
dicta qd̄ vi id est virtute adipiscat̄.
hoc est enī ius gentiū vlt̄ vi expellere. nā tur-
pis est dolo quesita victoria. certa autē victo-
ria est vlt̄ occisio hostis vlt̄ expoliatio vlt̄ vtrū-
q;. Non est autem iocunda victoria que per ī-
mensa detrimenta cōtingit. & hoc ē quod lau-
dat salustius ducis victoriam ī cruento exer-
citu deportasse. pompa dicta ē greca signifi-
catione. pompeii hoc est publice ostentari.
precedit autem victoria pompam ideo q̄ itur-
ris ad hoc certamē prius est victorie votū
cōuersione. Tropheum dictum apotostrofes
id est a conuersione hostis & fuga. nam ab
eo q̄ hostem quis fugasset merebat̄ trophe-
um. qui occidisset triumphū. qui dictus est
apostriambes id ē ab exultatione. Plene enī
victorie triūphus debetur. semiplene trophe-
um quia non dum plenam est victoriā conse-
cutus. non enī obtinuit sed fugauit exercitū
Hec tamen nomina scriptores confundunt:
erat autem romanorū vt triūphātes quadri-
gis veherentur ex illo q̄ soliti priores duces
hoc habitu bella inire. Quicumq; autem ī cō-
flictu vicissent palma aurea coronabant̄. q̄
palma stimulos habet: qui vero sine cōflictu
figiētem prostrauisset laurea eoq; hec arbor
sine spinis est. Duobus autem generibus de-
letur exercitus aut internicōe aut dispersio-
ne: salustius inquit hostes oppressi aut di-
lapi forēt: sic & vtrūq; virgilius internicōe sub-
mersasq; obruere puppes: disperse aut aie
diuersas aut dislice corpa ponto. Spolia autē
hostium preda manubie. exuue partes. Pre-
da a pdando vocata. manubie eoq; manib; de-
trahuntur. exuue ab exuendo dicte quia ex-
uuntur. hec & partes a pari diuisione. pro p-
sonarum qualitate. & laborū iusta decisione:

Spolia autem a pallis quasi expallia . victis enī detrahuntur. victoria nostrā cristus est: cui⁹ triūphi signum crux est. quo diabolum vicit & mortem superavit. Spolia autē eius que de hoste sūpsit homines sūt in deum credentes: q̄ de potestate diaboli eruti regi suo legitimo sociātur. Vnde ipsa veritas ī euāgelio ait. dum fortis armat⁹ custodit atriū suū in pace sūt omnia que possidet: si autem fortior illo superueniēs vicerit eum vniuersa arma eius aufert. in quibus confidebat & spolia eius distribuet. Victoria est diaboli v̄ aduersariū triūph⁹. vt ē illud ap̄ostoli. deo autē gratias qui dedit nobis victoriam. Brauium est constitutum honorū premiū meritorum in ap̄ostolo. destinātū persequar brauiū sup̄ ne vocacōnis. Corona eterne glorie pro iusticia merces vt ī ap̄ostolo. de reliquo reposita ē mihi corona iusticie. Pax crist⁹ ē quia ip̄e ē qui fecit v̄traq̄ vnum. pax carnis aduersus spiritum cōcordia ī bonum vt ī psalmo. rogate que ad pacem sūt ī hierusalem: & in aliam partem pro iudeis v̄ hereticis accipitur. vt ī deuteronomio. non loqueris ei pacifica omni tempore.

De instrumentis bellicis. iii.

Signa bellorum dicuntur q̄ ex his exerciti⁹ & pugnandi & victorie recepti accipit simbolū. nā aut p̄ vocē tube aut per simbolū ammonēt exercitus.

De bucinis & tubis. iiii.

Bucina qua signum datur ī hoste dicta a voce quasi uocina nam pagani agrestesq̄ ad omnem vsū bucina adcompita conuocabant. pprie ergo hoc agrestibus signum fuit. de quo perlius. bucina cogebat priscos ad arma quiritis. hui⁹ clāgor bucinium dicit: tubā tirreni primi inuenerūt tubam dictam quali tosam id est cauā. Iterū tubam quasi tibiā . inter tubam autē & bucinam veteres discernebant. Nam bucina infonās sollicitudinem ad bella nunciabat. virgilius. bucina signū dira dedit. tuba autē prelia indicabat dat tuba terribilem sonitū . cuius sonus varius est. nam iterdum canit vt bella cōmittantur. interdū vt insequātur eos qui fugiunt. interdum canitur receptui. Nā receptus dicit quo se exercitus recipit . vnde & signa receptui canere dicunt. Tuba autē siue bucina sanctorum predicatorū vocem significat. que ī toto mūdo per pdicacōem euāgelii sonat. & ad certamen spiritales milites cristi prouocat. hii docendo. ammonendo & exhortando populū dei instruūt. & quid faciendum v̄ quid deuitandū sit demonstrāt quiq̄s autem iuxta eius indicia se obseruat

& secundum eius magisteriū vixerit. vitam percipiet sempiternam.

De armis. v.

Arma generaliter omnium rerum instrumenta sūt vnde & vbi reponunt armaria dicta sūt. Item arma dicuntur tela omniū generū: sed arma sunt quibus ipsi tuemur. tela sūt que emittimus. nam arma duplicia sunt id ē v̄ quibus percutimus. v̄ quibus tegimur. Arma autē dicta proprie sūt eoq̄ armos tegant. nam arma v̄ ab armis dicuntur id est ab humeris. vt letos huic hasta per armos acta tremit. v̄ a potuareos id ē a marte. Mistice autē arma pro sentenciis sanctorum scripturarū vel exercitiis virtutū accipiuntur. vnde ap̄ostolus ait. nam arma milicie nostre non carnalia sed spiritalia sunt & potentia deo ad destructionē aduersariū munitionum hoc est viciorum & errorū quibus diabulo instigante homines aduersi cōtra milites xp̄i pugnāt. Armarium vero scriptura est sacra vel fides recta vnde p̄ferunt arma spiritalia contra hostes cristiane fidei & oppugnatores vere religionis. Item arma p̄tectionem diuinam significant & adiutorium eius ī sanctos. vt ī psalterio. app̄bende arma & scutum. Arma opera iusticie aduersus diaboli vicia vt in ap̄ostolo. Accipite armaturā dei vt possitis resistere. arma opa peccati v̄ diaboli insidie vt in psal. arma & scuta combueret igni.

De gladiis. vi.

Gladius generaliter dicitur ensis ī p̄lio. sed ensis ferrum tantū est. Gladius v̄ro totus. pprie autem appellat gladi⁹. q̄ gulam diuidit id est ceruicem secat. Ad hoc enī primū est factum. nā nēbra securibus magis cedunt collum gladio tātū acies autē gladii ab acumine dicta. Capulus vocatus vel quia caput est gladii. v̄ quia capitur ibi vt teneatur. Nā alias acies ferri nō sinit. Mucro non tātum gladii est sed & cui⁹ libet teli acumen: dictus a longitudine. nam macron greci lōgum vocāt. hic & machera. machera autem est gladius lōg⁹ ex vna parte acutus. framea vero gladius est ex v̄traq̄ parte acutus quā vulgus spatam vocat. ipsa est. rōphea. framea autē dicta quia ferrea ē nam sicut ferramentū sic framea dicitur. ac proinde omnis gladius framea. gladius enim in bono & ī malo accipitur. ī bono vt in ap̄lo & gladium spirit⁹ q̄ est verbum dei. In malo vt est illud psalmiste. Gladium euaginauerūt peccatores. gladius peccatoris est. quilibet dolus alterius appetēs lesionem. nam & ille qui inopē spoliare contendit p̄ se osi

fui gladiū educet : & ille qui praua suauione desiderat decipere animas innocentū ensem pessime cogitacōis ostendit. **E**uaginauerūt autem significat nudauerūt : vt q̄ ante erat in cogitacōe tanq̄ i uagina reconditum. post extractum reuelatis cogitacōibus appareret . framea vltionem diuinam significat i impio vnde ē illud i psalmo. **E**ffunde frameam & conclude aduersus eos qui me persecuntur : & i alia partem. eripe a framea animam meam . nam liberari se postulauit a morte quā subiturus erat collato scilicet resurrectionis auxilio . **F**ramea enim synoniniū nomen est significans siue bastā siue gladium siue quelibet arma per que voluit futurum crucis exitium cōpetenter aduerti. qui per ipsam plerūq̄ succedit sed primo dixit eripe animam meā. modo petit liberari ecclesiā que est illi vnica id est catholicā. vt intelligat doctrinas nouas & conciliabula perditorū vnitatis vocabulo respuisse. **I**tem framea significat vindictā i fontem prolatā. vt est illud psalmiste de peccatoribus. inimici defecerūt framea in finem. inimici genitiuus casus ē id est diaboli cuius frameā defecisse testatur. **F**ramea enim hebraicus sermo est. significans gladiū quo hostis ille bachabatur : quod aut dixit in finem consumatio seculi datur intelligi. quādo virtus diaboli omnipotenti illo gladio probatur interiri : de quo dixit i septimo psalmo nisi conuertimini gladium suū vibrabit &c . **S**pata a passione dicitur greco vero quoniā patin grece dicitur pati. vñ & patior & patif dicimus . semispatium gladius est a media spate lōgitudine appellat⁹ . vt i prudens vulgus dicit sine spatium dū sagitta velocior sit **P**ugio a pungendo & transfigendo vocatus est enim gladius paruus & bis acutus lateri adherēs. **I**dem & clunabulū dictum quod religetur ad clunes. **S**ica a secando dicta . ē enī gladius breuis quo maxime vtunt qui apud italos latrocinia exercēt . a quo & sicarii dicti. **G**ladius enī plures significacōnes habet & i bono & in malo accipitur vt supra ostendimus. **N**am gladi⁹ verbū dei & seueritatē legis atq̄ pphetarū significat vt i apocalipsi & gladius egrediebāt de ore ei⁹ id ē verbū domini. gladius vis est amoris dei. vt i euāgelio. non veni pacem mittere sed gladium. **G**ladii sūt i manibus sanctorū testimonia diuine scripture ex vtroq̄ testamento legis in acumine pducta vt i psal. & gladii bis acuti i manibus eorū : & i apostolo. & gladiū spiritus quā est verbum dei. **G**ladii duo sunt testamenta legis vt i euangelio secundū lucā. **E**cce gladii duo hic. **G**ladius est hereticorū

predicatio vt i salomone. que p dētibus gladios habet. & i euāgelio. omnis qui percussit gladio. gladio morietur. **G**ladius est seductio diaboli vt i psalterio. qui liberaisti seruum tuū de gladio maligno. **G**ladi⁹ est dāpnatio sempiterna vt i iob. **S**i multiplicati fuerint filii eius id ē hereticorū discipuli in gladio erūt. **G**ladius est iudicium dei vt in hieremia. a facie gladii colūbe vnusquisq̄ ad populum suū cōuertet. **G**ladius est vindicta vlt sermo domini vt i apostolo. viuus est enī sermo dei vt efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. **R**omphaea idem ē q̄ & sup. **M**achera sermo dolosus & insidius plenus. vt est illud i psalmo. filii hominum dentes eorū arma & sagitte & lingua eorū machera acuta . **S**ecures signa sūt que ante consules ferebantur quas spani ab vsu francorū per deriuatio franciscas vocāt . ea solebāt signa portari : ne aut vsuū perderet belli. aut vacās aspectum amitteret gladiatorum . **D**icitur autē securis ferramentū quo ceduntur ligna ad vsuū hominū qd̄ etiā mustice aut euāgelicam p̄dicationem aut iudicii sententiā significat. vnde est illud i euangelio. iam enī securis ad radices arborum posita est. **A**rbor huius mūdi ē vniuersum genus humanū. securis vero ē redemptor noster q̄ velut ex manubrio & ferro cōstat teneturq̄ ex humanitate sed icidit ex diuinitate. **Q**ue videlicet securis iam ad radicem arboris isti⁹ posita est : quia & si patientiam expectat videtur tūc qd̄ factura est. **P**otest & securis nomine predicatio sermonis. euāgelici intelligi : quia secundū apostolum viuus est sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti & pertingens vsq̄ ad diuisionem anime & spiritus. conpagum quoq̄ & medullarū & discretor cogitationum. & iheremias ppheta. verbū domini securi cōparat cedētī petrā : siue securis sententiam iudicii altissimi significat que ad radices arborum. i. ad finem regni populi iudaici posita est : vt eos qui i xp̄o credere noluerūt de terra viuentium abscedat.

De bastis.

vii.

Hasta ē q̄ cū ferro cui⁹ diminutiūū facit hastilia. **N**omé autem haste ab hastu sumpsit vnde & astucia. **C**ōt⁹ ferrum non habet. sed tātum cuspide acuto ē. virgili⁹. efferratasq̄ trudes & acuta cuspide contus. contū aut quasi cōtium. ē enim contum acuta rotunditas. **I**n significacione autem haste vel hastilium potest temptatio diabolica intelligi. per quā saluti generis humani ipse antiquus hostis iudet & intefectionem preparat . vnde ē illud qd̄ de goliath

gigante scriptura refert dicens. Hastile autem haste eius erat quasi liciatorium texturium & cetera. Pugna vero philistinorum contra israel non inconuenienter malignorum spirituum prelium aduersum ecclesiam dei accipi potest. Inde egreditur de castris scilicet philistinorum vir spurius nomine goliath nimie magnitudinis. qui bene potest significare diaboli superbiam quam dauid noster singulari certamine celsus prostravit. ac populum dei a timore eius eripuit. qui leonem & ursum necauit ursum videlicet diabolum. Leonem antichristum alterum nunc hominibus latenter insidiantem. aliter in posterum manifestissime seuientem. Lancea est hasta amentum habens in medio. dicta autem lancea quod equa lance id est equali ameto potenter vibratur. Amentum vinculum est iaculorum. hastiliarium quod in mediis hastis aptatur. & inde amentum quod media hasta religitur. & iaculetur. Claua est qualis fuit hercolis. dicta quod sit clavis ferreis muicem religata. & est cubito semis facta in longitudine: hec & cateia quam oratio caia dicit. est enim genus gallici telis ex materia quam maxime lenta que iactu non quidem longe propter grauitatem euolat sed quo peruenit vi nimia perfringit: quod si ab artifice mittatur. rursum redit ad eum. Lancea enim potest significare. passionis dolorem vel sacramentorum aptationem. unde in propheta scriptum est. lanceis suis vulnerauerunt me. & in passione domini vnus militum lancea latus eius aperuit & continuo exiuit sanguis & aqua. Eleganti ergo euangelista verbo usus est ut non diceret latus eius percussit aut vulnerauit. aut quid aliud sed aperuit ut illic quodammodo vite hostium pandere unde sacramenta ecclesie manauerunt sine quibus ad vitam que vera est. vita non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum. aqua illa salutare temperat poculum. hec & lauacrum prestat & potum.

De sagittis. viii.

Sagitta a sagaci iactu. id est. veloci iactu vocata. Pennis enim fertur quasi auis & celeriter mox percurrit ad hominem. his primis cretenses vsu sunt quibus penne ut diximus ideo agglutinantur ut leues sint & per uolent hastas. Spicula sunt sagitte vel lancee breues ab spicaz specie nuncupate. Scorpio est sagitta venenata arcu vel tormentis excussa que dum ad hominem venerit virus quo figit infundit. unde & scorpio nomen accepit. De sagittis ergo in iob ita scriptum est. sagitte domini in me sunt quaz indignatio ebibit spiritum meum. Hic sagitarum nomine animaduersionis sententia designatur. Vir igitur sanctus quia peregrinationis sue erumnam respicit. quod sub p

secucionibus domine animaduersionis ingemiscit dicat. vnde & verba mea dolore sunt plena. quia sagitte in me sunt domini ac si diceret. Ego in exilii damnatione non gaudeo. sed sub iudicio positus doleo quia vim percussione agnosco. Sagitta domini ihesus christus. corda electorum suorum salubriter vulneras. ut in isaia. sicut sagittam abscondit me in pharetra sua. Sagitta preceptum diuinum ut in psalterio. sagitte paruulorum facte sunt plage eorum hoc est apostolorum. & alibi misit sagittas suas dissipauit eos. Sagitte in sidie inimici siue sermo hereticorum ut in hieremia. sagitta vulneras lingua inimici. Aliquando vero sagittaz nomine ut diximus sententie diuine legis exprimentur unde est illud in psalmo. Sagitte tue acute potentissime. & alibi. sagitte acute sunt verba domini saluatoris hominum potentis acute. sagitte corda salubriter infigentia: que ideo vulnerant ut sanent. ideo percuciant ut liberent. ideo persternunt ut erigant. nam & aliam significacionem sagitte habent in illa psalmi sententia. paruauerunt sagittas suas in pharetra ut sagittent in obscuro rectos corde. Permanet in comparatione sagittarii. nam sicut iste habet sagittas in pharetra ita ille gestat in corde verba venenosa. in obscuro vero sue persecutionibus peritur batur ecclesia. quando timore periculi carnalibus homines credunt facilius imitari. siue in abscondito consilio cum oportunius putant christianos decipere quando eos iudicant sua consilia non videre: sed cum dicit rectos corde insidias eorum ostendit inanes & vacuas.

De pharetris. viii.

Pharetra sagittaz teca a ferendo iacula dicta sicut & feretrum ubi funus defertur. que idcirco ethimologia communem habet quia pharetra mortem. feretrum mortuum portat. Coriti proprie sunt arcuum thece. sic sagittaz pharetre. Pharetra enim aut scriptura est sacra unde sagitte sententiarum diuinarum proferunt. & probete atque apostoli predicacionis iacula mittunt: aut humanitatem saluatoris nostri qui in isaia loquitur dicens. Posuit me sicut sagittam electam & in pharetra sua abscondit me. quando dicit sagittam electam ostendit habere deum sagittas plurimas. sed non electas. que sagitte probete sunt & apostoli qui in toto orbe discurrunt. de quibus & in alio loco canit. Sagitte tue acute potentissime populi sub te cadent. & iterum. sagitte potentis acute cum carbonibus desolatoriis. Christus autem de multis sagittis & filiis plurimis. vna sagitta electa & filius unigenitus est quam in pharetra sua abscondit id est in humano corpe. ut habitaret in eo plenitudo diuinitatis corporaliter.

varūq; esset credētū fides. cui & sup̄ dicit̄.
 tu es deus absconditus & nesciebamus. Qua
 sagitta & sponsa vulnus accipiens loquitur ī
 cantico canticoꝝ. vulnerata caritate ego sū.
Vagina appellata eoꝝ ī ea mucro v̄l gladius
 baiuleē. theca ab eo q̄ aliquid receptū tegat
 c. litera pro. g. posita. Alii greco nomie the
 cam vocari asserūt quod ibi reponat̄ aliquid
 inde & bib'iotheca libroꝝ repositio dicitur.
Vagina aut̄ occultacōem cōsiliū vel p̄telacōeꝝ
 iudicii significat. vñ ī psalmo scriptū ē. nisi
 cōuertimini gladiū suū vibrabit. Contuma
 ces terret iudeos q̄ dñi lege contempta ido
 lorum culturis nefandissimis seruebat̄ ipsis
 nisi cōuertatur gladius suū vibrabit. 1. vnicū
 filium suū sub lucente claritate missurus est
Vibrare enī illud dicim⁹ qđ modo lumē. mo
 do v̄bras tremulas p̄batur ostendere. hoc
 constat ī incarnacōe xp̄i dñi p̄uenisse quādo
 perfidis tenebras. fidelibus autē lumen sue
 deitatis ostēdit. **Arcus** vocatus eo qđ arce
 at aduersariū. vnde & arces dicunt̄ a quib⁹
 arcentur hostes. **Item** arcus dicit̄ ob speciē
 q̄ capita eius sint curuata arcibus. **Arcus**
 est iuxta mysticum sensū euāgelic⁹ sermo vt
 in genesi. sedet ī forte arcus ei⁹ id est dñi &
 in apocalipsi. datus ē ei arcus. **Arcus** hereti
 corum dogma vt ī psalterio. quoniā ecce pec
 catores tetenderūt arcū suū. item de arcu ī
 psalmo ita scriptū est. Arcum suū tetēdit &
 parauit illum. Arcum itaq; scripturam noui
 & veteris testamēti cōgruenter accipimus: q̄
 duobus quodāmodo curuatis flexibus deuo
 torum collo complectit̄. hic fidelibus suaue
 iugum ostendit. cōtumacibus aut̄ arma ter
 ribilia declarant̄: tetendit adiectū est ne ei⁹
 patientia remissa putaret̄. **Quod** aut̄ sequit̄
 & ī ip̄o parauit vasa mortis sagittas suas ar
 dentibus effecit. **Hic** distributio diuine ma
 iestatis ostendit̄: q̄a per arcum id ē p̄ vetus
 & nouū testamētū sicut iam dictū est. & ef
 fectus mortis venit & sagittis ipsius vita p̄
 statur. egressē sūt aut̄ de isto arcu tanquā sa
 gitte. 1. apli qui ardentib⁹. hoc ē desideran
 tibus animis ī modū sagittaz̄ precepta salu
 taria trāsmiserūt: vnde & impij sauciarent̄.
 & fidelibus efficax cura proueniret.

De fundis.

x.

Funda dicta eoꝝ ex ea fundant̄ lapi
 des id ē emittant̄. **Balista** genus tor
 menti ab emittendo iacula dicta. ba
 lin enī grece mittere dicit̄. **Torque** enī ver
 bere neruoꝝ & magna vi iacit aut̄ bastis aut
 saxa. idē & fundibalus quasi fundēs & emit
 tens dicitur. **Contra** balistā testudo valet. se
 ries enī sit armoꝝ v̄mbonibus iter se colliga

ris. **Funda** ē ecclesia sic ī iob p̄ antixpo dicit̄
 in stipulam versi sūt ei omnes lapides funde
 & ī zacharia. subiciēt ī lapidibus funde. **De**
 funda aut̄ in libro regum ita scriptū legim⁹
 elegit dauid sibi quicq; limpidissimos lapides
 de torrente & misit eos ī perā pastoralē quā
 habebat secū & fundam manu tulit & p̄ces
 sit aduersus philisteū. qđ significat xp̄m per
 quicq; libros legis ī v̄nitate caritatis diabolū
 funda predicacōis superasse atq; p̄prio gla
 dio hoc est nequicia ipsius damnasse atq; in
 teremisse.

De ariete.

xi.

Arieti nomen species dedit eoꝝ cum
 impetu īpingit murū ī modū arietū
 pugnatiū. **Valide** enī ac nodose arbo
 ris caput ferro vestit̄ ea que suspensa funib⁹
 multorum manu ad mūrū impellit̄. deīde re
 trorsū ducta maiori īpetu destināt. sicq; cre
 bris ictibus concussum muri latus cedit. ca
 uatūq; irrūpit ac fenestrā facit. **Contra** īpul
 sū arietis remediū est saccus paleis plen⁹ &
 ī eū locum dimissus quo aries p̄cutit. **Laxo**
 enim saccorū sinū ictus arietis illisus molli
 tur. duriora enī mollioribus facilius cedunt
Plutei sūt crates corio crudo intexte: que in
 opere faciēdo hosti obiciuntur. **Arietes** sūt
 tēptationū stimuli v̄l īpetus p̄secutionis:
 vt ē illud. & pones arietes ī giro.

De clipeis.

xii.

Clipeus est scutū maius dictum ab eo
 q̄ clepet id ē celet corp⁹ piculūq; sub
 ducat. onomathopeyō. **Opposit⁹** enī
 sua defensione ab bastis & iaculis corpus mu
 nit. **Clipeus** aut̄ peditum ē. scutū equitum.
 scutum appellatū eoꝝ a se excutiat telorum
 ictum. vt enī telis resistat̄ clipeus antefert̄.
De clipeo ī p̄uerbiis scriptum est. omnis ser
 mo dei clipeus ignitus ē sperantib⁹ ī se. hec
 tota xp̄i ecclesia nouit. & illi maxime sciūt
 qui deo secum morante t̄rens fastū sapiētie
 cōtemnūt. **Qui** nimirū omnis sermo diuine
 auctoritatis corda electoꝝ & igne caritatis
 accēdit. & scientia veritatis illustrat. & vi
 cioꝝ sordes si quos ī eis inuenerit cōsumit.
 & ab hostium insidiis sperātes in se cunctiq;
 defendit aduersis. **Item** ī cantico canticorū
 scriptum ē. mille clipei pendēt ex eo. omnis
 armatura fortū. quod significat testimonia
 scripturaz̄ sanctaz̄. **V̄mbo** sicut v̄mbilic⁹ ps
 media ē q̄si ancile vocat̄ scutū breue & rotū
 dum. de q̄ virgilius leua ancile gerebat. &
 ancile dictū ab ancisione qđ sit ab omni parte
 veluti ancisū hoc est rotundū. **Quidius**. idē
 ancile vocant q̄ ab omni fit parte recisū. q̄q;
 notis oculis angulus omnis ab ē. **Peltū** scutū

breuissimum i modum lune medie. de quibus meminit liber regu. Fecit rex salomon ducē ta scuta de auro puro & trecentas peltas ex auro probato. Cetera scutu loreu sine ligno q vtunt affri & mauri. de quo poeta. leuas ceē tegit. Parma leuia arma. qsi paruus clipeus dicit aut & testudo scutoru nā i modū testudinis fit. Clipeus & testudo est scutoru conexio curuata i testudinis modū. Nāq in armorum generibus milites etiam ab animalibus nomina sumūt vt aries. Et salusti9 i modum iquit iricii militaris. scutu aut fidem significat vt est illud apli sumētes scutu fidei i quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Aut adiutoriū diuinū vt est illud psalmiste. Apprehende arma & scutu & exurge i adiutoriū mibi. Item scutu obduratio cordis vñ peccati defensio. vt illud hieremie dabis eis dñe scutu cordis laborē tuū Arma ab arcendo dicta sūt q per ea hostes violentissimos arceam9. & ideo hoc humana cōsuetudine dicit que armat manū vt oppōmat inimicū. Ceterū arma & scutu sola volūtas est dñi q ptegit piclitate & expugnat aduersū: scutu enī dictū est qsi sculptū q in ipso antiq sua facta signabant. nā q dicit apprehende. nūquid ab eo sumit ad tēp9 peregrina defensio. semp ille paratus ē ad exitū rex q pbat omnipotēs. nec qsi de quiete exurgē credit q uunq iacuisse declarat. Arma igit ptinēt ad indumēta ferrea p que salus humana defendit: scutu ad repellendos ictus inimici vt frustrata tela cadāt que fuerant ad exitium hominis destinata.

De loriceis. xiii.
Lorica vocata eoq loris careat. solis enī circuli ferreis cōtexta ē. Squama est lorica ferrea ex laminis ferreis aercis cōcatenata i modū squame piscis & ex ipso splēdore squamaz & similitudine nūcupat. In ciliciis autem & poliunt lorice & tegunt. Significat aut lorica iusticie obseruatiam que ptegit hominē & illesū seruat ab hoste qa sic difficile vulnerat in his vñ maxime locis que vitā tenēt q cōseruatā hamis & circulis ferreis inuicē se tenentē lorica virtutis idutus ē ita qui ē circūdatu multiplici veste iusticie nec ad similitudinem cerui i iecur accipiet sagittā. nec i desideria corruet. & furores sedat mūdo corde habēs artificē hui9 lorice deū q vnicuiq sanctor9 omnia arma fabricat & n̄ sinit ab iaculo voluptatis piri & a sagittis ardēribus pcuti parit & vexari. Itē lorica i malā ptē accipit vt i ezechiele. Aduersus gog omnes scutati & loricati.

De galeis. xiiii.

Cassis de lāmīna ē: galea de corio. nā galeros coriū dicit. cassidē autē a tuscis nominatā. Illi enī galeam cassidem nomināt credo a capite. apex ē qd i sūma galle eminet q figit crista quā greci conū vocant. nam conus ē curuatura. que in galea pminet sup quā criste sūt. Nā cassis vel galea que caput nostrū hoc ē mentē nrām cōtra arma inimici defendit. spes ē i dñm saluatorē vñ monet apls nos iduere galeā salutis. quoniā cōtra atrocissimos hostes & omni tergiuersa cōne callidos bellū gerim9. Idcirco omni cautela & sollicitudine vigilare debem9 vt qlt cūq tēptauerit. munitos nos & pparatos iueniāt. Necessē ē enī vt de9 adiuuet. qs viderit i scibus vigilare & de armis ei9 expectare victoriā. In hui9 modi ergo bello sobria mēte opus ē & pura cōsciētia qa nō cōtra carnalia nequicie s̄ aduers9 spiritalia dimicat. Cōtra terrigenas enī hostes corp9 sagina roborat. & poculo mēs icendit vt repugnādi sumat audaciā: aduers9 spiritalia enī nequie spiritalit repugnandū ē. & sobrietatis & abstinentie arma sumēda sūt. vt ifusi sancto spiritu imūdos & erraticos spirit9 deuincam9 sic itaq succingemus lūbos nrōs i veritate. si parati sumus errori resistē. Omnis enī q operari vult succinget se vt ablato impedimēto diligentius operet.

De foro. xv.

Forum exercendarū litiū locus a fando dictus. q loc9 & prostra vocatur ab eo q ex bello punico captis nauibus cartaginēsiū rostra ablata sūt & i foro romano pfixa vt esset huius isigne victorie. Prima species fori locus i ciuitate ad exercēdas nundinas relictus. Secūda vbi magistratus iudicare solet. tertia quā sup dixim9 quā calcatorium nominauimus. quarta spacia plana in nauibus. De quibus virgilius. laxatq foros. Cōstat aut for9 causa. lege. & iudice. causa vocata a casu q eueit. ē enī materia & origo negotii nec dum discussionis examine facta. Que dū pponit causa ē dū discutit iudiciū ē dū finit iusticia. Vocatū aut iudiciū quasi iuris dictio. & iusticia qsi iuris status. Iudiciū aut pus iquisicio vocabat. vnde & auctores iudiciorū ppositos: questores vel quesitores vocamus. De causa ergo i psalterio scriptū ē. exurge dñe & iudica causam tuā. Post cū cta que dixit nūc facit iudicis causam vt eū efficacius cōmoueret cui negotii sui qlitas i timat. Nūc ad ipsū dñm verba cōuertit. expens ut causam suā cōtra illos diuidicet q non desinunt prauiis marmurationibus insonare. Iudicat enī causam suā dū errātes facit.

manifesta cognoscere ut conuersi p̄dicent q̄d
 stultis cogitacōibz abnuebāt. De iudicō vero
 ita scriptū legiē. de 9 iudiciū tuū regi da. Iu
 diciū enī dictū ē q̄si iuris diciū id est q̄ in eo
 ius dicat: & ut veracissime probaret esse pe
 ticio eadē iterū sequēti cōmate geminauit.
Hoc ē enī q̄ dicit. & iusticiā tuā filio regis.
 quod superi9 ait. iudiciū tuū regi da. quod ī
 scripturis diuis ad exōmēdā causam frequē
 ter inuenis repetitū. **Negociū** multa signifi
 cat. modo actū rei alicui9 cui contrariū ē ocīū:
 modo actionē cause quod ē iurgiiū litis. & di
 ctum negociū q̄si neociū id ē sine ocio. **Nego**
 ciū autē ī causis. negociatio ī cōmercus dicit
 vbi aliqd dat vt maiora lucent. **Iurgium** di
 ctū q̄i iuris gariū eoq̄ bi qui causam dicūt
 iure disceptēt. **Lis** a cōtentione limitis p̄9 no
 mē sup̄lit. de q̄ virgili9. limes erat positus li
 tem vt discerneret agris. **Causa** autē ā argu
 mento aut p̄bacione cōstat. **Argumētū** nūq̄
 testibus nūquā tabulis dat p̄bationē. s̄ sola ī
 uestigatione inuenit. veritatē. vñ dictū est.
Argumētū argutū iuētū. p̄batio autē testibz
 & fide tabularz cōstat. **Negotiū** enī aliqd lau
 dabile ē hoc ē quādo ī studiis spiritalibz labo
 rat. vt ē illud ī euāgelio. negociatum donec
 veniā. **Hinc** dicunt negociatores spiritalis q̄
 bonas margaritas querūt. **Et** cōtrario aliud
 est negociū vitupabile hoc ē q̄d ī cupiditate
 mūdāna exercet. de q̄ dicit apls. nemo mili
 tās deo implicet se negociis secularibus vt
 ei placeat cui se p̄bauit. **Similit** autē & cau
 se aliquādo laudabiles sūt: aliquādo vitupabi
 les. **Tūc** enim laudabiles sūt cause quādo ad
 virtutes spectāt. tūc autē vituperabiles quā
 do ad cōtencōes seculares pertinēt. **Dicit** enī
 psalmista. iudica me de9 & discerne causam
 meā de gēte nō sancta. **Non** enī petit pecca
 ta sua discuti. sed ab iniquoz cōsortio liberari.
Esset enī periculosū dicē iudica me nisi ad
 didisset & discerne causam meā: id ē diuide
 pmixtionē meā quā ī seculo isto sustineo &
 aliq̄ndo segregatū me ab impiis ī populi tui
 electione cōstitue. addit de gēte nō sancta: b̄
 ē de pueris ac male viuētibz. **Legiē** & ī alio
 p̄pheta dñs increpasse peccātes ita dicēs: ec
 ce ad lites & cōtencōes vigilatis & p̄cutitis
 pugno impie. quod q̄ sit vitupabile manife
 stū ē. **In** omni autē iudicio sex p̄sone querunt
 iudex. acusatō. reus. & tres testes. **Iudex** di
 ctus q̄si ius dicēs p̄plo. siue quod iure discep
 tet. **Iudex** autē ī scripturis sacris aliq̄ndo ip̄e
 deus n̄r q̄ omnia secundū equitatē iudicat.
 vñ p̄pheta ait. **De9** iudex iustus fortis & lō
 ganimis. **Itē** homines iudices dicunt. **Vnde**
 in lege scrip̄tū ē. iudices ī portis tuis cōsti

tuas q̄ iudicēt p̄plm ī eq̄tate. **Accusator** vo
 catur q̄si accusator q̄ ad causam vocat eum
 quē appellat. **Accusator** siḡificat diabolū de
 quo ī apocalipsi scriptū est. **Letamini** celi &
 exultate omnes q̄ habitatis ī eis: quoniam p̄ie
 ctus ē accusator fratrum n̄roz. **Reus** a te qua
 petiē nūcupat: quia quāuis sceleris cōsciū nō
 sit: re9 tamē dicit quādiū ī iudicō p̄ re aliq̄
 petitiē. **Reus** enī ī scripturis p̄ fonte & pec
 catore ponit. vñ ē illud. q̄ hominē occiderit:
 reus ē mortis. **Testes** antiqui9 sup̄stites di
 cebant. eoq̄ sup̄ statū cause p̄ferebant. nūc
 p̄te ablata nominis testes vocari: testes autē
 cōsiderat cōdicōe natura & vita. **Condicōe** si
 liber nō seruus. nā sepe seru9 metu dominan
 tis testimoniū sup̄pmitt veritatis. **Natura** si
 vir nō femina. nā variū & mutabile ser p̄ fe
 mina: vita si innocēs & īteger actu. nā si vita
 bona defuerit fide carebit. **Nō** enī potest iu
 sticia cū scelerato habē societatem. **Duo** autē
 sūt genera testiū aut dicēdo id quod vidēt
 aut p̄ferēdo id q̄d audierūt. **Duobz** autē mo
 dis testes delinquūt cū aut falsa pmunt aut
 vera silencō obtegūt. **Testes** autē ī scripturis
 sacris illi dicunt. q̄ ea que vidēt & audierūt
 veracit̄ ptulerunt. **Vnde** ip̄e deus ad ap̄los
 suos ait. & eritis mibi testes ī hierusalē & ī
 omni iudea & samaria & vsq̄ ad vltimū tre.
Vnde & petrus & iohānes cū a iudeis tenti
 fuissent & p̄hibiti sūt ne omnino loquerent.
 neq̄ docerent ī nomine ihesu vlli hominū. re
 spondētes dixerūt ad eos. **Si** iustū ē in conspe
 ctu dei vos potius audire q̄ deū iudicate.
 nō enī possumus que vidim9 & audiimus
 nō loq̄. hinc & illi q̄ in recta fide & ī cōfessi
 one nominis xp̄i vsq̄ ad mortē p̄seuerauerūt
 martires hoc ē testes xp̄i nuncupant: qui re
 cte loquēdo & bene opando in vita sua nec
 nō & ī morte testimoniū fidele dño p̄bue
 rūt. **Vnde** & apls sanctorz virtutes numerā
 do & extremū subiunxit dicēs. hii omnes te
 stimonio fidei p̄bati inuenti sūt. & vt breuit̄
 cūcta replicemus. **Iudex** deus ē sic sup̄ osten
 dimus vt ī psalterio. deus iudex iust9 fortis
 & paciēs. **Iudices** sūt apli vt in euāgelio. se
 debitis sup̄ sedes xii iudicātes xii tribz isra
 el. **Testes** sūt apli v̄l ceteri fideles vt in apo
 stolo. testimoniū dicemus de deo. quod susci
 tauit ihesū xp̄m a mortuis. **Testis** xp̄s vt in
 apocalipsi. ihesus xp̄s q̄ est testis fidelis: &
 in isaia. ecce testē poplis dedi eū. **Testes** fal
 si sunt iudei siue heretici vt ī psalmo. quoniam
 insurrexerūt ī me testes iniq̄. **Et** ī deuterono
 mio. si steterit testis iniqu9 falsū testimoniū
 p̄ferēs aduersus pximū suū. **Iudiciū** est dif
 cretio boni ac mali vt ī psalterio. si vere vtiq̄

iusticiā loqmini recte iudicate filii hominū .
Iudicium separacō bonoz a societate maloz
 vt ī euāgelio . & separabit eos ab inuicē . & ī
 psalmo . iudica me deus & discerne causam
 meā . **I**udiciū dāpnatio futura sic ī euāgelio
 p̄ fidelibus veritas loquit̄ . q̄ credit ī me nō
 iudicabit̄ . Et econtrio de re p̄bis q̄ aut̄ non
 credit iā iudicatus ē . hoc est adēnatus . **I**udi
 ciū ī iniusta rep̄bensione v̄l dāpnacōne vt in
 euāgelio . **N**olite iudicare vt nō iudicemini .
 & ī ap̄lo q̄ nō manducat mādacantē nō iudi
 cet . **I**udiciū cōfessio penitētis . in eo enim qd̄
 se accusat & dei iudiciū laudat verū iudiciū
 est . **D**e q̄ iudicō dñs p̄ isaia loq̄tur dicēs . re
 duc me ī memoria & iudicemur simul ; & in
 iob . & dignum ducis sup̄ huiuscemodi apire
 oculos tuos & adducē eū tecū ī iudiciū . **E**t ī
 ap̄stolo q̄ si nos metip̄sos iudicarem̄ ; non
 vtiq̄ iudicarem̄ . **I**udiciū quorundā p̄supcō
 & de propa se extolentiū iusticia quibz dñs
 p̄ hieremiā respōdit dicēs . qd̄ vultis mecū
 iudicō cōtendē . omnes me dereliquistis . **I**ni
 micus diabolus iuxta allegoriā intelligit̄ . vt in
 euāgelio . inimic⁹ homo hoc fecit . **I**nimici iu
 dei v̄l heretici vt ī michea . inimici hominis
 hoc est cristi domestici eius . **A**dversari⁹ ser
 mo diuin⁹ eoz cōtrarius cōtraria hominū vo
 lūtati . precipiat . vt ī euāgelio . esto cōsentis
 aduersario tuo cito dū es cū illo ī via . **A**dver
 sarius diabolus vt ī zacharia . & satan stabat
 a dextris ei⁹ . ita vt aduēfarē ei . **C**rudel⁹ di
 abolus vt ī salomone . ne des alienis hoc ē de
 monibus honorē tuū & annos tuos crudeli .
Alieni demones iudei siue heretici vt ī psal̄ .
 quoniā alieni īsurrexerūt aduersū me . extra
 nei demones vt ī salomone . ne forte īpleant̄
 ex̄tnei viribz tuis & labores tui sint ī domo
 aliena . **F**ur diabol⁹ vt ī osee . & fur spoliās .
 latrūculus foris . **L**atrones demones . ī iob . si
 mulauerūt latrones ei⁹ . & fecerūt sibi viam
 p̄ me . **F**ures & latrones heretici siue iudeoz
 doctores . **I**n euāgelio . omnes quotquot vene
 rūt fures sūt & latrones . fur mors ex īproui
 so adueniēs vt ī euāgelio . hoc aut̄ inq̄t sci
 tote qd̄ si sciret pat̄familias q̄ hora fur veni
 ret . viguaret vtiq̄ & nō sineret p̄fodi domū
 suā . fur dies iudicii ī ap̄stolo . dies dñi sicut
 fur . ita ī nocte veniet .

De spectaculis. xvi.

Spectacula vt opinor generaliter no
 minant̄ voluptates que nō p̄ semetip̄
 sa inquināt . sed p̄ ea que illic gerunt̄
 Dicta aut̄ spectacula eoz hominibus publi
 ca ibi p̄beatur inspectio . hec & ludrica nūcu
 pata q̄ ī ludis gerantur aut in scenis . **D**e spe
 ctaculo aut̄ ī ap̄lo ita legimus . spectaculum

facti sumus huic mūdo & angel⁹ & hominibz
 bus qd̄ erūt spectaculū enoch . & helias vsq̄
 adeo vt corpora eoz ī platea proiciant̄ ī con
 spectu tot⁹ ppli infidelis ita & ap̄stoli spe
 ctaculū facti sūt . qd̄ publice irridebant̄ posi
 ti ad iniuriā & mortē quā passi sūt . **M**undū
 autē angelos & homines dixit . qd̄ & angel⁹
 mali sūt . dicēte dauid ī psalmo lxx . iiii . vex
 abant illos p̄ angelos malos . **E**t homines ma
 li atq̄ increduli . his ap̄stoloꝝ iurie oblecta
 menta sūt : mūdus autem idcirco infidelitas
 dicit̄ qd̄ visibilia sequitur .

De ludo gymnico xvii.

Gymnicus lud⁹ ē velocitatis ac virium
 gloria . Cuius loc⁹ gymnasiū dicitur
 vbi exercētur athlete & cursoꝝ velo
 citas cōprobat̄ . hīc accidit vt omniū p̄pe ar
 zium exercitia gymnasia dicant̄ . **A**n̄te enī in
 ludis certātes cincti erant ne nudarent̄ : post
 relaxato cī gulo repēte prostrat⁹ & exanima
 tus ē qdam cursor . q̄re ex consilii decreto ar
 conipomenes vt nudi deinceps exercitarē
 tur p̄misit . **E**x illo gymnasiū dictum quod in
 aenes nudi exercerent̄ ī cāpo vbi sola tantū
 verecunda operiuntur .

De generibus gymnicoꝝ. xviii.

Onera gymnicoꝝ quicq̄ sunt id ē sal
 tus . cursus . iactus . virtus . atq̄ lucta
 tio . vnde ferūt quendā regem tot⁹ fi
 lios adolescentes habentē . totidē generibus
 de regno iussisse cōtendere .

De saltu. xviiii.

Saltus dicitur q̄si exilire in altum est .
 enī altius exilire vel longius . **S**altus
 enim mystice profectū virtutū signi
 ficat : vt est illud ī isaia . tūc saliet claud⁹ sic
 ceruus . **S**altare totis viribus in dño gaudē
 sicut in libro regū de dauid dicit̄ . & saltauit
 corā arca dñi totis viribus & in aliā p̄tē ī euā
 gelio . cātāuim⁹ vobis tibiis & nō saltastis .

De cursu. xx.

Cursus ē velocitate crurū vocat̄ . est
 enim cursus celeritas pedū . mystice
 aut̄ cursus ad trāsitum p̄sentis vite
 ptinet vel certaminis agonē q̄ milites cristi
 in hoc mūdo laborāt . vnde dicit ap̄ls . **N**esci
 tis quod hī q̄ in stadio currūt omnes quidē
 currunt sed vnus accipit brauiū . vos qdem
 sic currite vt comprehendatis . hoc est vt pal
 mam victorie & plenam mercedem laboris
 vestri accipiatis .

De iactu. xxi.

Iactus dicitur a iaciēdo vnde & pisca
 torum rete iaculum dicit̄ . huic arti
 vs⁹ ē acceptos lapides p̄cul ferire . ha
 stas pōdē librato iacē . sagittas arcu emittē .

De virtute. xxii.

Virtus est imenitas viriu. i labore & pondere corporis. virt9 pertinet ad exercitium spiritale vt virtutib9 vicamus. vicia superemus.

De luctacione. xxiii.

Luctacio a lateru complexu vocata qb9 comin9 certates innitunt qui greca appellaco9e athlete vocant. Nam & luctaco nra spiritualis e non carnalis: qa teste aplo. no est nobis colluctatio aduers9 carne & sanguine. sed aduersus pncipes & potestas aduersus mudi rectores tenebraru haru con9 spiritualia nequicie i celestibus.

De palestra. xxiiii.

Locus aut luctacois palestra dicit. palestra aut vl a potupalesi id est a luctaco9e vel a potupalin .i. a motu rursus ne fortis nominatam dicunt. scilicet q9 in luctado cu medios arripiat fere quaciunt idq9 apud grecos palin vocat.

De agone. xxv.

Que latini certamia greci agonas vocat. a frequetia q9 celebrabant. siqde omnem cet9 atq9 couentum agona dicit. Alii qd i circulis & quasi agonis id e sine angulosis locis ederentur nucupatos agones putant.

De generib9 agonu. xxvi.

Agonum genera sunt hec. in entitas virium. cursus celeritas. sagittandi peritia. standi paciencia. ad citharam quoq9 tibias incitandi gest9. de moribus q9 de forma. de cantadi modulaco9e terristris quoq9 belli & naualis prelii perpeciendoz q9 supplicioru certamina. De agone aut mada no apls supsit exempl9 ad agone9 spiritalem dicens. Omnis aut q9 i agone otendit ab omnibus se abstinere & illi quide vt corruptibile corona accipiat. nos aut i corrupta &c. A q9 bus omnib9 dixerit ingramus vt possit nobis spiritualis agonis instructio sparaco9e carnalis acquiri. Illi etenim qui i hoc agone visibili studeat legitime decertare. vtendi omnib9 escis quas desiderii libido suggererit no habet facultate: sed illis tantummodo q9 earude certaminu statuit disciplina. Et no solum i terditis escis & ebrietate omni q9 crapula eos necesse e abstinere: veru etia cuncta inertia & ocio atq9 desidia vt q9ttidianis exercitiis iugi q9 meditaco9e virt9 eoz possit accrescere: & ita omni sollicitudine ac tristitia. negociisq9 secularibus affectu etia & ope coniugali efficiunt alieni: vt pter exercitiu discipline nihil aliud nouerut. nec vlli n iudiali cure penitus iplacent. ab eo tantu. q9 certaminu flet se

rantes quotidiani victus substati9. & corone glori9. odigna q9 p9mia victorie laude acquire. Itaq9 si agonis mudialis itelligim9 disciplin9 cuius exeplo beat9 ap9 nos voluit erudire doces quata custodia quid nos oueniat face q9 puritate oportet custodire nri corpis atq9 anime castitate. q9s necesse e quotidie sacro sanctis agni carnibus vesti. Quod eni illi in corporis puritate cupiut asseq. nos debem9 etia in cordis conscientia possidere. In qua d9s arbiter atq9 agonthea residet pugn9 cursus atq9 certaminu nri iugit exspectat. vt ea que in ppatulo horrem9 admittere. ne intrinsecus qdem coralescere incauta cogitaco9e pati amur. & i quibus humana cogitaco9e pfundi mur. ne occulta qde cocupiscetia polluiamur. Que licet possit hominu pterire notici9. sanctoz tam9 angelo9 ipsiusq9 omnipotētis dei scientia nulla subfugiunt secreta nec latere poterut. Et in hoc multu dispar donu est ac p hoc diligentiores nos esse deb9 quib9 no terrenis & marcescētibus florib9 s9 eternis conserta gemmis. i modum regalis diadematis spiritualis corona seruatur.

De ludis circensib9. xxvii.

Vdi circenses sacrorum causa ac deorum gentiliu celebraco9ib9 instituti sūt: vnde & q9 eos exspectat demonu cultibus inferuire videtur.

De circis. xxviii.

Hic circo vnde emittuntur equi carceres dixerunt ab ea re q9 & ille carcer q9 e in ciuitate q9 sicut ibi homines dapnati atq9 inclusi. ita hic eq9 coercent ne exeant antequa signu emittat. Carcer aut9 spiritualiter pena significat p9sentē vl futura. vt e illud psalmiste. educ iquit de carcere anima mea ad cofidendu nomini tuo. Hic carcerē duplici modo maiores intelligere voluerut. aut seculi istius penales angustias q9s patimur i isto corpore otituti: aut magis custodias inferni q9s euadere no licet lege humanitatis i firme. Carcer eni dictus est q9si arcer. eoq9 a se arceat exire oclusos. Sed cur se de isto carcē liberare. desideraret causa subsequit. Ad cofitendu nomini tuo. Tūc enim a cunctis fidelibus p9i pfessio laudis exhibet quado eū resurrectionis miraculo de iferni carcere costat eductum.

De aurigis. xxviiii.

Auriga circi auriga & currus eq9es siue pedites. Auriga proprie dictus q9 curru agat & regat siue quod feriat iunctos equos. Nam auriga ferit. vt lat9 haurit apertum. Ipse est & agitator id est verberator ab agendo dictus.

De curru. xxx.

Currus autem a cursu dicitur vel quia rotas habere videtur: unde & currum qui cursu currus sub allegoria duplici modo intelligitur. Aut enim angelicus exercitus in eo exprimitur. unde legitur in libro regum. belias igneo curru raptus in celum per angelos quippe illa facta & ostensa sunt adiumenta: quia nec ad celum eodem aere per se ascendere poterat quem nature sue infirmitas gravabat: aut sanctorum omnium societas unde est illud psalmiste. Currus dei decem milium multiplex milia letantium dominus in illis. Sanctorum ergo unanimitas currus est domini quem ille velut auriga insidet & ad voluntatis sue misterium salutaris lege moderatur: sed ut istum currum ostenderet non equis deditum sed humanis cogitationibus attributum ait. Decem milium multiplex. quod bene ad innumeros populos non ad equos noscitur pertinere subiicit. Milia letantium. quod utique de fidelibus debet intelligi. Et ut ostenderet leticie plenitudo ait. dominus in illis qui magne exultationis est cumulus & bonorum omnium dulcedo mirabilis. Nam aliquando currus societas ipsorum vinculo peccatorum alligata intelligitur. Unde in exodo scriptum est. currus pharaonis & exercitum eius proiecit in mare.

De equis quibus currunt. xxxi.

Quadrige & bige & trige & seuge a numero equorum & iugo dicti. ex quibus quadrigas soli. bigas lune. trigas inferis. seugas ioui. desultores lucifero & hespero sacuerunt. Quadrige ideo soli iunguntur quia per quatuor tempora annus vertitur. vere. estate. autumno & hieme. Bigas lune quoniam gemmo cursu cum sole creditur siue quia die & nocte videtur. iungunt enim unum equum nigrum. alter candidum. Trigas diis inferis quia hi per tres etates homines ad se rapiunt. id est per infantiam iuventutem. atque senectam. Seugum maximus cursus currui iouis: propter quod maximum deorum suorum eum esse credunt. Quadrige autem in scripturis sacris aut quatuor euangeliste siue euangelia intelliguntur. vel quatuor virtutes principales. hoc est prudentia. iusticia. fortitudo. & temperantia. In quibus omnium virtutum summa consistit: que etiam hominem ad celsitudinem perfectionis prouehunt & ad celeste regnum perducunt. In his autem duo testamenta intelliguntur. aut duo populi fidelium. ex iudeis videlicet & gentibus quos auriga celestis secundum voluntatem suam ducit. unde & psalmista ait. deduc me domine in via tua & ambulabo in veritate tua.

De septem spaciis. xxxii.

Septem spacia quadrige currunt referentes hoc ad cursum septem stellarum quibus mundum regi dicitur: siue ad cursum septem dierum presentium. quibus pactis vite terminus est

maius quod finis est erinis id est iudicium.

De equitibus. xxxiii.

Porro equites singulares ideo currere dicuntur: quia singulariter unusquisque cursu vite huius paget atque transit. alius alio tempore sequens alium per unam tamen viam mortalitatis usque ad propriam metam mortis.

De peditibus. xxxiiii.

Pedites autem aiunt propterea pede currere. quia pedibus currunt mortalitatis. Ob hoc a superiori parte currunt ad inferia. id est ab oriente usque ad occidentem quia mortales oriuntur & occidunt. Nudi currunt. quia & homini in seculo nulle relique sunt. Recto spacio currunt: quia inter vitam & mortem nihil distat. Sed hec igitur propterea finguntur. ut vanitates suas & sacrilegia excusare conentur. Eques autem significant eos qui alienis adminiculis adiuti rem pagunt. Pedites autem qui proprio labore certaminis cursum consumunt. unde de equibus propheta ad dominum dicit. Ascendes super equos tuos & equitatus tuus sanitas. id est ascendes in corda electorum tuorum per illuminationem gratie per quam te regente iter virtutum incedant per orbem totum te euangelizando ferentes perpetue salutis mundo vitam predicent. De peditibus autem ita scriptum dicit. pedes sanctorum suorum seruabit. & impiorum in tenebris conticescent. Pedes enim sanctorum suorum dominus seruabit hoc est electorum suorum opera in via iusticie diriget: & impiorum in tenebris conticescent quia mittentur in tenebras exteriores ubi erit fletus & stridor dentium. ubi conticescent id est ab arrogancia superbie sue cessabunt.

De coloribus equorum. xxxv.

Quia causas quoque elementorum idem generatiles etiam colores equorum iunxerunt. Rosos enim soli id est igni. albos aeri. praesuos terre. venetos mari assimilantes. Item rosos estati currere voluerunt quod ignei coloris sint. & cuncta tunc flauescant. Albos hiemi quod sit glacialis & frigoribus vniuersa canescant. Veri praesuos viridi colori quod tunc papin densatur. venetos siue rufos autumno currere quos & marti sacrauerunt a quo romani exoriuntur inde & vexilla romanorum cocco decorant eo quod mars sanguine gaudet. Sed hec vana sunt & fidei christiane contraria. unde animaduertere debes christiane quod circum numina imunda possideant. Quia propter alienus erit tibi locus quem plurimi satane spiritus occupauerunt. totum enim illum diabolus & angeli eius repleuerunt. At tamen in apocalypsi legimus quod apparuerit iohanni equus albus. rufus. niger. & pallidus. quorum diuersitas spirituale querit intelligenti. Unde equus albus significat ecclesiam super niuem gratia dealbatam: super quem sedebat ille qui habebat

arcum cui & data est corona. & exiuit vicēs
vt vinceret qđ dñs supra ecclesiā sedēs spiri
talis doctrine cōtra ipios arma ferēs victoriā
suis p̄cipit. Equus autē rufus sup quē sede
bat ille q̄ sūperat pacē de terra. significat po
polū sinistrū ex sessore suo diabolo sanguino
lentū cui semp discordia placet: Equ⁹ vero
niger sup quē sedebat qui staterā habebat ī
manu sua falsoꝝ caterua est fratrū. hii state
rā recte p̄fessionis habēt: & socios ledunt p
opera tenebraꝝ. Nam equ⁹ pallidus ī q̄ sede
bat ille cui nomē erat mors & quem īfern⁹
sequebat. heretici sūt: q̄ se catholicos fallūt
morte inhabitatrice digni perditōꝝ post se
rapiūt exercitum. Diabolus enī & ministri
eius metanomicos mors & īfern⁹ dicti sūt:
eoꝝ multis causa mortis & īfernoꝝ sūt.

De theatro. xxxvi.

Teatrū est q̄ scena includat semī cir
culi figurā habēs ī q̄ stantes omnes
inspiciūt. Cuius forma primū rotun
da erat sicut amphiteatrum. postea ex medio
amphiteatro. theatrū factum. Theatrū autē
ab spectaculo nominatū apototbeoro q̄ in eo
popl̄s stans sup atq̄ expectans ludos cōtem
plaret. Idem vero theatrū idē & p̄stitulum
eoꝝ post ludos exactos meretrices p̄sterne
rent. Idē & lupanar vocatū ab eisdē meretri
cib⁹ que propt̄ vulgati corpis leuitatē lupe
nū cupant. Nā lupe meretrices sūt a rapaci
tate vocatē eoꝝ ad se rapiāt miseros & ap̄
hēdāt. Lupanaria enī a paganis cōstituta sūt
vt pudor mulierū infelicū ibi publicaret. &
ludibrio haberent tā hii qui facerēt quā qui
paterent. Misticē autē theatrū presentē mū
dum significare potest: ī q̄ hii q̄ luxū huius
sc̄li secunt. ludibrio habēt seruos dei & eoꝝ
penas spectādo letant. Vnde ap̄ls dicit. spe
ctaculū sum⁹ facti ī hoc mūdo angelis & ho
minibus propter deum.

De ferali certamine. xxxvii.

Ferarū pugna erat. emissas bestias iu
uenes excipē: aduersus eas vlroneo
funere certare non crimine sed fu
rore.

De horū execracōe ludoꝝ. xxxviii.

Hec qppe spectacula crudelitatis & ī
spectio vanitatū nō solū hominum vi
cūs s̄ & demonū iussis instituta sūt
Proinde nihil esse debet cristiano cū circensi
infania. cū impudicia theatri. cū amphite
atri crudelitate. cū atrocitate arene. cū lux
uria ludi. Deum enī negat q̄ talia p̄sumit.
fidei xp̄iane p̄uaricator effectus: q̄ id denuo
appetit quod ī lauacro iā p̄dem renūciauit.
ad ē diabulo cū pompis & opibus ei⁹.

De nauibus. xxxix.

Artium quarūdā vocabula qb⁹ aliqd
fabricat hui⁹cemodi deiceps ex pte
notanda decerno. Artifex generale
non ē vocat⁹ qđ artē faciat. sicut aurifex q̄
aurū. Faxo enī p̄ facio antiq̄ dicebant. Nau
cler⁹ dñs nauis ē appellat⁹. ita q̄ nauis īfor
te eius sit. Cleros enī grece fors dicit. Cete
ri autē ī nauī gubernacōe ei⁹ sūt. Gubernio
qui & gubernator q̄si cōhibernator q̄ cōhi
beat prudētia sua hibernia id ē. tempestates
maris. Nauta a naue dicit⁹. p̄ deriuationem
nauta autē p̄ nauta poetice dicit. sic mauors
pro mars. nam rectū est nauta. Remex voca
tur q̄ remum gerit. sic autē remex q̄modo tu
ber dicit nominatiuo casu. Epipata greco no
mine appellat⁹ q̄ latine dicitur supueniēs. hic
nihil habet negocii sed nauo dato ī alias ter
ras trāsire disponit. Nauim qđam p̄hibent
dictā eoꝝ gnauum rectorē querat id ē peri
tū. sapientē. strennuū qui cōtinere & guber
nare nouit propt̄ maritima pericula & cas⁹.
vnde & illud salomonis. intellegēs guberna
cula possidebit. Nauis enī misticē aut eccle
siā significat vt ē illud ī euāgelio. nauis autē
iactabat ī medijs fluctibus. & ī psal. hoc mā
re magnū & spaciosū & vsq̄ illic naues per
trāsibūt. In nauibus autē merito significant
ecclesie que periculosos fluct⁹ mūdi p̄ lignū
gloriose crucis euadūt. portātes popl̄os qui
signo fidei crediderūt. In his nauib⁹ habitat
x̄ps: q̄ si a credētibus exciteē dicit immanissi
me tempestati vt quiescat & quiescit. Itē alibi
idē p̄pheta ait. In spiritu uehemēti cōteres
naues tharsis: quia per spiritū sancti gratiā
philosophorū dogma q̄ in mare istius seculi
disputādo trāsierit p̄ p̄dicatores euacuatum
est. Dñs ergo nauis ecclesie ipse saluator ē q̄
& gubernator qa per spiritū suū ipse eā re
git atq̄ gubernat donec eam ad portum salu
tis eterne p̄ducet. Itē ī aliam partē nauis ac
cipitur vt ī isaia. Ululate naues maris. q̄ no
mine designant philosophi. vel heretici inani
bus questioib⁹ oberrantes. Rates primū &
antiquissimū nauigii genus trūdibus tignis
asseribus q̄ cōsertum. ad cui⁹ similitudinē fa
bricate naues ratarie dicte. Nūc iā rates ab
usue naues. nā pprie rates sūt conexe inuicē
trabes. Trieris nauis magna quā grece dur
conem vocāt de qua ī isaia. nō transibit p̄ eā
trieris magna. Liburnee dicte a libiis. naues
enī sūt negociatoꝝ de qualibus oracius. ī bis
liburnis inter alta nauū. Rostrate naues vo
cate ab eo q̄ ī fronte rostra erea habeant p̄
pter scoplos ne feriant & collidant. Lōge na
ues sūt quas dromones vocamus. dicte eoꝝ

longiores sint ceteris. cuius contrarius musculus curtus nauigiū. **Dromo** autē a decurrendo dictus. cursū enī grece dromō vocāt. **Classis** dicta ē greco vocabulo a potoncalon id est lignis. vnde & calones nauicule que ligna militibus portāt. **Barca** est que cūcta nauis cōmercia ad lit⁹ portat. hāc nauis ī pelago ppter nimias vndas suo suscipit gremio. vbi autē appropinquauerit portū reddet vicē barca nauī quā accipit ī pelago. **Paro** nauigiū piratarū aptū & ex his ita vocatū. **Mioparo** q̄si minim⁹ paro. est enim scafa ex vimine facta que cōtecte crudo corio genus nauigu p̄bet. qualibus vtunt̄ germanorū pirate in oceani litoribus v̄l paludibus ob agilitatē. de quibus historia. gēs inquit saxonū mioparonibus nō viribus nituntur. fuge potius q̄ bello parati. **Celones** q̄s greci celecras vocant. i. veloces. biremes. v̄l triremes. agiles & ad mīsteriū classis apte. ennius. labitur vncta carina per equora alta celonis. **Limbō** nauicula breuis que alia appellacōe dicit̄ & cūba & caupol⁹ sicut & lintris. i. carabus quem ī pado paludibus q̄ vtunt̄. **Carabus** est parua scafa ex vimine facta que contacta crudo corio genus nauigii p̄bet. **Varia** enī nauīū genera diuersa conuētacula possunt exprimere bonorū & maloz. In quibus boni bona. mali autē mala machinant̄. similiter & instrumēta nauium varia diuersas artes significāt. ī quibus boni prodesse studēt. mali autē nocere.

De partibus nauīū & arinamētis. lx.

Dppis posterior pars nauis est quasi post. prora autē anterior quasi prora. **Cumba** locus vnus nauis q̄ aquis incumbat. **Carina** a currendo dicta q̄si currina. **Fori** nauīū latera cōcaua a ferendo onere dicta siue tabulata nauīū que sternunt̄ dicta ab eo q̄ incessus fert̄ vel foris emineant. trāstra sūt tabule vbi sedent remiges q̄ in trās verso sint ducta que virgil⁹ iuga appellat. **Remi** a remouēdis & decuciēdis fluctib⁹ dicit̄ sic tōfores a tōdēdis & decuciēdis capill. **Palmula** est extrema latitudo remi a palma dicta q̄ mare īpellit̄. **Antemne** autē dicte q̄ ante annē sint posite p̄terfluit enī eas ānis. **Cornua** extreme partes antemnaz sūt dicte p̄ tropū. **Malus** ē arbor nauis q̄ vela sustinētur. **Malus** autē dictus quia habet īstar mali in sūmitate. vel quia q̄si quibusdā maleolis ligneis cingit̄ quoz volubilitate vela facilius eleuātur. **Clauus** est q̄ regit̄ gubernaculum de quo ennius. vt clauū rectum teneā nauēq̄ gubernem. **Porticulus** malleus ī manu portatur quo modus signumq̄ dat̄ remigantib⁹ de q̄ plautus. **Ad loquēdum atq̄ tacendum**

tute habes porticū. **Tonsilla** vncin⁹ ferre⁹ vel ligneus ad quē ī litore defixum funes nauium illigātur. de quo ennius. tonsillas capiunt cōfigūt litus ad vncas. **Anchora** dēs ferreus ex greca ethimologia nomen ducit. q̄ q̄ si hominis manus cōprebandat vel scopulos vel barenas. nam manus grece chira dicitur apud hebreos autē aspiracōem nō habet. nā ancira dicit̄. **Vnde** & apud maiores sine aspiracōe p̄ferebat̄. **Significat** autē anchora in tencōem sanā & affectum animi bonum quo homo tendit ad deū & ad vitā eternā. **Vnde** apostolus hortat̄ nos dicēs: fortissimū solacium habeamus q̄ cōfugimus ad tenendā p̄positā sp̄e quā sicut anchorā habemus anime tutam ac firmā. & incedētem vsq̄ ad interiora velaminis vbi precursor introiuit pro nobis iesus & cetera.

De velis.

xli.

Vela greci armena dicunt proinde. q̄ aere mouētur. Apud latinos autem vela a volatu dicta. **Vnde** ē illud. velorum pandimus alas. **Vela** ergo nauium typice exprimē possunt volūtates hominū que vento hoc est spiritali impulsu ad cursū vite bone. siue male ad interitū impellunt̄. **Spiritus** enī dei bonus deducit ī viā rectā: & nequam spiritus ī viā prauā.

De funibus.

xlii.

Funes dicti q̄d antea ī vsum luminis fuerūt circūdati cera. vnde & funalia. **Restes** sūt siue cō rates cōtineāt̄ seu q̄d bis retes tendātur. **Rudentes** sūt funes nauium ex nimio stridore ita dicti. **Funes** vero siue rudentes retinacula exprimere possunt voluptatū que & aīas hominum ne ī precipitium ruant retinent. **Funis fides** trinitatis vt ī salomone. funis triplex difficile rūpitur. funes populi fideles ī trinitatis fide contexti vt in psal. funes ceciderūt mihi in preclaris. funes prolongatio peccatorum vt ī isaia. **Ve qui trahitis** iniquitates ī funiculis vanitatis.

De retibus.

xliii.

Retes vocate siue a retinendis piscib⁹ siue a restibus quibus tendūtur. **Minus** autē rete simplagiū dicitur a plagis. nā proprie plagas dicit̄ funes illos quibus retia tendūtur. circa imā & summā partem funda gen⁹ est piscatorie retis dicta ab eo q̄ in fundum mittatur. idem etiā a iactādo iaculum dicitur. **plautus.** **Probus** quidem antea iaculator eras. **Tragum** gen⁹ retis ab eo q̄ trahitur nuncupatum. **Ipsa** est & verriculum. verrere enim trahere est. **Retia** siue sagena predicacōem mistice designāt euāgelii

Vnde & apostoli tipici piscatores a domino mittuntur i mare istius seculi vt dogmatibus suis eruāt homines ab erroribus mūdānis & perducant ad rectam fidem dei. De sagena vero ita i euāgelio legitur. Simile est regnū celorum sagene misse in mare & ex omni genere piscium congregāti. Quam cum impleta esset educentes & secus litus sedentes elegerūt bonos i vasa. malos autem foras miserunt. Sub hac ergo parabola sancta ecclesia sagene comparatur: quia & piscatoribus est commissa & per eam ad eternum regnum a presentis seculi fluctibus trahitur. ne i eterne mortis profunda mergatur. que ex omni genere piscium congregat. quia ad peccatorū veniam sapientes & fatuos. liberos & seruos diuites & pauperes. fortes & i firmos vocat. Vnde p psalm istā de eo dicit. Ad te omnis caro veniet. Que sagena scilicet tunc vniuersaliter repletur. cum in fine suo humani generis summa concluditur. quā educunt & secus litus sedent: quia sicut mare seculum ita seculi finem significat litus maris in quo scilicet fine boni pisces i vasis eliguntur. mali piciuntur foras. quia & electus quisq; i tabernacula eterna recipitur & eterni luce regni perditā ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Nam retia aliquādo deceptionem diaboli designāt vt i psal. Cadent i reiciatō eius peccatoris. Conopeum rete qua culices excluduntur in modum tentorii quo magis alexandrini vtuntur quia ibi ex nilo culices copiosi nascuntur. vnde & conopeum dicitur nā canopeus egiptus ē. legitur quoq; i libro iudith de holoferne qd̄ habuerit conopeum & vsus esset illo. Columna que erat ad caput lectuli holofernis significat duriciā prauitatis: gladius qui i ea ligatus pēdebat malicia est inique intēctōis. Coma capitis elatio superbe mētis. ceruix vero otumacia inique actionis. & conopeum hoc est rete muscarū insidias significat dolo ē cogitacōis. Commēdat ergo iudith nostra puelle sue ostioram custodiam: quia sancta ecclesia vnicuiq; fidelium catholice fidei precipit habere obseruatiam. Orat ipsa cum lacrimis: quia supernū auxilium poscit intima deuocōe cordis. Accedit ad colūnā & exsoluit pugionem per quem hostis nequissimi amputet caput: cum denudata malicia duri cordis abscidit ab hoste occasionem proterue temptationis. Auferit & conopeum. quia fraudes ei9 detegit quibus simplices & incautos implicare cōtēdit: sicq; truncum hostis corpus evoluit cum ipsum inimicum ex omni parte infirmum &

debilem esse ostendit. vt eo facilius bellatores cristi. cōfidāt hostem nequissimum se vincere posse quo eum pleniter ediscūt fragile & superabilem fore.

De fabrorū fornace. xliiii.

Haber a faciendo ferro impositum nomen habet. hinc diriuatum est nomē ad alias artium materias fabros vel fabricas dicere. sed cum adiectione. vt faber lignarius. & reliqua propter operis scilicet firmitatem i fabrorum autem fornace gētiles vulcanum auctorem dicunt. figuraliter per vulcanum ignem significātes sine quo nullū metalli genus fundi extēdicq; potest. Nihil ē enim pene qd̄ igne nō efficiatur. Alibi enim vitrum. alibi argētum. alibi plumbum. alibi minium. alibi pigmēta. alibi medicamina efficit. igne lapides in es resoluūtur. Igne ferrium gignitur ac domatur. igne aurum perficitur. Igne cremato lapide cementa. & parietes ligātur. Lapidēs nigros ignis coquēdo cādificat: ligna cādida vrendo obfuscat. Carboēs ex pruna fulgida nigros facit. de lignis duris fragiles: de putribilibus i putribiles reddit. stricta soluit. soluta restringit: dura mollit. mollia dura reddit. habet & medicaminis vsū. Nam sepe ruri prodē. pestilentie quoq; que obscuracōe solis cōtrahitur auxiliare certū est. In opere quoq; aliud gignit primis ignibus. aliud secūdis. aliud terciis. Habet quoq; & aliam i se diuersitatem ignis. nam alius est qui vsui humano. alius qui in iudicio apparet diuino. siue q de celo fulmen astringit. siue qui de terra per vertices montiū eructuat. Ignis autem dict9 qd̄ nihil gigni potest ex eo. est enim inuolabile elementū assumēs cūcta que rapit. De ignis autem mystica significacōne iam superi9 dictum est. vbi de quatuor elementis disputatum ē. Si autem quis hec que hic scripta sūt illi comparare voluerit. per efficientias earū forsitan adhuc plura misteria ide poterit explanare. Faber vero deus intelligitur pro eo qd̄ omnem fabricam celi & terre operat9 sit vt in euāgelio. nonne hic est fabri filius. Fabri sancti predicatorēs sicut regum liber dicit. porro faber ferrarius non inueniebatur in israel. fabri regna gentium a quatuor mūdi partibus populum israel vlt ceteros humiles seruitutis pondere deprimentes. vt i zacharia. & ecce quatuor fabri. Fabrica duobus rebus constat ventis & flamma. Flamma vero proprie fornacis est dicta qd̄ flatu follium exciteē. Fornax vero ab igne vocata. fos enī ignis est. Caminus fornax grecum est diriuatum a cauma: fornax enim siue caminus. aut

tribulationem nimiam presentis temporis
 tipice exprimere potest: vt est illud testimo-
 nium propheticum. liberauit vos dominus de
 fornace ferrea. hoc est egipto vbi popl's dei
 grandi tribulacōe vexabatur: aut gehenne
 tormentum significat. vt est illud i euāgelio
 mittite eos in caminum ignis vbi erit fletus
 & stridor dentium.

Incus est i quo ferrum tūditur a cedendo di-
 ctus. eoq; illic aliquid cudamus id est feriē-
 do producamus. **C**udere enim cedere & feri-
 re est. veteres autem non incudem vocabāt
 sed intudem. eoq; i ea metallum tūditur hoc
 est tendatur. **V**nde & tudis malleus a tūden-
 do id est tendendo dicitur. **D**e incude autem
 ita i libro iob scriptum est cum de leuiathan
 narratur. cor eius irrumpitur quasi lapis &
 stringetur quasi malleatoris incus. **I**ncudem
 quippe malleator solis aptam percussione
 figit. **A**d hoc nāq; incus statuitur vt crebris
 ictibus feriat. **L**euiathan ergo vt mallea-
 toris incus stringitur: quia inferni vinculis
 coartabitur vt eterni supplicii continua per-
 cussione tūdat. **Q**ui modo quoq; percuti-
 tur. dum iusti quoq; illo i insidiis vigilante.
 sed doloribus tabescente saluatur. **I**n incude
 autem alia vasa formantur. ipse vero tot per-
 cussionibus i vas aliud non transfertur. **R**e-
 cte ergo leuiathan iste incudi comparatus est
 quia nos illo persequente componimur. ipse
 autem semper percutitur. & in vas vtile nū-
 quam mutatur.

Malleus vocatus. quia dū quid calet & mol-
 le est cedit & producit: in scriptura enim
 sacra mallei nomine aliquando diabolus desi-
 gnatur. per quem nunc delinquentium cul-
 pe feriuntur: aliquando vero percussio cele-
 stis accipitur quia vlt electi supernos ictus
 sentiunt. vt a prauis itineribus corrigantur:
 vlt iusta ira reprobos percutit vt iam suppli-
 cia eterna preueniens quid etiam in posterū
 mereantur ostendit. **N**am quia appellacione
 mallei antiquus hostis exprimitur propheta
 testatur: cum super eum vim extremi iudi-
 cii contemplatur dicens. **Q**uomodo confra-
 ctus est & contritus malleus vniuerse terre.
Ac si diceret. eum per quem vascula sua do-
 minus in ministerii vsu formanda percutit.
 quis perpendat quo turbine veniente extre-
 mo iudicio in eterna damnatione confringat
Rursum per malleum percussio celestis exp-
 mitur: qd salomone templū edificante signa-
 tur cum dicitur: domus autem cum edifica-
 retur lapidibus de dolatis atq; perfectis edi-
 ficata est: malleus & securis & omne ferra-
 mentū non sunt audita in domo cum edifica-

retur. **Q**uid enim domus illa nisi sanctam ec-
 clesiam quā in celestibus dominus inhabitat
 figurabat: ad cuius edificacōem electorum
 anime quasi quidam expoliti lapides deferū-
 tur. qui cum edificantur i celis nullus illic
 iā discipline malleus resonat: quia dolati atq;
 perfecti illuc lapides ducimur vt locis iuxta
 meritum congruis disponamur. **I**tem mallei
 sunt cōminacōes diuine aduersus peccatores
 vt i hieremia. nōne verba mea sūt sicut ignis
 & sicut malleus conterens petras. **I**tem mal-
 lei flagella peccatorum sicut salomon dicit.
 mallei stultorū corpora percucientes.

Forcipes quasi ferricipes eoq; ferrum cādēs
 capiāt teneātq; siue qd ab his aliquid forū
 capimus & tenemus. quasi foruicapes nam
 foruum est callidū. **V**nde & formosos dici-
 mus quibus calor sanguis ex rubore pulchri-
 tudinem creat. **D**e forcipe ita in isaia legit.
 & volauit ad me vnus de seraphi & in manu
 eius calculus quem forcipe tulerat. de altari
Vnde in forcipe qua calculus comprehendit
 tur. duo testamēta designantur: que i ter se
 spiritus sancti vnione sociantur & verbū dei
 ad purgandum labia prophete per angelica
 ministeria affert vt populo digne possit nun-
 ciare voluntatē dei. **L**ima dicta eoq; lene fa-
 riat. nam limum lene est. in quo boni docto-
 ris exprimi potest officium: qui mentes ho-
 minum iocundis sermonibus lenificat & pla-
 cidum facit ad audiēdum verbum dei & ad
 pficiēdū bonis operib; voluntatē ipsius.

Incipit liber vicesim⁹ primus.

De fabricis parietum	C. i
De dispositōe ii.	De cōstructiōe iii.
De diuersitate edificiorumiiii
De laqueariis v.	De crustis vi.
De liebostratis vii.	De plastis viii.
De pictura viiii.	De coloribus x.
De instrumētis xi.	De lignariis xii.
De laneficiu inuentionexiii
De vestibis sacerdotisxiiii
De diuersis nominib⁹ vestimentoꝝxv
De quarundā gentium habituxvi
De palleis virorumxvii
De palleis feminarumxviii
De stragulo & reliquis vestib⁹xviiii
De lana & limoxx
De coloribus vestiūxxi
De instrumentis vestiūxxii
De ornamentisxxiii
De annulis xxiiii.	De cingulis xxv.
De calciamentisxxvi

Incipit capitulum primum.

In fabricis parietū atq; tectorum greci iuentorem dedalum asserunt. Iste enim primus didicisse fabricam a minerva dicitur. Fabros autē siue artifices greci tectarios vocāt id ē instructores. Architecti autē cemētarii sūt qui disponūt in fundamētis: vnde & apłs de semetipō quasi sapiēs inquit architectus fundamentū posuit. Machiōes dicti a machinis in quibus insistūt ppter altitudinem parietū

De dispositione. C. ii

Edificiorum partes sūt tres: dispositio constructio: venustas. Dispositio est arce vel soli & fundamētōꝝ discretio

De constructione capitulū terciū.

Constructio ē laterū & altitudinis edificatio. Constructio autem vel instructio vocata eo qđ istringat et coherere faciat vt lapides lutū & lignum inuicē sibi. Nam intinctio ferri in aq̄ instructura est. Nisi enim candens tingatur stringi & coherere non potest ferrū. Itē constructio a multitudine lapidū & lignoꝝ dicta vnde & strues. Aliud est enī edificatio aliud instauratio. Nam edificatio noua cōstructio ē. Instauratio vero qđ reparat ad instar prioris. Nam instar veteres p similitudine ponebant. Inde & instaurare dicebāt. Constat autē constructio fundamēto: lapidib⁹ calce arena & lignis. Fundamentum dictum qđ fundus sit edificii. Idem & cementū a cedēdo dictū qđ celo lapide surgat. De mistica autem significatiōe fundamēti iam supius dictū est. Lapidēs ergo diuersi generis istructuris apti sūt quoꝝ significatio vt supra iam dictū est & in

bonam & in cōtrariam partem ponitur: quia dicūtur lapides vni hoc est sancti qui ad celestem cōstructionē habiles sūt & lapides insensati & duri qui ferramētis spiritalibus nullo modo cedūt quia nulla nunq; conuersiōis penitentia moliantur: nec calcis hoc est caritatis glutino adinuicē copulari cōfenciūt. Arena autē que per se infirma est & fluida atq; instabilis manet quādo cum calcis adiūctione commiscetur firmitatē p̄cipit & ad edificationē utilis habet. Sic & peccatorū sterilitas qđ p se utilis non est tamē p conuersionē ad sanctorū societate ptingit stabilitatem bonorum opū p̄cipit & pdilectiōis mandatū ad istructionē sancte ecclesie ptinebit. **F**ictiliū opum ad parietes & fundamēta coctis latcul' ad tecta imbriculis tegulisq; aptant. Tegule vocate qđ tegāt edes: & imbrices qđ accipiant imbres. Tegule autem prime positionis nomē cuius diminutiū tigillū. Laterculi vero vocati qđ lati forment' circūactis vndiq; quatuor tabul'. Lateres autē crudi sūt qđ & ipi inde nomīati qđ lati ligneis formis efficiuntur quoꝝ crates dicunt' in quibus lutū p hūsdem laterib⁹ crudis portari solet. Sunt enim cōnexiones canarum dicti a potthōtin. i. qđ se iuicē teneāt. Lutum autē vocatum quidē p antifrasim putant qđ non sit mundum. Nam omne lutum mundū est. Fictiliū autem opēꝝ ratio iuxta mysticā significatiōem ad creatiōem humane conditiōis potest referri: qđ scriptū est. Formauit deus hominē de limo terre & inspirauit in faciem eius spiraculū vite: & factus est homo in animā iuuentē. Figulus autē noster deus est qđ ppheta hieremias & apłs paul⁹ probant. Nam apud hieremiā pphetam tale aliquid legimus vbi iubetur a deo introire in domū figuli & videre eum fingētē vtiq; vas collapsum de manibus suis recolligēs rursū finxit illud secundū voluntatē suam & fact⁹ est inqt sermo domini ad eū dicens. Nūquid ego non possum facere dom⁹ israhel sicut figulus iste? Et sapiētia dicit vasa figuli pbat fornax & homines iustos temptatio. Habet ergo nostri de⁹ potestatē sicut & figul⁹ luti vt faciat ab eadem massa vasa ad honorē & vasa ad cōtumeliā. De laterib⁹ autē i genesi ita legi' vbi de cōstructionē turris mentionē facit. Cumq; pficiscerent' de oriēte iuenerūt campum in terra senaar & habitauerūt in eo dixitq; alter ad pximū suum. Veī te faciam⁹ lateres & coqm⁹ eos igni habuerūtq; lateres pro saxis & bitumen p cemento & dixerunt venite faciam⁹ nobis ciuitatē & turrim cui⁹ culmē ptingat ad celum & celebrem⁹ nomē nostr⁹: anteq; diuidamur in vniuersas terras

66
& reliq̄ **T**urris hec sup̄biam huius mundi significat vel impia dogmata hereticorum : qui postq̄ moti sūt ab oriente id ē a vero lumine recesserunt & venerūt in campum senaar qui interpretat̄ excussio dētium : statim aduers⁹ dominū ī pietatis sue edificāt turrim ac dogmatū superbiā nefario ausu confingūt uolentes curiositate non licita ipsi⁹ celi alta penēre : sed sicut illi p̄ superbiā ab vna lingua in multis diuisi sunt : ita & heretici ab vnitāte fidei cōfessione segregati inter se diuersitate erroris quasi p̄ dissonantiam lingue inuicē se cernuntur. **C**ānalis dicta ab eo q̄ caua sit in modū canne : sane eandē melius genere femino q̄ masculino p̄ferimus. **D**e cānalib⁹ ita in genesi legit̄. **T**ollens itaq̄ iacob virgas populeas virides & amigdalinas & ex platanis ex parte decorticauit eas & pōebat in cānālib⁹ vbi effundebat̄ aqua & veniebant ad puteum contra pecora vt conciperent eo tempore cum venirent ad potandū &c. cui⁹ mysteriū tale ē. **Q**uid est virgas virides amigdalinas atq̄ ex platanis ante oculos gregū ponere nisi p̄ scripture seriem antiquorū pat̄ꝝ vitas atq̄ sententias in exemplū populis prebere. **Q**ue ni mirum quia iuxta ratiōis examē recte sūt virge nominant̄ quibus ex parte corticē subtrahit vt in hiis que expoliātur int̄mus candor apparet & ex parte corticē suat vt sic suēat exterius in veritate p̄maneat. viridiorq̄ virgarum color efficit̄ : dum cortex ex parte subtrahitur & ex parte retinet̄. **A**n̄te considerationis enim nostre oculos p̄dicantiū patrum sententia quasi virge varie ponunt̄. **I**n quib⁹ dnm plerūq̄ intellectū litere fugim⁹ quasi corticē subtrahimus & dum plerūq̄ intellectū litere sequimur quasi corticē referuam⁹. **D**um q̄ ab ip̄is cortex litere subtrahitur allegorie candor interior demonstrat̄ & dum cortex relinquatur exterioris intelligētie virentia exēpla monstrant̄. **Q**uas bene iacob in aque canalibus posuit quia & redēptor noster in libris eas sacre scientie quibus nos intrinsec⁹ infundimur fixit. **H**as aspiciētes arietes cū ouib⁹ coeunt quia ratiōales nostri spirit⁹ intellect⁹ dum in earū intentiōe defixi sūt singulis quibusq̄ actiōibus p̄miscētur vt tales fetus opū p̄creent qualia exempla p̄cedentiū in vocib⁹ p̄ceptorum vident. **F**istule aquarū sunt dicte q̄ aquas fundant & emittāt. **N**ā stola grece mittere est : forme earū p̄ magnitudine aque & capacitatis modo fiūt. **P**ossunt autē fistule mystice designare p̄dicatorum ora ex quib⁹ aque doctrine effundūtur in corda auditorū ex bonis videlicet doctorib⁹ salubres aque & suaves : ex mal̄ vero amare & noxie.

De venustate.

C.iiii

Huc vsq̄ partes cōstructionis. Sequit̄ de venustate edificiorū. **V**enustas est quicquid illud ornamenti & decoris causa edificiis additur vt rectorum auro distincta laquearia & preciosi marmoris cruste & colorum picture.

De laqueariis.

.v.

De laqueariis iam dictū est quia splendorem simpliciorum cristi famulorū & tamē virtute sublimium figuram tenēt & decorem ecclesie p̄bent.

De crustis.

.vi.

Qruste autē tabule sunt marmoris vni & marmoiti pietes crustati dicunt̄.

De lichostratis

.vii.

Licostrata sunt elaborata arte picture puulis crustis ac tessellis tinctis in varios colores. **T**esselle autē a tesseris nominate id est quadratis lapillis p̄ diminutionem. **D**e lichostrato autē in euangelio fit mentio vbi in passione domini pilat⁹ sedisse p̄tribunali scribit̄ in loco qui dicit̄ lichostrotos ebraice autem galbata. **I**n quo manifestatur qd̄ falsorum accusatorū varia fictio nō potuit vincere simplicem assertiōem veritatis sed qui potestatem habuit ponendi animam suam & iterū sumendi eam dedit semetipsum p̄ nobis vt p̄ effusionē sanguinis sui maculas diuersas nostrorū dilueret peccatorū.

De plastis.

.viii.

Plasticen est pietum ex gipso effigies signaq̄ exprimere pingiq̄ colorib⁹. **P**lasticē autē dictum grece q̄ latine est fingere terra vel gipso similitudines. **N**am & impressa argilla formā aliquā facere plastis est vnde & p̄toplastus est dictus homo qui ex limo primus est conditus.

De pictura.

.viiii.

Pictura est ymago exprimēs specie rei alicui⁹ que dum visa fuerit ad re-cordationem mentem reduxit.

De coloribus.

.x.

Colores autem dictos q̄ calore ignis vel sole p̄ficiuntur siue q̄ inicio colorant̄ vt sūme subtilitatis existerent. **C**olores autē nascuntur aut fiūt : nascuntur vt sinopis rubrica paritoniū melinum frecia auripigmentū. **C**eteri fingunt̄ aut arte aut p̄mixtiōe. **C**olores autē diuersi diuersas significant species virtutū quibus decorat̄ plasma dei ad ymaginem sui conditoris vt ruborem sinopidis vel minii ostēdat in ardore caritatis & purpurismū in martirio & passionibus p̄ xpi nomine expensis in auripigmento splendorem sapientie in ueneto atq̄ iacincto

celestem conuersationem. in cerusa candorem
castitatis & ceteris speciebus virtutum vt p se
oportunitas teporis affert & ratio postulat
ordinis. **De instrumentis edificiorum. xi.**

Structura autem parietum ad normam
fieri & ad perpendicularum respondere
oportet. **Norma** dicta a greco vo-
cabulo extra quam rectum nichil fieri potest. **Com-**
ponitur autem ex tribus regulis ita vt due sint bi-
nostrorum pedum. tertia habeat pedes duos uncias. x.
quas equali crassitudine politas extremis ca-
cumibus sibi iungat vt scemam trigoni faciat
& erit norma. **Regula** dicta quod sit recta quasi
rectula & impedimentum non habeat. **Perpen-**
diculum est quod semper appenditur denique in fabri-
ca nisi omnia ad perpendicularum & certam regulam
fiant: necesse est cuncta mendosa instruatur
vt aliqua parua sint aliqua cubancia propria non
nulla. alia supina. & propter hoc ruunt vniuersa
que sunt male constructa. **In norma** enim & re-
gula atque perpendicularo equitatis ratio intelligenda
est vt omnia opera nostra secundum sanctarum
scripturarum traditionem & regulam recte fidei
perpendicularumque sane doctrine faciamus & se-
cundum hoc quod diuina precepta docent sic opera
nostra ad salutem nobis perueniant. **Alter** autem
perdit suum laborem qui extra hec facit quia
nisi dominus edificauerit domum inuanum labo-
rant qui edificam eam. **Trulle** nomen factum
eo quod trudit & detrudat id est includit calce
vel luto lapides. **Trulla** autem cementarii signi-
ficat spiritalem edificationem dei quam ipse artifex
optimus in constructione ecclesie sue agit. **Vnde**
in amos propheta scriptum est: & ecce dominus
stans super murum litum & in manu eius trulla
cementarii & dixit dominus ad me quod tu vides
amos & dixit trullam cementarii & dixit domi-
nus. **Ecce** ego ponam trullam in medio populi
mei israel non adiciam ultra super edificationem
vel misericordiam inducere eum & demolientur
excelsa idoli & sanctificationes israel desola-
buntur. **Dominus** autem qui est structor ma-
cerie & lapis angularis comminatur auferre se
trullam in auxilio protectionis sue a populo isra-
hel. **Cumque** dominus protectionem suam & vt
ita dicam parietis vestimentum trulla cessante
subtraxerit: tunc demolientur excelsa idolorum
& sanctificationes decem tribuum desolabuntur
vel destruentur. **Iuxta** anagogam dicit dominus
christus & stat super mures firmissimum super apostolos
& sanctos suos quibus dedit vt ipse mures fir-
missimus vocarentur. **Vnde** & petro dixit. **Tu**
es petrus & super hanc petram edificabo eccle-
siam meam & porte inferi non preualebunt ad-
uersus eam. **Qui** murus nisi domini defendatur
auxilio omnem fortitudinem amittit sed eo

392
protectante in tantum robustus est vt dicatur ad
eum si transieris per ignem flamma non comburet
te quantoque magis temptationibus tunditur
tanto plus fortior fit & pro nomine saluatoris
inter flagella letatur. **Scale** ab scandendo. i.
ascendendo vocate. **Herent** enim pietibus scale
autem dicuntur aut vne sint aut plures quia nu-
meri tantum pluralis est nomen vt litere que
epistola significat. **Scale** enim mystice significat
perfectus sanctorum per predicationes eorum. **Vnde**
in genesi legitur quod videret iacob in somnis scalam
statem super terram & cacumen eius tangens celum
Somnus iste iacob mors siue passio est christi
Lapis ad caput eius qui nominatur quodammodo
dictus est etiam unctus christus significat. **Caput**
enim viri christus est: quis enim nescit christum ab
unctione appellari: domus autem dei bethleem
dicitur: quia ibi natus est christus. **Porta** vero celi
quia ibi in terram descendit vbi iterum ad celum
cogitavit. **Erectio** autem lapidis resurrectio
christi est. porro scala christus est qui dixit. **Ego**
sum via per hanc ascendebat & descende-
bant angeli in quibus significati sunt euangeliste pre-
dicatores christi: ascendentes utique cum ad intelli-
gendam eius supereminentissimam diuinitatem ex-
cedunt vniuersam creaturam: vt eum inueniant
in principio verbum domini apud dominum pro que
facta sunt omnia descendentes autem vt eum
intendant factum ex muliere factum sub lege vt
eos qui sub lege erant redimeret.

De lignariis.

.xii.

Lignarius generaliter ligni opifex ap-
pellatur. **Carpentarius** speciale nomen
est: carpentum facit sicut nauicularius
quia tantum nauium est fabricator & artifex. **Sarci-**
tector dicitur quod ex multis hinc & inde coniunctis
tabulis vnum tecti sarciat corpus idem & ligna-
rius quia tectoria lignis inducit. **Lignarii** ergo
ac carpentarii atque sarcitectores possunt intel-
ligi sancti doctores atque predicatorum euangelii
qui spiritale edificium deo suis sermonibus atque
bonis exemplis preparant & sue ex nouiter cre-
dentibus domum deo edificant siue ex his quos
heretici atque scismatici per errorem corrumperant
iterum illos increpando atque corrigendo ad spi-
ritale edificium dei restaurant. **Vnde** & in exodo
carpentarii leguntur. & in libro regum fabri
lignorum & cementarii describuntur qui instaur-
bunt facta tecta domus dei. **Materia** inde dicitur
omne lignum quod ex ea aliquid efficiat vel si
ad ianuam referas vel ad statuam materia erit
Ad aliquid enim semper materia accipienda est sicut
elementa materiam rebus esse dicimus quia inde
ea que sunt facta videmus. & materia quasi ma-
ter dicta. **In** materia enim mystice intelligi
potest humana creatura vnde artifex sumus

p opifices suos hoc est doctores sanctos mul-
 tiplicem pparat ornatū ecclesie & vasa apta
 ad ministeriū suum edificat. **T**rabes vocate
 quod in trāuerso posite vtrosq; parietes con-
 tineāt. **A**liud autem sūt tigna aliud trabes
 tigna enim iūcta trabē faciunt. **T**rabes autē
 sūt cum sunt dolate. **D**e trabibus autē i libro
 regum ita scriptū est : posuit salomon trabes
 in domo per circuitū forinsec9 vt non here-
 rent muris templi &c. **Q**ui itaq; trabes do-
 mus q̄ tabulata portabāt nisi p̄dicatores san-
 cti sūt typice designati qui dum ipi sublimē
 atq; honorabilē in ecclesia dei locum teneant
 infirmiores quoq; ac fragiles suis p̄dicatiōi-
 bus ab infirmorū appetitu sustollūt : atq; ad
 celestia desiderāda ac sperāda suspendūt suis
 etiam intercessionib; vt inceptis p̄sistant ad-
 iuuantur. **I**tem trabis sub alia significatione
 in euangelio posita ē vbi domin9 ait qd autē
 vides festucā in oculo fratris tui trabem autē
 que i oculo tuo est non cōsideras. **H**ic trabis
 peccatum maius & maxime inuidia intelligi
 potest festuca autē peccatū minus siue subita
 nea iracundia. **A**fferes ab asse dicti quia soli
 ponunt neq; cōiuncti. **S**cindule eorū scidantē
 id est diuidātur. **I**n asseribus autē quia tecto
 dom9 conueniūt bene penitētia accipi potest
 vel caritas que opit multitudinē peccatorū
 & in psalmo ppheta dicit. **B**eati quorum re-
 misse sūt iniquitates & quorū tecta sūt peccata
Epigri & clauī sūt quibus lignū ligno adhēt
Clauī dicti quasi calabi quia ex calibe fiūt idē
 ferro calibs enī ferrū est. **C**lauī autē mystice
 sanctorum p̄dicaciones corda hominū trans-
 figentes intelligi possunt : vnde in salomone
 scriptū ē. **V**erba sapiētium & stimuli & q̄si
